BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
42 E
40

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

23. f

10-6 31.

11-F-13

Digitized by Google

Digitized by Google

תרגום
של דברי חכמים
PARAPHR. CHALDAICA
IN HAGIOGRAPHA.

G5-10f

Digitized by Google

VIRIS

*VENERABILI, REVERENDIS*

*ET CLARISSIMIS,*

# DNN. SENIORI,

# PASTORIBUS

*ATQVE*

# DIACONIS,

PLURIMUM VENERANDI MINISTERII ERFORDIENSIS, INVARIATÆ CONFESSIONIS AUGUSTANÆ THEOLOGIS, PATRIBUS ATQVE FRATRIBUS IN CHRISTO HONORANDIS DILECTISSIMISQVE

*Gratiam atque Salutem à DOMINO nostro*

**JESU CHRISTO**

*Precor*

MATTHIAS FRIDERICUS BECKIUS.

TRiennium nunc est, & quod excurrit, ex quo in florentissima juxta atque Artium Liberalium exoptatissima Magistra, Academia Ducali-

cali-Saxonica Jenenſi, ſtudiis operam navans, apud Virum Ampliſsimum, Dn. Jo. Friſchmuthium, Sacr. Lingg. Profeſſorem Publicum, meumq; in Hebraicis Doctorem meritiſsimum, Codicem Bibliorum MSc. Veſtræ Bibliothecæ κειμήλιον inſigne, vidi. Eſt iſte vaſtiſsimæ molis Codex membranaceus in duo volumina diviſus, manuque eleganti exaratus, cum literis puncta quoque atque accentûs exhibens, & unâ cum hebraico textu Chaldaicam Paraphraſin atque Maſoram, quæ ultima ab initio cujuſque Biblici Libri ſub figuris variorum animalium, lineamenta literis vocibusque exprimentibus, artificioſiſsimè depicta eſt. Scriba ſub finem alterius Tomi *Simſon Meneminon* vocatur, quemadmodum ex ſequentibus rythmis, quibus Scriba Codicis opus concludit, patet:

בעזר רחום וחנון
שמשון מינמינון
סיים זאת המקרא
בניקוד ובמסורה.
אף כי אין בי תבונה
הצרכתי לאמר הנגינא.

בי

# DEDICATORIA.

כי באפס חכם ונבר
ממנים איש בלא דבר .
וכל איש אשר יקרא בספר
להגות אמרי שפר
דברי אמת ישים לבו
ולא יחיש או ידקדק בו .
והשגגות ייטיב
כי ברוך הטוב מטיב
והזדונות לא ימחול לי
או על חשגגות בפלולי
לנקותי מהשם וארם
כאמור מפי שר וארום
* שגיגות מי יבין ומנסתרות נקני
כן יהי רצון פני השם אדני .

*leg. שגיאות*

Hoc eſt verſione noſtrâ: *Cum auxilio Dei miſericordis & benigni*, Simſon Meneminon *Codicem hunc abſolvit cum punctis atque Maſora. Utut verò mente haut polleam, edicere nihilominus neceſſe habui: ecce me quæſo! deficiente* ſcil. *Viro erudito & ſelecto, ſubſtituunt hominem infacundum. Quiſquis autem Codicem hunc evolvet, meditaturus in elegantiſsimis literis hiſce veraciſsimisque Scripturis, is animo eſto attento, neque nimis feſtinanter, neque etiam nimis curiosè eas legat.* Παροράματα *quoque boni conſulat*, pro quo DEUS *benedictus optimus* ei *benefaciet*: *errores autem* ex propoſito & ani-

mo deliberato commiſſos, *vel etiam* παραράματα, *ſi ego dijudicem* aliena, *ne condonator mihi. Ut ita coram Numine juxta atque homine purus ſiem, quemadmodum dictum eſt ex ore Principis & Rubicundi,* (vid. I. Sam. XVI. 12. Difficilis eſt ob rythmum circumſcriptio Davidis) Pſalm. XIX. 13. Lapſus, ſeu peccata ignorantiæ, Quis agnoſcat! Ab occultis emunda me. *ita faxit* DEUS *Dominus.* Sub finem tamen libri Nehemiæ ברוך ברבי זרח הסופר *Baruch Bar Rabbi Serah, Scriba*, vel, ut Num. XXII. 12. dicitur, הלבלר *Libellarius* nominatur. Ex quo conjicio, binos vel etiam plures Codicis Veſtri, quippe operis vaſtiſsimi, Scribas fuiſſe, colophonem tamen operi impoſuiſſe prælaudatum Meneminonem; niſi hic puncta ſaltem atque Maſoram adſcripſerit, quod verba ejus ſuperius citata, & atramenti diverſitas arguere videntur, Baruch verò literas exarârit. Scriptus autem Veſter Codex eſt cujuſdam *Rabbi Sallumi Hæredibus, An-*

*no*

*no Mundi* 5103. hoc eſt, *Anno Domini noſtri J.C.* 1343. quemadmodum ex alia clauſula Codicis diſcimus, ea hæc eſt:

זה הספר סיימתי
נקדתי גם מסרתי
יום ח פר שמיני
בעזר השם אדני
בכר ימים לחדש ואדר
בעזר נורא ונאדר
בקג לפרט
ספר זה נחרט
ליורשי הנר שלום
ברצון שר השלום
אלהים חי וקים
שבידם יהיה *מקוים
ולבניהם אחריהם
לדורות דורותיהם
ויצג להם לעולם
עד שיעלה חמור בסלם
בארבע רגלים
ולא בשתי ידים
אמן אמן אמן סלה׃

*מקיים *

* *he litere arithmeticè* 103. *numerum anni, quo Codex exaratus fuit, efficiunt, ideoque lineolis ſuperimpoſitis notate.*

Quæ ita verto: *Codicem hunc abſolvi, punctavi & Maſora inſtruxi, die* 5. poſt Sabbatum *Paraſchæ Schemini*, i. e. *octavo*, *cum auxilio Dei Domini, die* 24. *menſis* intercalaris *Ve-Adar*, *cum auxilio* inquam *venerando & magnifico*, Anno 103. *æræ* minoris, h.e. anno Mundi 5103. æræ majoris, An-

Anno verò Christi 1343. *estque Codex hic exaratus* Hæredibus Rabbini Clarissimi, Sallumi, *per voluntatem Principis Pacis, Dei vivi & subsistentis, ut penes illos sit stabilis, &, qui eis succedent, posteros eorum, in secula seculorum, proprius eis sit in æternum, usque dum asinus quadrupes, non bipes, per scalam ascendat.* (Proverbialis locutio est, vid. Jo. Buxtorffius in voce חמור Lexici Rabbinici, vult dicere, nunquam, impossibile enim hoc esse videtur) *Amen, amen, amen, Sæla.* Verum votum hoc Judæi inefficax fuisse, eventus docuit: quandoquidem Codex iste è potestate Hæredum Sallumi in Vestras pervenit manus, qua verò occasione, Vos potius, quam ego, edisseretis. Ante Triennium verò, uti cœpi dicere, hujus Vestri pretiosissimi thesauri inspiciendi, cumque impressis libris, inprimis quà accentûs conferendi, prælaudato Domino Frischmuthio copiam benevolè feciſtis; Commodè tunc accidit, ut & ego unà cum Dn. R. Ernesto Christiano Zarvossi,

voſsi, ex Judæo Chriſtiano, Viro Talmudicè Doctiſsimo, operæ huic adhiberer. Ubi igitur Codicem volvimus revolvimuſque, ecce Targum ſeu Paraphraſis Chaldaica, duorum Librorum Chronicorum, hactenus inedita, & à Viris Philologis tantis votis deſiderata, oculis noſtris ſe ſubjicit! quàm effusè eâ re gaviſi ſimus, dicere non poſſumus. Sanè, utut alijs tunc, gravioribus, vel certè magis neceſſarijs ſtudijs diſtinerer, temperare mihi tamen haut valui, quin brevi (namque repetebatur â Vobis Codex) Targum hoc manu mea exſcriberem. In eo, more antiquis codicibus recepto, textus hebræus & Paraphraſis Chaldaica alternatim ſcribuntur, ſingulisque verſibus hebraicis Paraphraſis Chaldaica ſtatim ſubjuncta eſt. Tale exemplar Bibliorum Argentinæ ſe vidiſſe, Vir Clariſsimus, Jo. Buxtorffius, teſtatur, Epiſt. ad Dn. Hottingerum, & addit. *ſic puto moris fuiſſe, ut poſt Captivitatem Babylonicam Lex chaldaicè fuerit explicata. Ipſe etiam,* ſcribit Vir laborioſiſsimus juxta atque

Eruditiſsimus, Brianus Waltonus, in Prolegomenis in Biblia Polyglotta, Proleg. XII. num. 6. *Tale MS. Pentateuchi exemplar habui ex Bibliotheca Weſt-Monaſterienſi, pulchrè deſcriptum in magno folio in pergameno, quod ex Ormo in ſinu Perſico nuper direpto huc attulit mercator quidam Londinenſis, unà cum alio volumine eodem modo exarato, quod in manus doctiſsimi Viri, amici mihi multis nominibus colendi, Thomæ Gatakeri, pervenit.* Neq; verò ſolùm deſcripſimus, ſed &, quantum per ſtudia ordinaria licuit, horis ſubciſivis latinè extulimus, Notiſque illuſtravimus, quæ etiam nunc in lucem publicam extrudimus, & cum Orbe Literato communicamus. Abſtraxit antehac nos ab hoc propoſito relatio Viri πολυγλωτ[illegible], D. Edmundi Caſtelli, quæ extat in præfatione ejus in Lexicon Heptaglotton hiſce verbis: *Paraphraſtes Chaldæus in lib. Paralipomenon, quem ex autographo in Academia Cantabrigienſi accuratè deſcripſit, & latinitate donavit D. Sam. Clericus, amicus meus ſingularis, & in Biblijs Polygl.* σύνεργος *diligentiſsimus, cujus etiam operâ ac ſtudijs laudatiſsimis in parato*

*eſt*

*eſt apud Oxonienſes ſeptimum Bibliorum Polyglotton volumen, cum verſionibus antiquiſsimis nec adhuc unquam editis, non Chaldaica tantum hac, ſed Syriacis inſuper, Æthiopicis, Copticis, Arabicis, Perſicis contextum.* Similiter revocârunt nos à cæptis noſtris ea, quæ apud Cl. Virum, Jo. Leusdeniũ, in Phil. Ebræo-Mixt. Diſp. V. p. 36. leguntur: *In Chronica Targum in Anglia latitare ajunt, unde propediem ejus editionem videre ſperamus.* Cui ſuccinit Chriſt. Ravius apud Hottingerum, in Theſauro Philologico, pag. 252. monens in Diſſert. ſua alterâ, Parte I. Alc. Arabico-Latini S. 36. *repertam nuper in Codice quodam Mſc. Erpeniano in Anglia Paraphraſin Chaldaicam in libros Chronicorum, quæ edita hactenus non ſit.* Erexére tamen rurſum atque calcar addiderunt hæc Waltoniana loco, quo nuperrimè diximus, num. 15. extantia verba: *Præter hæc, quæ enumeravimus, extant etiam in Bibliotheca Cantabrigienſi inter Erpenij libros, quos Academiæ donavit Dux Buckingamius, Biblia hebraica cum annotationibus marginalibus in librum Pſalmorum, Job, Proverbiorum Partem prio-*

*rem, I. Chronicorum uſque ad Cap.22.v.6. ſcriptis, ut ad finem notatur, Anno C.1347. quando autem primum confectæ, vel à quo Authore, nondum mihi conſtat; ſero admodum harum notitiam habui, poſtquam Biblia noſtra abſolvimus, idcirco ſpecialem illarum deſcriptionem alijs relinquimus.* Quibus poſtremis verbis mihi lampada tradit, quam etiam eo lubentius ſuſcipio, quod, uti ex hac ejus relatione liquet, Codex Mſc. Cantabrigienſis, quem D. Sam. Clericus deſcripſit, edendum, & Tomo Bibliorum Polyglotton VII. inſerendum, Veſtro Codice quadriennio ſit recentior non ſolùm, ſed & multo imperfectior. Licet enim in Veſtro quoque Codice, ab initio inprimis libri I. ſinguli, bini, &c. capite ſecundo etiam triceni verſiculi deſiderentur, interea tamen non capita integra deſunt, multo minus integer liber. Merito igitur Targum perfectius è Veſtro Codice damus. Nihilominus hæremus, dum à Viro de Evangeliſtarum hiſtoria meritiſsimo, Jo. Lightfoot, Targum Chronicorum etiam ex libro ſecundo, (vid. in Diſ-

qui-

quiſit. Chorogr. Johanni præmiſsâ, cap. IV. §. I. num. 5. cap. V. §. 2. in Horis Hebr. Johanni impenſis, c. I. v. I. & in hor. hebr. Act. Apoſt. c. XII. v. 7.) adduci obſervamus. Utrum is Cantabrigienſi quoq; Codice ſit uſus, Waltoniana-que relatio fallat, an verò aliud exemplare habuerit, dicere nõ poſſum, in Diſquiſitione Chorogr. Evangelio Johannis præmiſsâ, cap. V. §. 2. ſaltem *librum MS.* vocat. Quidquid tamen ſit, illud ex dictis alijsque ex codice illo Targumi citatis locis videmus, eſſe, ubi Codex Lightfooti, eſſe etiam, multoq; crebrius, ubi codex Veſter melius legat, quemadmodũ ad I. Paralip. IV. 23. voc. ובנו, XII. 32. voc. מעדיא annotamus, & ad II. Paralipp. XXVI. 7. voc. בגדר & XXXII. 30. voc. מי, obſervabimus. Quæ igitur vel ſola cauſa eſſe nobis poteſt, hãc ex Codice Veſtro Paraphraſin Chaldaicam edendi, Anglicanâ inprimis editione tamdiu fruſtra expectatâ. Quare autem Vobis, Viri Reverendi, hanc Paraphraſin inſcripſerim, ſine indicio meo intelligitis puto. Veſtrâ enim & Anteceſſorum providâ curâ aſſervatus eſt ſæpe

laudatus Codex, & cum eo Paraphraſis Noſtra, jam ultra trecentos annos. Vos copiam ejus videndi benevolè feciſtis. Vobis quoque, uti ſperamus, non invitis, Paraphraſin ex eo diſcripſimus, & nunc publicamus, cumq; Orbe Literato communicamus. Quare jure meritoque Vobis Targum hoc dicamus atque conſecramus. Quod ſi editâ hac Paraphraſi nonnullorum deſiderium explevimus, iiſque rem fecimus gratam, aut, ſi quid etiam inde, vel in textus hebraici illuſtrationem, fideique Chriſtianæ contra Judæos confirmationem, vel Paraphraſeon Chaldaicarum complementum & integritatem, reivè literariæ incrementũ redundaverit, Vobis illud acceptum ferendum eſſe, hac dedicatione publicè teſtor. Quod ſupereſt, Dominum Noſtrum, J. C. precor, ut Vos Veſtramque Eccleſiam conſervet, protegat atque tueatur, ſuâque complectatur gratiâ, & tandem Beatorum cœtui adjungat.

Dab. Auguſtæ, d. $\frac{17}{27}$. Martij, Anno Domini
*M DC LXXX.*

PRÆ-

# PRÆLOQIUM AUCTORIS DE LIBELLO

*AD*

# LECTOREM.

Iſtimus hic Tibi, Benevole Lector, Paraphraſin Chaldaicam I. Libri Chronicorum, hactenus ineditam, & multum deſideratam. ואני ראיתי תרגום שׁל כתובים חוץ מדניאל ועזרה ודברי הימים. *Vidi ego*, ſcribit Auctor Chronici Hebræorum, Juchaſin, pag. 54. a. *Paraphraſin Chaldaicam* omnium *Librorum hagiographon, exceptis Danielis, Eſræ atque Chronicorum libris.* Similiter V. C. Chriſt. Helvicus, Cap. 2. de Paraphraſibus, *nullum*, ſcribit, *unquam Targum viſum eſt in Paralipomena, nec in Danielem, nec in Eſram, fortè quia Paralipomena pleraque jam in libris Regum erant expoſita, Daniel verò & Eſra magnam partem Chaldaicè conſcripti, ut novâ Paraphraſi non opus videretur.* Ut alios nunc, qui eadem teſtantur [vid. Barth. Majerus, Philol. Sacræ Parte I. pag. 383. & ſeq. & Parte II. pag. 228. Jo. Müllerus, in Judaiſmo, in Proleg. tit. 3. Mich. Havemann in Appendice der Wege-Leuchte / Cap. 5. & Jo. Henricus Hottingerus in Theſ. Philol. pag. 252. &c.] mittamus. De Auctore non conſtat. Dn. Klarck vel Clericus apud Magnum Lexicographum, Caſtellum, ex voce סרוריתא, quam Targumiſta Paralipomenon, Lib. I. Cap. I. v. 51. atque Jonathan, Geneſ. XXXVI. 39. uſurpant, utriuſque Paraphraſcos Jonathanem auctorem fuiſſe, colligit. Nobis veriſimile videtur, eundem Paralipomenon, qui reliquorum Hagiographorum eſt, auctorem eſſe; vide ſis annota-

notata noſtra ad I. Paralipp. II. 54. דבטילו פרוזדואן ] & V. 10. Sed quiſnam ille ſit, de eo itidem Virorum Eruditorum ſententiæ variant. Quidam *Jonathani, filio Uſielis*, Alij *Rab Joſe, ſeu Joſepho*, luſco, adſcribunt, rurſum Alij utrique denegant. vid. Auctor libri Juchaſin, pag. 53. b. & Elias Germanus, in præfat. Meturgeman. Nonnulli *R. Aquilæ* tribuunt. R. Aſarias, Italus Judæus, hebraicè, &, quod in homine judæo mireris, græcè, & latinè doctiſſimus, in opere inſigni, Meor Enaiim, Parte III. Cap. 45. ſcribit: לא תרגם יונתן כתובים כנראה פֹּק דמגלה אשר על כן העל' שם בעלי התוספות כי תרגום כתובים הנמצא הוא מאיש לא ידענוהו *Jonathan Hagiographa non tranſtulit, quemadmodum apparet ex Cap. I.* Tract. Talmud. *Megilla*; *hinc auctores Additionum ibi commentantur*; *quod Targum Hagiographorum*, hodie *exiſtens, ſit* profectum *ab homine ignoto:* ſubjicientes tamen apud eundem: ראוך מן התנאים תקן *Nonnemine è Tannaim*, ſeu Talmudicis Doctoribus, *ordinaſſe*, vel ſcripto conſignaſſe, prius oretenus ſaltem traditum, vel amplioribus acceſſionibus auxiſſe, reſtituiſſe, renovaſſe, prius jam exiſtens & ſcripto conſignatum. Namque, ſcribit R. Abraham Zachuth, loco, quo diximus: כי בזמן הבית ראינו כי רבן גמליאל הזקן היה לו תרגום איוב וכן בפרק כל כתבי אמרו התוספות משמע שבימי התנאים כבר נעשה תרגום של כתובים וגו' *obſervamus, quod tempore Templi* ſecundi *Rabban Gamaliel, Senior*, Filius Simeonis, Nepos Hillelis, Præceptor Pauli, memoratus Lucæ, Act. V. 34. & XXII. 3. *habuerit Targum Hiobi*, libri hagiographi; *ita quoque ſuper caput: omnes Scripturæ, &c. Additionum* Auctores *ſcribunt: Senſus eſt: quod tempore Tannaim* ſeu Talmudiſtarum, *jam confecta ſit Paraphraſis hagiographorum*. R. Sal. Jarchi tamen hîc diſſentit, atque eo jam tempore Targum in hagiographa extitiſſe, negat. Quidquid ſit, hoc paſſim obſervamus, auctorem Targumi Paralipp. è poſteriorum Paraphraſtarum numero fuiſſe, & vel Tannai h, e, Talmudicum Doctorem ſeu Gemariſtam, qui ſeculo Chriſtiano tertio, quarto & quinto floruerunt,

Digitized by Google

runt, unde Talmudicas & prodigioſas expoſitiones plurimùm ſectatur, & Lib. I. Paralipp. V. 10. *Hungarorum*, populi quarto demùm ſeculo Chriſtiano, vel juxta ipſorummet Judæorum Chronologum, R. Davidem Gans, noti atque celebris, mentionem facit; vel certè recentioris ævi Judæum fuiſſe: Unde I. Paralipp. V. 26. טורי קבלא *montium tenebrarum*, recentioris Judæorum figmenti, commeminit. Quò facit, quod recentiorum Darſchanim ſeu Homiletarum more plurimum allegorizat. In Jalcut, Commentario Hebræo-Antiquo in I. Paralipp. IV. 19. ſcribitur: ר׳ סימון בשם ר׳ יהושע בל אמר ר׳ חמא אבוה דר׳ אושעיא לא ניתן ספר דברי הימים אלא להדרש: h, e, refert *R. Simon, nomine R. Joſuæ Ben Levi; dixit R. Hama, Pater R. Uſaiæ: Liber Chronicorum non eſt datus niſi ad allegorizandum.* Quæ verò fidem & aſſenſum haut merentur. Excuſare tamen hoc homileticum Paraphraſtarum interpretandi genus nititur Sapiens R. Abraham Aben Eſra, Præfat. Comment. in Geneſin, ſub finem:

ומתרגם התורה ארמית תרגם אמת
ובאר לנו כל נעלמות
ואם דלק במקומות אחרי מדרשים
ידענו כי יותר ממנו ידע השרשים
רק חפץ להוסיף טעמים אחרים
כי פשוטו ובינוהו אפילו הבוערים
גמו עירה שלא תרגומו כבן אתון
ותרגם בני יבנון ואתונו שער האיתון
ובעבור הדרש דרך הפשט איננה סרה
כי שבעים פנים לתורה
רק בתורות ובמשפטים ובחקים
אם מצאנו שני טעמים לפסוקים
והטעם האחד כדברי המעתיקים
שהיו כלם צדיקים
נשען על אמתם בלי ספק בידים חזקים
וחלילה חלילה מלהתערב עם הצדוקים



האומרים

האומרים כי העתקתם מכחשת הכתוב והדקדוקים
רק קדמונינו היו אמת וכל דבריהם אמת
ויי אלהים אמת ינחה עבדו ברוך אמרו :

Quæ in prosâ ita interpretamur: *Legis Paraphraſtes chaldaicè veritatem transfert, nobisque obſcuritatem omnem declarat. Quod ſi alicubi Allegorias proſequatur, ſciamus, magis eum quàm nos radices* ſeu fundamenta Literæ *cognoviſſe, voluiſſe autem ſuperaddere ſenſus alios, literali vel à ſtupidiſſimis* quibusvis *percepto. Ut* exempli gratia Gen. XLIX. 11. עִירָה *non exponit per pullum aſinæ,* בְּנִי *per ædificabunt,* אֲתוֹנוֹ *verò per portam Ittoninterpretatur. Neque verò propter ſenſum allegoricum literalis tollitur: Lex enim vel ſeptuaginta* explicandi *modos* admittit. *Si tamen* ijs de locis, ubi *de legibus, ritibus atque ſtatutis* agitur, *duplicem expoſitionem inveniamus, & alterutra expoſitio ex mente Targumiſtarum (qui omnes juſti fuerunt) ſit, amplectamur utique ſine ulla hæſitatione ambabus manibus eorum veritatem. Abſit autem* longiſſimèque *abſit, cum Zadokæis* [Karræis] *unum ſufflare cornu, eorum interpretationem Scripturæ* literalem *Grammaticumque* ſenſum *negare, calumniantibus. Quin Antiquorum Noſtrorum* Magiſtrorum *veritas eſt, verba eorum omnia veritas* ſunt, *& JEHOVA DEUS veritas* eſt, is quoque *deducat* me *Servum ſuum in via veritatis.* Quæ benè equidem ex parte habent, interea tamen aliud eſt, Homiletam, aliud, Interpretem & Paraphraſten eſſe, cui literalis potius quàm allegorici ſeu myſtici ſenſûs ratio eſt habenda. Atque hæc de Auctore Targumi Chronicorum præfari placuit: Reſtat nunc, ut de Nobis quoque & noſtra Verſione dicamus. Operam verò dedimus ſedulam, ut Paraphraſin hanc correctam daremus, loca obſcura, quæ crebrò occurrunt, pro virili illuſtraremus, ubi verò res plana atque clara erat, nullum prolixioribus Commentarijs aut digreſſionibus faſtidium crearemus, libellumvè oneraremus. Nullam quoque occaſionem prætermiſimus, Novi Teſtamenti Codicem, Hiſtoriamque atque Phraſin Evangeliſtarum, ex Targumiſtâ hoc illuſtrandi, & inprimis Fidei Noſtræ Chriſtianæ Articulos adverſus

Digitized by Google

ſus Judæorum perfidiam, contribulis teſtimonijs confirmandi, quæ crebra ſunt ac inſignia, inprimis de *Filio DEI*, quem, more reliquorum Targumiſtarum, perpetuo מימרא דיי λόγον τῦ Θεῦ ſeu *Verbum Jehovæ* vocat; deque *Spiritu ſancto*: quibus de Trinitate Perſonarum Divinarum Articulus Chriſtianus adverſus Anti-Trinitarios Judæos præclarè comprobatur. Peregregium verò Teſtimonium eſt, quod Cap. III, 14. *Meſſiæ Noſtro* perhibet, ob quod vel ſolum lucem aſpicere meretur. Ex quibus Teſtimonijs καθ' ἄνθρωπον adverſus Judæos modernos, à Priſcorum fide degenerantes, utiliter diſputatur; Magnæ enim, &, ſi non æqualis cum Scriptoribus ſacris, certè ſecundæ poſt eos auctoritatis apud ſuos Targumiſtæ ſunt, & pro Θεοπνεύστοις atque Divinis habentur, quibus proinde magis fidem adhibent, quàm Scriptoribus Novi Teſtamenti Judæi. Ubi verò ſuperſtitioſas fabulas atque nugas, quas, ſpretis ſerijs, pueriles Judæos ambabus amplexuros eſſe manibus intellexeramus, Targumiſta vendit, rejicimus eum refellimusque, ut &, ubi Papicolarum de jejunij operumque bonorum meritis ſuperſtitioni accedere videbatur. Quod attinet Verſionem noſtram, non ornatè, ſed ſimpliciter, & Chaldæo Textui accommodatè, exprimere Paraphraſin allaboravimus, rerum magis, quàm verborum ſtudioſi. In Notis LXX. Interpretum Verſionem Græcam, Tremellij atque Junij Latinam, & Hebræorum Commentaria diligenter, prout ex collatione patebit, contulimus: illam ſæpe corrigimus, iſtam ut plurimùm laudamus, hæc, pro re nata, rejicimus, pluries tamen amplectimur, ſæpe etiam aqua hæſiſſet, præſertim ubi Noſter Interpres extravagabatur, & Textum fabuloſis Talmudicisque commentis interpolabat, ſine Commentarijs Hebræorum ſi fuiſſemus, quo nomine merito gratiam illis habemus. Neque etiam Jo. Lightfoot ſine laudis præfamine prætereundus nobis eſt, qui & ipſe inſigni opere ſuo, quod *Horæ Hebraicæ & Talmudicæ* inſcribitur, nobis profuit, ijs maximè in locis, ubi Codicem MSc. Anglicanum Targumi Paralipomenon allegat, quæ diligenter evolvimus contulimusque, ut lib. I. Paralipp. IV. 23. XI. 22.

& XII. 32. eſt, ubi uterque Codex benè, eſt, ubi malè, eſt, ubi Erfordienſis, eſt etiam, ubi Anglicanus Codex meliùs legat, prout locis citatis obſervabis. Optandum verò fuiſſet, ut non ex parte duntaxat, ſed per omnia duo Codices hi MSc.ti conferri potuiſſent, quo modo longè correctiſſima curatiſſimaque Editio noſtra prodijſſet: quia tamen nulla nobis patuit via, quâ Codice Anglicano potiremur, ideoque ſine prævia collatione inſtituta edere Paraphraſin coacti ſumus, qua Tuo tamen, ſperamus, deſiderio tantiſper ſatisfiet, donec Angli, in hac literatura Principes, correctiorem Paraphraſin ex ſuo Codice MSc. in lucem proferent; tunc quoque conjecturæ noſtræ atque emendationes probæ ſint, nec ne, patefiet. Tu interea, Lector, his, ſi non diſplicent, fruere, multum enim in textibus difficilibus, locis obſcuris & vocabulis inuſitatis, lucis afferunt. Quod ſi alicubi jejuni fuimus, vel etiam hallucinati, cogita, nos ſine Duce, Cimmerijs in tenebris verſatos, primam glaciem fregiſſe, facillimumque eſſe, noſtris deinceps aut plura addere, aut, ſubminiſtratâ jam qualicunque luce, meliùs videre. De Codice MSc. quo uſi ſumus, non eſt, ut dicamus, eam enim operam anticipavimus in Dedicatione: Vale, Lector optime, noſtrisque ſtudijs fave, quod ſi intellexerimus, ut alter quoque Chronicorum Liber propediem edatur, operam dabimus indefeſſam,

Vale.

# LIBER I.

# LIBER PRIMUS.

## CAP. I.

| | |
|---|---|
| תרגום | Verſio Latina. |
| דין ספר יחוסיא | Liber hic Genealogicus, |

---

## NOTÆ.

ספר יחוסיא *Liber Genealogiarum*] rectiùs יחוסיא. Nam hoc omnino, Lector, es monendus, Codicem manuſcriptum, quem exſcripſi, ab imperito, vel certè negligente Scriba exaratum fuiſſe, & ſæpiſſimè in punctandis vocibus fuiſſe hallucinatum, quod ſemel ſub initium hujus Scriptionis moneo, ſemper verò deinceps inculcatum volo. Vocat autem Targumiſta noſter hanc, quam aggreditur interpretari, Scripturam S. *Librum Genealogiarum*, à parte nimirum ejus priori, quæ ab initio libri, uſq; ad caput decimum, plurimas Patrum Ante- & Poſt-Diluvianorum, Auctorum Gentium, Regum Idumæorum, Judæorum, totiusque Iſraelis, Davidis tempore florentis, Genealogias comprehendit. In fine Tract. Talmudis Hieroſolymitani, *Megilla*, referente R. Sal. Jarchæo, Comment. ad *I. Paral. IIX.* 28. docetur: ג' ספרים מצא עזרא ספר מעונים ספר דאטומי ספר האחים ובמלו דברי האחד וקיימו דברי השנים: h. e. Verſione Noſtrâ, *Tres Codices* vel Tria Chronica *Eſra* [quem Paralipomen. auctorem faciunt Judæi] *reperit*, *Chronicon Habitationum* ſeu τὸ τοπικόν, *Chronicon Magnatum* aut Perſonarum, & *Chronicon Fratrum* i. e. τὸ γενεαλογικόν: Si verò horum unum diſſentiebat, duo autem reliqua conveniebant, *miſſo illo*, *hæc* in condenda ſua Paralipomen. Hiſtoria *eſt ſecutus* Eſra, quod Raſchi l. c. exemplis productis confirmat. A poſtremo itaque, Chronico Genealogico, ספר יחוסיא hîc denominatur. Illud etiam moneo, literæ ס in voce ספר, cæterisq; literis בגדכפת lineolam Raphe in Codice MSC. ſuperimpoſitam perpetuò eſſe; quam verò nos ſecundùm recentiorem Grammaticorum conſuetudinem, omiſimus, quod ex abſentiâ Dageſch lenis adeſſe ſubintelligatur.

| | | |
|---|---|---|
| VERBA DIERUM *inſcribitur*, qui â dieb⁹ mundi *initium facit*. | | פִּתְגָמֵי יוֹמַיָּא דְּמִן יוֹמֵי עָלְמָא |
| Adam, Seth, Enos. | v. 1. | אָדָם שֵׁת אֱנוֹשׁ |
| Filii Japhet *ſunt* Gomer, Magog, Madai, Javan, Tubal, Meſchech & Tiras; Nomina vero ἐπαρχιῶν *ſeu provinciarum* Eorum, *fuêre* Africa, | v. 5. | בְּנוֹי דְיֶפֶת גֹּמֶר וּמָגוֹג וּמָדַי וְיָוָן<br>וְתוּבַל וּמֶשֶׁךְ וְתִירָס וְשׁוּם<br>אַפְרַכְוָתְהוֹן אַפְרִיקִי |

---

פִּתְגָמֵי יוֹמַיָּא *Verba Dierum*,) Hebraicè דִּבְרֵי הַיָּמִים, ſenſu prorſus eodem; Græcè diceres, ἐφημερίδες, Latinè *Diarium*, ſed tamen non Hiſtoria, qua res per Dies ſingulos, ſed per hebdomadas, menſes, annos, & majora temporis intervalla, geſtæ deſcribuntur, eſt intelligenda. Nam vocabulum יוֹמִים *Dies* apud Hebræos latiùs, pro magno temporis ſpacio, accipitur, quod non ignoravit Antiquitas, quæ hoſce libros τὰ χρονικὰ dixit.

v. 1. אָדָם *Adam*) in Codice manuſcripto verſus hic primus titulo librī conjungitur. Obſervabis verò hîc, lector, Accentus quoque in hoc Targum, quod in Targumim [ſi ſolum Onkeloſii excipias] inſolitum aliàs eſt, exhiberi: Scias tamen, ſaltem in hoc, ſequenti, & initio Tertii Capitis, iisque ſolùm vocibus, quæ verbotim hebræas exprimunt, [unde etiam eadem, quæ in Hebræo eſt, accentuum ſeries hîc obſervata fuit,] adſcriptos fuiſſe, in reliquo autem libro toto accentus abſunt.

v. 2. 3. 4. Verſus hos, & plures alios, uti progreſſuris patebit, Codex manuſcriptus non exhibet, incertum eſt, an Targumiſtæ conſilio, an verò Apographi, ex quo noſter Codex eſt deſcriptus, imperfectione & defectu, an denique ἀβλεψία ſeu incuriâ Scribæ.

v. 5. אַפְרִיקִי *Africe*] ita quoque Targum Jonathanis in legem, & Hieroſolymitanum. R. Samuel F. Ammi, אפריקא *Africa*, videatur Gloſſa Judæorum antiqua, בראשית רבה. Sect. 37. Si tamen, uti communis eſt ſententia, Africa non Japeto, ſed Chamo, in poſt-Diluviana illa orbis diviſione, contigit, hi omnes à vero aberrare mihi videntur.



Digitized by Google

| | |
|---|---|
| וְגַרְמְיָא וַחֲמָדָאי וּמוֹקְדְנְיָא | Germania, Medi, Macedonia, |

וְגַרְמְיָא) Jonathan, Hieroſolymitanus & R. Samuel F. Ammi l.c. unanimi conſenſu omnes, גרמניא legunt; ex quibus proinde lectionem apud noſtrum corruptam emendo, & גַּרְמַנְיָא reſcribo; vulgo autem vox hæc per Germaniam redditur, poſſit etiam Carmania intelligi, præſertim cum immediate Media, non multum ab illa diſſita, ſequatur, & neque aliàs infrequens Ebræis ſit, C. latinum, per ג. exprimere, uti ex vocabulis גפרי גמלה *Camelus*, *Cyprus*, & ſimilibus liquet. In Hebræo eſt גָּמַר, quæ ita ab Heſeckiele, cap. XXXIIX. depingitur, ut vix, ac ne vix quidem, neque Germania, neque Carmania agnoſci ibi poſſit. Auctor libri יוחסין pag. 135. Poloniam hic intelligit, quam הַלֵּךְ nomine obſcuro, quod Bochartus, part. 1. Geogr. Sac. lib. IV. cap. 34. pag. 355. non potuit aſſequi, appellat. Eſt autem illud, meâ conjecturâ, nomen *Lechi*, fratris Zechi & Ruſſi, qui Poloniam, Bohemiam, & Ruſſiam, occupatas, à ſe denominaverunt, Vid. R. Dav. Gans, in opere Chronol. צמח דוד p. II. p. 46. col. 2. & Georg. Hornij, in orbe Politico, p. I. p. 35. & 36. Interpres Arabs ſic extulit יאגוג, quæ Tartariæ regio eſt, à quo non multùm abit R. Abr. Pertzol, in Epiſt. ארחות עולם cap. 9. dum ſcribit: ממלכות הסופי ואירקאניאה וקאראמאניאה מלכות הכלב הגדול ובגלילו הלזו שהיא מיוחסת לגומר ומגוג נמצא תוך מדברות היבשה ים גדול וגו' *Poſt Imperium Sophi*, *Hyrcaniam* & *Caramaniam* eſt *Imperium Canis magni*, vult dicere, Chami M. Tatarorum Imperatoris, *in cujus confinio*, *quod Gomero* & *Magogo accenſetur*, *per deſerta ſoli*, *mare magnum*, ſcilicet Caſpium, *exiſtit*. Et cap. 3. ſcribit: סיריקא וסקיטאניא סופיריאור הנקרא גומר ומגוג וגו' *Serica*, & *Scitania*, vel Scythia *ſuperior*, quæ *Gomer* & *Magog vocatur &c.* Conf. Eundem, cap. 26, Tremellium & Junium in Scholiis, Gen. X. Et ſolertiſſimum locorum ſacrorum Indagatorem, Sam. Bochartum, part. 1. Geogr. Sac. lib. III. cap. 13, quorum ultimorum ſententia vel ideo placet, quod nomen Jagog à Magog nomenclaturâ parùm admodum diſcedat.

וַחֲמָדָאי) pravè, neque meliùs Jonathan, וְהַמְּדָיֵי utrobique reſcribo וְהַמְּדָאֵי vel, quia Chaldæi emphaſin non ante, ſed poſt nomen ponunt, expungo planè ה emphaticum, & וְמָדָאֵי, vel cum Hieroſolymitano atque Samuele F. Ammi l.c. וְמָדַי lego.

| | | |
|---|---|---|
| Gothuñia, Moesia & Thracia. Filii Gomeris *fuerunt* Aschkenas, Diphat, | v. 6. | וּבְנֵי גֹמֶר אַשְׁכְּנַז וְדִיפַת וְתוֹגַרְמָה׃ |

---

ויתניא) Jonathan וְיִתְנִיָא, Hieros. וְיִתְנִיאָ, Rab. Samuel Fil. Ammi, loco cit. הנגיה. quis horum optimè, dicere non possum, Taylerus in versione Targumi Hierosolymitani, *Athenas* reddit: Bochartus verò in P. I. Geogr. Sac. lib. III. cap 12. *Italiam* intelligit; verum, quoniam hîc de ἐπαρχίαις & integris Provinciis, non de urbibus, est sermo, & Italia commate sequente memoratur, hinc neutrius conjectura placet; mihi verisimile videtur, *Gothuñiam*, Sarmatiæ Europææ Regionem, à Targumistis significari, J. enim & G. obsoni convenientiam, permutari sæpe solent, &, quod majus est, in textu Moesia & Thracia, vicinæ regiones,, immediatè subijciuntur. Accedit, quod Talmudici quoque in Tr. יומא fol. 10. col. 1. scribunt; תובל זו בית אונייקי *Tubal est ἡ γυνὴ ἀνιαχὴ Domus Hunniaca* vel Hunnorum.

ואסיא) Jonathan, Gen. X. 2. אוסיא & Ps. CXX. 5. אוסאי, Hieros. verò אנסיא, & R. Samuel F. Ammi, איסניא, ubi duæ priores lectiones minùs displicent. Taylero *Assos*, Bocharto *Ausonia* est, quibus verò neq; hic assentiri possum, quod ille urbem denuò pro Provincia obtrudat, hic verò nimis detorquere videatur nomen regionis. Mea conjectura est, מוסיא *Moesia*, unâ permutatâ litterâ, legendum esse, nam quò imperitiores Judæi in Geographia sunt, eò etiam nomina locorum corruptiùs describunt. Et juvare potest conjecturam, quod Moesiæ, vicina terra, Thracia, immediatè subditur, & Moschus Fluvius, antiquum ac obsoletum nomen regionis מֶשֶׁךְ adhuc referens, in ea existat. Conf. Auctor libri יוחסין pag. 135. col. 1. & Matth. Aurogallus in libello סדר שמות עצמים, in voce משך.

ותרקיא ] Jonathan, Hieros. & Rabbini, in בראשית רבה, sect. 37. תַּרְקִי, melius Auctor lib. יוחסין loc. cit. תראטיה *Thracia*, unde hic quoque תְּרַקְיָא est rescribendum: nam fuit hæc ignota Codicis nostri Scribæ, hinc תִּרְקְיָא *Turciam*, suo notam tempore, imperitus nobis exhibet. In quo errore socium Abarbenelem, Magnum inter suos Doctorem, habet, Vide Commentarium ejus in Jerem. cap. XLIV. 20. & Tremellium, Juniuḿque in Gen. X.

ודיפת Et *Diphat* ] in Genesi, cap. X. v. 3. legitur Riphat; sæpe enim litteræ

| | | |
|---|---|---|
| וְתוֹגַרְמָה וְשׁוּם אַפְרַכְוּתְהוֹן אֶסְיָא וּפַרְכְוֵי וּבַרְבַּרְיָא׃ | | Et Togarma, Nomina autē Provinciārum Eorum *fuêre* Aſia, Parthi & Barbaria. |
| וּבְנֵי דְמַקְרוֹן אַלְסוֹנוֹרְסוֹם | v. 7. | Filii vero Macedonis *fuêre* Hellas, Tarsus, |

---

litteræ ד & ר, ob figuræ ſimilitudinem, permutantur. Conf. R. D. Kimchi, Comment. in h. loc.

אסיא ] meliùs Hieroſ. & Gloſſa Gen. M. אַסְיָא *Aſia*, non verò tertia illa vetuſtiſſimaque pars orbis, Vid. πολύγλοσσος. David Cohen de Lara, in lib. כתר בהונה, ſed Aſia minor ſeu Natolia hîc eſt intelligenda.

ופרכוי ] Ita quoque Hieroſ. פַּרְכְוֵי. In Codice manuſcr. vox hæc, & plures aliæ, ſine punctis exhibentur, vel quod ea in Apographo abfuerunt, vel quod Scribam Codicis noſtri latuerit, quænam puncta, præſertim vocibus peregrinis, ſint addenda. Neſciremus verò, quinam populus hîc innuatur, ſine Targum Threnorum ſi eſſemus, in eo enim hoc nomen פַּרְכְוֵי occurrit, Vid. cap. IV. v. 21. & verſu ſeq. פָּרְסָאֵי *Perſæ* nominantur. Intelligamus igitur hîc cum Taylero *Perſas*, aut, levi factâ immutatione, פַּרְתְוֵי, uti Actor. II. 9. vocantur; vicinos Eorum, *Parthos*. Tremellius & Junius, l. c. *Barcæos*, alii *Phrygas* intelligunt. Bochartus, l. c. cap. 10. *Francos* intelligi ſuſpicatur, quod verò non placet, uti nec illud, quod ibid. lib. IV cap. 38. Verba Auctoris Juchaſin, וריפת איגלויוש וטרויאנוס אשר היו באסיה מקום הנקרא היום איידינגיק Quæ hunc ſenſum habent; RIPHATH) hi ſunt *Ilienſes & Troiani, qui* in *Aſia conſederunt, in loco hodie Idingich* vel Aidinzic *dicto*, teſte Leonclavii Onomaſtico, præter cauſam, ingenio ſuo nimiùm indulgens, caſtigat, &, contra mentem Auctoris, aliena nomina; *Aquileienſes*, *Tarviſiani*, *Illyricum*, in textum intrudit.

אלסונורסום ) mendosè, neque meliùs in Gloſſa Geneſ. magna, אַלַס וְטַרְסַס. Hieroſ. אַלְסַטַרְסוֹס, omnium optimè Jonathan, אלסוטרוס *Hellas & Tarſus*. ex quo omnes reliqui ſunt emendandi. neque aliter Actor libri אלישה הם איי ארספילאגו מקנדייה עד שיאו והאיים אשר יוחסין מביבותיהם ועד היום להלאה מגאליפולי (lege מגאליפו) הקאשטיליוש (lege הקאשטילום) נקרא אלישפונט ותרשיש ראש מלכות גדול על שפת הים קרוב לאנטכיא נקרא שצליא (lege שיליציא). *ELISA: ſunt Inſulæ Archipelago* v. 7.

| | | |
|---|---|---|
| Italus & Dardanus. Filii Chami *erant* Arabs, Mizraim, Alihrok & Canaan. | v. 8. | אטליון ודודניא׃ ובְנוי דְחָם ערב ומצרים אליחרק וכנען׃ |

*pelago* (Italicè i. e. *Archipelagi*) *à Candia usque ad Chion, & quæ ei adjacent Insulæ; & in hunc usque diem ultra Callipolin, castellum est*, (non Constantinopolis, ut Bochartus exponit) nomine *Hellespontus. Et Tarsis est metropolis ingentis regni maritimi prope Antiochiam Ciliciæ.*

אטליון ] non benè, meliùs Hieros. & Glossa Genes. magna, אִיטַלְיָא. Jonathan habet אַבְזְיָא, quod non intelligo, ariolor autem cum Sam. Bocharto, אַכְיָא *Achaia* legendum esse, quò faciunt, quæ doctissimus Cohen de Lara in Lexico suo כתר כהונה scribit: וכתוב אביא׳ אכיא [ספרי רפ בלק] וכן (במגלה דירוש׳ עאב הלכה יא) והוא כתים (ובילק׳ ת רמד ד) יש אסיא מדינת יון פלופוניסוס בל לא מוריאה׃ *Achaia* (occurrit in Medrasch *Siphre* ab initio *paraschæ*, בלק.) *& scribitur* corruptè per b. *Abaia, ut &* (*in* Tr. *Megilla* Talm. *Hieros. fol.* 1. *&* 2. *halacha* 11.) *& est Chittim*, (*in Jaleuth Tehillim, pag.* 244. *col.* 4.) *est Asia, Provincia Javan, Pelopoñesus, in lingua Italica, la Morea.* R. Abraham Zachuth, Auctor operis Chronologici יוחסין, exponit de Cypro, dū pag. 135. scribit: כתים הם איגיפרי ונוגה שליט עליהם CHITTIM: *sunt Cyprii, quibus Venus*, quæ ab iis colebatur, unde Cypria quoque dicta est, *dominatur.* Ubi miror, quare Bochartus pro Venere *Ducem* nobis exhibeat, in part. 1. Geogr. S. lib. IV. c. 38. in Hebræo est כתים, quod Berosus quoque Chaldæus, apud Aurogallum, de Italo intelligit, dum lib. 2. scribit. *Italus, cui nomen Citin.* & lib. 3. cum *iviſſet ad regendam Citim, quam nunc Italiam nominant*, &c. similiter & Joseph Ben Gorion, lib. 1. c. 1. & 2. & alibipassim, Cittim de Italia & Italis exponit.

ודודניא ] ita quoque Hierosolymitanus, sed Jonathan & glossa Gen. M. rectiùs דִרְדַּנְיָא *Dardania*, legunt.

v. 8. ערב) Et Jonathan, אַרַבְיָא, rectissimè. In Hebræo est כּוּשׁ, quam plerique de Aethiopia male accipiunt, cum Arabia innuatur.

ואליחרק) ita quoque Jonathan, אַלִיחַרָק Alihrok, sed quale hoc nomen est? tacent omnes. Num fortè Illyricum innuitur? at verò agitur hic de Africæ regione, an verò Al-Irak, quæ Babylonia olim? sed hæc nimis recens est appellatio, & אַלְעִירַחַק vel אַלְעִירַאק scribitur. an denique, levi facta immutatione, אלמרק Regnum *Marocco* significatur? sane pleri-

| | | |
|---|---|---|
| ובנוי רעזרב סינראי והנדקאי וסמראי ולובאי | v. 9. | Filii Arabis *sunt* Sindus & Indus, Babylonius, Libys, |

plerique omnes פוט vel provinciam *Putensem*, de qua hic est sermo, in Barbaria locant. Verùm nihil definio, Virorum Eruditorum de eo conjecturas audire malo.

סינראי) mendosè, neq; meliùs Jonathan, סינירא, emendo utrumque, & rescribo, סינדאי *Sindus*, sequitur enim immediatè הנדקאי *Indicus* seu Indus, à quibus סנד & הנד, vel, uti R. Meir Aldabi, in libro שבילי אמונה, vocat, סנדי & הנדי, Secundi atque Primi climatis in Oriente provinciæ Indiæ, sunt denominatæ, Vid. lib. 2. cap. 2. In illa est v. 9.

*Mansura*, emporium toto Oriente longè famosissimum, longit. 105. 0. latitud. verò 27. 40. uti memoriæ prodidit Ulug Beich in tabulis suis Geographicis. Observo verò, Arabem quoque Paraphrasten, nomen סבא, non quidem quatenus hujus Sebæ, de quo nunc sermo est, sed tamen quatenus Nepotis ejus ex fratre nomen est, per אלסנד interpretari; & Greg. Abul' Pharag, sectâ Jacobitanus, Scriptor Arabs, in historia Dynastiarum, inter regiones à Chami filiis conditas, quandam quoque nomine אלסנד recenset. Vid. pag. 17. edit. Pocockianæ.

והנדקאי & *Indicus*,] ita quoque Jonathan, הינדקי. iis, quæ occasione vocis סנראי de hoc nomine modò dixi, addo nunc, laudatum Greg. Abul' Pharag. loc. cit. inter provincias, quæ in divisione post-Diluviana Chami filiis cessêre, אלהנד *Indiam* quoque referre. & Interpres Arabs, ut ut hic nomen חוילה, de quo jam sermo est, per זוילה *Zesilam* exponat, quo Æthiopiæ urbem innuere videtur, nihilominus tamen, nepotem hujus ex fratre Dedanem, per אלהנד quoque interpretatur. Cæterùm Arabi Binjamin quoque Tudelensis suffragatur, qui in itinerario, חוילה, per זוילת, ipse quoque reddit, de quo verò loco pluribus agam, quando Auctorem illum, cum nova versione & notis, quod proposui, annuente Jehova, publicabo, interea legi potest, Vir in Geogr. S. versatissimus, Sam. Bochartus, loco sæpius hactenus cit. lib. IV. c. 3.

וסמראי) cum Resch, Jonathan, סמראי cum Daleth, sed meliùs Noster legere videtur. Cæterùm quale hoc sit nomen, apud neminem expositum invenio, nisi quod Greg. Abul' Pharag. l. c. p. 18. scribit: Turrem

Babel

| | |
|---|---|
| Et Nigrita, Filii verò Mau- | ודנגאי ובני דממריאטינוס |
| ri *erant* Smaragdus & Mazaces, | זמרג ומוגג׃ |

Babel in regione quadam, אלסאמרה *Samara* dictam, excitatam fuisse, quam alio nomine, שנעאר *Senaar* dicit. Ex quo colligo, Targumistas hùc quoque collineare, & per סמראי Babyloniam significare nobis velle. Sed conjectura hæc est.

ודנגאי) mendosè, meliùs legere videtur Jonathan, וּוֵינְגָאי. de quo verò nomine rursus magnum est Scriptorum silentium. Mihi videtur *Nigrita* significari; ut ita statuam, facit aliquoties hactenus laudatus, Greg. Abul' Pharag, qui l. c. inter regiones, à Chami filiis possessas, אלנג *Nigritidem* quoque commemorat, & R. Abr. Perizol, in Epist. ארחות עולם, cap. 20. סיניגא הוא ראשית מלכות השחורים *Senega*, scribit, *est initium Regni Nigrorum*. in mappa Barbariæ Geogr. quoque Joh. Janssonii, urbs & Regnum hoc exhibetur, & *Zanhaga* vocatur.

דממריאטינוס ] sine dubio pro מבריטאנוס: nam מ & ב, unius organi litteræ, sæpius permutantur, quomodo etiam apud R. Abr. Perizol, l. c. aliquoties מאבריטאניא *Mauritania* occurrit. Græci μαύρ- & μαυρίτανία. u. enim Græcum Chaldæus & Hebræus per ב exprimunt, Jonathan tamen cum v. מָוְרִיטִינוֹס legit. Cæterùm quem modò לובאי *Libyn*, nunc מבריטאנוס *Mauritanum* dicit, eandem rem, diverso nomine appellans. facit huc, quod R. Abr. Zachuth, in lib. Juchasin, pag. 115. scribit: ובני כוש לא נודעו באמתות מקומם אים רק ידענו בפי שהם במלכות הכושים במאוריטאני hoc est: *Filiorum Cuschi loca, ubi ea* existant, *verè non constat, hoc tamen certò scimus, esse ea in Æthiopia Regno, in Mauritania.*

זמרג) mendosè, neque meliùs infra, v. 32. וְמַרְגָּד. melius Jonath. Gen. X. 7. & Jobi I. 15. VI. 19. וְמַרְגָּד *Smaragditis*, unde David Cohen de Lara, sæpius cit. זמרגד והוא שם מדינה *Smaragdites est nomen provinciæ*. Ubi verò terrarum hæc extiterit, de eo diversæ sunt Auctorum sententiæ. Car. Stephanus in Dict. Geogr. scribit, *Smaragdites est nomen juxta Carthedonem, ubi Smaragdus gemma legitur. PLINIUS.* Bochartus verò, *Smaragdū montem esse in Ichthyophagis*, Arabiæ populo, scribit, P I. Geogr. S. lib. IV. c. 3. Quæ posterior sententia ideo magis placet, quod Smaragditidem perinde atq; Jonathan, Jobi I. & VI. Chaldæa & Usitidi vicinam facit.

ומוגג) infra v. 32. מָוְג & sic quoque Jonathan. quale verò hoc sit nomen

| | | |
|---|---|---|
| ועֶרֶב אוליד ית נמרוד | v. 10. | Arab genuit Nimrodum, |
| הוא שרי למהוי גבר בחטאה | | qui cæpit prævalere in pecca- |
| שרי דם זכאי ומרד קדם יי׳ | | to, *namq;* ſanguinem innoxium |
| | | effudit, & contra Jehova re- |
| | | bellavit. |
| ומצרים אוליד ית נאטאי ויתּ | v. 11. | Mizraim generavit Neutæum, |
| מראטאי | | Mareotæum, |

nomen, ut ingenue fatear, ignoro. Bochartus, loco quo nuperrimè dixi, Mazaces, vel Mazices, populum Mauritaniæ, intelligit. apud Arrianum verò, Maſſaca, vel, ut Curtius effert, Mazaga, Indiæ urbs eſt, teſte Car. Steph, quæ utrùm à Targumiſtis hic intelligatur, Lectoris Judicio relinquo. Arabs ſanè nomen דִּדָן, quod hic in Hebræo reperitur, per אלהנד ſeu *Indiam* interpretatur.

v. 10. גבר בחטאה שרי דם זכאי ומרד וגו׳) ita quoque Hieroſ. *is*, Nimrod, *fuit ſtrenuus in venatione*, id eſt, *in peccato coram Jehova*, *namque homines linguâ ſuâ*, (pro בְּלִי־שִׁנְחוֹן lege בְּלִישָׁנוֹי) *cepit*, *recedite*, *inquiens*, *à ſcitis Numinis*, & *adhærete imperio Nimrodi*. Similiter Talmudici Doctores ἀλληγορῶσιν: *cepit voluntates creaturarum ore ſuo & induxit eas*, *rebellare Domino*. Vid. R. Sal. Jarchi & R. Jacob Abendana in Comment. ſup. Gen. X. 9. Cæterùm gloſſæ hæ incerto Etymologiæ nominis נמרוד, quod *rebellem* notat, innixæ ſunt fundamento: longè alium ſuggerit nobis ſenſum littera. Placet mihi hîc ſapientis Aben Eſræ commentatio. NIMROD] *ne* inquit, *ubivis nominum rationem* ſeu Etymologiam *inquiras* aut attendas, *niſi* ea in ipſa Scriptura S. *ſignificata ſit*.

v. 11. נאטאי) Targum Jonathanis habet נִיוֹטָאי. num igitur noſtrum ex hoc corrigendum, & fortean *Nabatæa* regio, מִצְרַיִם ſeu Ægypto vicina, eſt intelligenda? Bochartus l. IV. c. 25. operis Phaleg, incolas Νεβατ, nomi Ægypti, intelligit, quod non diſplicet. In Hebræo eſt לוּדִים, quod, uti ipſum nomen prodit, de Lydia eſt accipiendum; Intelligo autem cum Sam. Bocharto, opere ſæpius laudato, lib. IV. c. 26. Æthiopiæ regionem, cujus fortaſſe colonia fuit Aſiatica Lydia, de quâ Eſa. LXVI. 19. ſermo eſſe videtur.

מראטאי) Targumim, Hieroſolymitanum & Jonathanis, Gen. X. legunt מַרְיוֹטָאי *Mareotæ*, Mareotidis, Ægyptiacæ præfecturæ, incolæ

| | | |
|---|---|---|
| Libycum & Pentaſchœnæum. | | וית לאקאי ויית פנטסכנאי׃ |
| Ut & Pentapolitanum, & Νησιώτην, ê quibus oriundi *ſunt* Philiſtæi, | v. 12. | זיית פנטפוליטאי ויית נסאטאי דנפקו מנהון פלשתאי |

colæ. Bochartus, loco nuperrimè citato, vult *Meroitas* intelligi, & Hebræo לוּדִים reſpondere; ſed ex noſtro Targumiſta & Jonathane liquet, (qui cum Moſe & Auctore Chronicorum quatuor Mizraimi filios hoc exhibent commate, Hieroſolymitano tres ſolummodo referente) מַרְיוֹטָאֵי *Mareotam*, Mizraimi filium ordine ſecundum eſſe, neque primo לוּדִים, ſed alteri עֲנָמִים reſpondere. Deinde, malo Mareotas hic intelligere, præſertim cum Hieroſolymitanus & Jonathan מַרְיוֹטָאֵי conſtanter legant, & Mareotæ Mizraimi ſeu Ægypti progenies atque incolæ fuerint, quàm cum Bocharto, immutatâ lectione & in noſtrum conſenſum coactâ, de Meroitis accipere.

לאקאי) Jonathanis Targum rectius legit, לִיבָקָאֵי h. e. ut conjicio, λιβυκοὶ, *Libyci* ſeu Libyes; Conf. Bochartum, l. c. cap. 25. obſtat tamen, quod ſuperiori commate 9. לובאי *Libys* jam ſit recenſitus. Num igitur dicendum cum Bocharto, l. c. cap. 28. hic Liby-Ægyptios intelligendos eſſe? in Hebræo eſt לְהָבִים, οἱ o. extulerunt λαβιεὶμ, quibus ſono proximè accedit λίβυες. Hieroſ. tranſtulit; פְּנַטְפּוֹלִיטָאֵי Πενταπολίται, Cyrenaicæ incolæ.

פנטסכאנאי) Jonathan legit פְּנַטְסְכִינָאֵי Πανλασκηνίται, unde interpres ejus Lat. Taylerus, πάνλας Σκηνίτας *Omnes-Scenitas* intelligi arbitratur, ſed ineptè. legendum eſt פְּנַטְ Πενλαοχοινᾶιοι, qui Ægypti, intra Peluſium & Caſium montem, incolæ fuêre. Hieroſ. neſcio quos לוּסְטָאֵי hic nobis exhibet, num λῃσταὶ *Blemyes*, vel alij Ægyptij prædones, intelligendi? Taylerus hoc de Luſitanis, in Textu, in margine verò, de Lycijs, pendulus animo, accipit, ſed utrobique imperitè; ingenioſiùs Bochartus loco prox. cit. *Libyſtios* intelligit.

v. 12. פנטפוליטאי ונסאטאי) Jonathan transpoſuit, & poſteriorem aliter legit: נַסְיוֹתָאֵי וּפְנַטְפּוֹלִיטָאֵי melius noſter, פְּנַטְפּוֹלִיטָאֵי Πενταπολίται, noti

| | | |
|---|---|---|
| ויח קפוטקאי ׃ | v. 13. | Et Cappadocem. |
| וכנען אוליד ית כותניאס | | Canaan verò genuit Cad- |
| הוא דבנא ית צידן הוא | | monæũ, qui Sidonem *urbem* |
| בוכריה דכנען ויח חרת ׃ | | condidit, & primogenitus Ca- |
| | | naanis *fuit*, & Chittæum. |

noti Cyrenaicæ Incolæ. qui verò, נַסְיוֹתָאֵי vel, ut noſter legit, נסאתאי ſint, dicere non habeo. Bochartus l. c. cap. 25. & 27. Νησιώτας *inſulares*, aut emendatè, cum Hieroſ. פְּלוּסְיוֹטָאֵי *Peluſiotas* intelligi arbitratur. In Hebræo eſt : פתרוסים וכסלוחים quod poſterius à LXX. interpretibus Græcis per Χασμωναίμ חַשְׁמוֹנִים *Haſmoneos* reddi, miror : ita legit quidem Codex Manuſc. Vaticanus, &, quæ juxta eum impreſſa ſunt exemplaria, alij libri habent, ut in Hebræo eſt, Χασλωείμ.

קפוטקאי ) ita Chaldæi omnes, Jonathan, Hieroſolymitanus & Onkelos, קַפּוּדָקָאֵי, illum quoque conferas Jerem. XLVII. 4. Amos IX. 7.

כותניאס ) Bochartus, l. cit. cap. 35. *Itaque*, monet, *cum Gen. X.* v. 13. 15. *legitur Sidon fuiſſe Chanaanis primogenitus, per Sidonem intellige Sidoniorum Patrem, vel Sidonis conditorem, quocúnque fuerit nomine.* Idem ſentire Targumiſtam noſtrum hoc loco, patet, dum non ſolùm, ut Bochartus, ſuſpicatur, ſed & expreſſè nominat Sidonis Conditorem: ex quibus verò monumentis id habeat Noſter, dicere non poſſum, apud neminem enim, utut anxiè inquirerem, de eo quicquam inveni, unde etiam difficilior nobis extitit, cum neminem habuerimus ducem, hæc qualiscúnque commentatio. Sonat verò nomen hoc latinè *Cotaneas*, vel ſi mavis, *Cataneas*. num itaque dicendum, Cataneam hunc primùm Sidonem, poſtea verò, cum aliis Phœnicibus, expeditione per Oceanum ſuſceptâ, & Colonia in Siciliam deductâ, Cataneam, Siciliæ urbem, ſibi cognominem, condidiſſe? Bocharti ſanè hypotheſi, in opere Canaan ſententia hæc congruit. Magis tamen placet, קַדְמוֹנִי vel, ut Onkelos transtulit, קַדְמוֹנָאֵי Καδμοναῖον *Cadmonæum*, qui Græcis *Cadmus* eſt, hic à Targumiſta noſtro intelligi. Unde, levi immutatione factâ, reſcriberem, כדמניאס vel קדמניאס. Ut ita ſentiam, facit locus Gen. XV. 19. ubi ſimiliter Canaanis filii à Moſe recenſentur.

| | | |
|---|---|---|
| Ut & Jebuſæum, Amorræũ, Girgeſæum. | v. 14. | וְיֶת־יְבוּסָאי וְיֶת־אֱמוֹרָאי וְיֶת גִּרְגָּשָׁאי׃ |
| Hivæum, Arkæum & Arethuſæum. | v. 15. | וְיֶת־חִוָּאי וְיֶת־עַרְקָאי וְיֶת־אַנְתּוֹסָאי׃ |
| Laodiceenſem item, | v. 16. | וְיֶת־לְטוֹסָאי |

---

tur, & qui dicuntur Gen. X. 15. חֵת & צִידוֹן, loco poſteriori הַקַּדְמֹנִי & הַחִתִּי vocantur. Fuêre enim, ſi Aben Eſræ fidem habeamus, Kinnæus, Keniſæus & Kadmonæus binomines. Cæterùm meræ conjecturæ hæ ſunt, quas nemini obtrudimus, ut nonnemo ſua in hiſce talibus phantaſmata pro oraculis divendit. Quinimò certiora prolaturis, miſſis levibus conjecturis noſtris, ultro aſſentiemur.

v. 15. אנתוסאי) ita quoque Onkeloſ. Hieroſ. verò legit בַּפְרוֹסָאי h. e. ut interpres Lat. Taylerus reddidit, Caparorſæ (quam Ptolemæus in Idumæa, non procul à Jebuſo, meridiem verſus collocat) incolas, verum, ut mitiſſimè dicam, inſcitè; omnino, prout Bochartus l. c. cap. 36. conijcit, Cyprij ſunt intelligendi, Cyprus enim Hebræis eſt כפרוס, hinc כפרוסאי. Ulterius verò hinc conijcit Bochartus, Amathuſios Onkeloſium dicere voluiſſe, ita enim nominati ſunt Cyprii ab Amatho urbe, ſicque reſcribendum eſſet in Onkeloſio & Noſtro אַמְתּוֹסָאי. Rabbini antiqui, in Gloſſa Gen. M. hîc interpretantur ארתוסייה hoc eſt *Arethuſa*, quæ Syriæ urbs fuit, & in tabulis Peutingerianis quoq; prope *Nemeſam*, pro quo legas Emeſam, exhibetur; hinc ארתוסאי reſcribendum foret, ſunt enim litteræ Hebræorum נ & ר facilè permutabiles. Interpp. *LXX.* reddunt *Ἀσενναῖον*, & *ἰσενναῖον*, ה emphaticum in voce הַסִּינִי pro eſſentiali habentes, ſed perperam.

v. 16. לְטוֹסָאי) Jonathan לוּטָאי, quinam verò hi ſunt? Gloſſatores Gen. M. *LXX.* R. Zachuth, Franc. Junius, & alii, *Ἀράδιον Aradum*, Phœniciæ inſulam, rectiſſimè intelligunt. Hieroſolymitanus Ant-Aradios quoque comprehendit, reddit enim אַנְטַרְידְנָאי. Cæterùm quoſnam Jonathan & Noſter per לְטוֹסָאי intelligat, adhuc quæro. Heſychius, in Lexico ſuo, explicat vocem λῆτος, vel, ut Geſnerus legendum eſſe arbitratur, λίτος, *litus*, per λιμὴν ἢ θάλασσα; לטוסאי igitur λιτοσαῖοι *maritimi* erunt, cujuſmodi ſanè Ant-Aradii fuerunt. Sed magis

| | | |
|---|---|---|
| וְאֶת חֲמָתִי וְאֶת־אַנְטוֹכָאי׃ | | Emeſſanum & Antiochenum. |
| ובני רשם | v. 17. | Filii Semi |

magis placet, ſi dicamus, per לוטָאי *Laudicenſes* inteliigi, ד enim & ט, unius organi litteræ, ſæpius permutantur, & c. latinorum molliùs per s. ab Orientalibus exprimitur. Fuit verò Laudicia Arethuſæ & Emeſſę vicina, & ſub Ant-Aradiorum confinio comprehenſa: eò magis placuit nobis hæc conjectura noſtra, cùm idem quoque Bochartum, l. c. conjectâſſe, poſtea legeremus.

חמתי ואנטוכאי׃ (חומצאי ואנטוכאי׃) ita quoque Jonathan, & Hieroſ. חֲמָצַאי וַאֲנְטוֹכְיָא id eſt, *Emeſani* & *Antiocheni*, celebres Syriæ populi. Sic quoque Gloſſa Geneſ. Magna & R. Abr. Zachuth, l. c. fol. 135. b. צמרים per חמץ *Emiſſam* reddunt. Quibus aſſentitur recens Scriptor, Cohen de Lara, in opere imperfecto בתר כהונה, fol. 53. col, 1. lin. 46. חמץ (בר פ לז וירוש' דמגילי עא סב פא הלכה יא) הוא פתרון צמרי (בראשית י יד) שם מחוז בלע והאומה נקראת על שמה ' ובר אימיצא והיא בפניקיא ובלשון טורקי חמן ' ויושבי הארץ ההיא צמרים שמם כי הם עושים בצמר (שם בר פ לז) h. e. חמץ (occurrit in *Gloſſa Gen. Magna, ſect.* 37. & in Talmude *Hieroſ.* tract. *Megilla*, *col.* 1. *fol.* 62. *Cap.* 1. *Halacha XI.*) ita verò *interpretantur* nomen צמרי (vid. *Gen. X.* 14.) *eſtque* nomen *urbis linquâ Arabicâ. Et hinc quoque* eſt *gentile*; *latinè Emeſa vocatur, & in Phenicia* exiſtit; *Turcis verò* חמן *Haman* audit. *Incolæ ejus* צמרים nominantur, Nàmque בצמר *lanificium exercent.* (vide *ibid. Gloſſ. Gen. M ſect.* 37.) Quæ ratio poſtremò addita admodum frivola eſt, & contra regulam Sapientis Aben Eſræ, ſuperius ad v. 10. adductam peccat. Cæterùm R. Sal. Jarchi quoque חמת per אנטוכיא *Antiochiam* explanat, Comment. in Num. *XXXIV.* 8. Auctores Gloſſæ Geneſeos M. verò חמת per פיפניה exponunt, qua voce dubio procul *Epiphaniam*, Syriæ cœles urbem, dicere volunt, fuit enim ἐμάθη poſt expeditionem Alexandri M. in Syriam, à Græcis ἐπιφάνεια dicta, Joſepho teſte, qui Antiq. Jud. lib. 1. cap. 6. ita ſcribit, ἐμάθος δὲ ἀμάθην καλοῦσιν, ἥτις ἔστι καὶ νῦν ὑπὸ μὲν τῶν ἐπιχωρίων ἀμάθη καλουμένη, μακεδόνες δὲ αὐτὴν ἐπιφάνειαν ἀφ' ἑνὸς τῶν ἀπογόνων ἐπωνόμασαν. Conf. Matth. Aurogal. in libello סדר שמות עצמים in voce חמת.

ובני רשם) *Filij Sem.* non ſolum Filij, ſed & Nepotes voce בְּנִים v. 24. hic,

| | |
|---|---|
| *erant* Elamita, Aſſyrius, Arphaxadus, Lydus, Armenus, Chulæus, Githræus atq; Moſchus. | עילמאי ואתוראי וארפכסראי ולודאי וארמנייאי וחולאי וגתראי ומשכאי׃ |

hic, more alias quoque Scripturis recepto, intelliguntur, uti bene obſervat R. David Kimchi, in coment. h. l. nam Qui poſteriori loco recenſentur, Uz, Hul, Gether & Meſech, nepotes Semi ex Aram fuerunt, unde etiam *LXX.* Interpp. Græci addunt, Ἀραμ υἱοὶ αὐτοῦ Οὖς καὶ Ὡλ. Conf. Bochartum, opere laudato, lib. II. cap. 17.

ואתוראי) pro Hebræo אשור. nam ש & ת apud Orientales aliquando commutantur.

וארפכסראי) Hebræo convenientius reliqui Targumiſtæ, Onkeloſius & Jonathan, וארפכסד *Arphaxad* legunt, Bocharto opere cit. lib. 11. cap. 4. ſunt Arphaxitidis, Aſſyriæ partis, populi. Nomen Medicum, ſeu Perſicum eſſe videtur, in Mappis Peuting. in Media majore *Artaxata* urbs apparet, quamvis eâ, ארתחששתא potius innui videatur, conſulatur Matth. Aurogallus in libello סדר שמות עצמים, in voce ארתחששתא.

ולודאי) Omnium, quos vidimus, conſenſu Lydi ſunt, & quidem Aſiatici; Dom. Chriſtiano Erneſto Zarvoſſi, Judæo converſo, amico noſtro, ſunt κυνοκαίφαλοι Indiani, Jarchæum, uti videtur, ſecuto; quod verò non placet.

וארמנייאי) *Armeni*, in hebræo eſt ארם, *Aram*, per quem Syrorum conditor communiter intelligitur. transtulit verò & Arabs Interp. Pariſinus, ארמן *Armenus*, obſervante Sam. Boch. l. c. cap. 5. in quâ ſententiâ etiam eſt Matth. Aurog: in libello סדר שמות עצמים, in voce ארם.

וחולאי וגתראי) ut in Hebr. eſt, extulit. Chollenſes atque Gendarenos, Syriæ cœles incolas, intelligunt. ועוץ quod in Textu Hebræo eſt, Targumiſta noſter non eſt interpretatus, vel certè vocem ארם reticuit, & illam per ארמניא expoſuit, ſanè infra v. 43, עוץ itidem per ארמניום reddit.

ומשכאי) *Moſchus*, in Hebr. eſt מֶשֶׁךְ, *Meſchech*, alius ab eo, qui Japheti filius fuit. Gen. X. 23. מֶשׁ vocatur, nomine non multum diſſimili, quo utroq; appellatus fuit hic Semi Nepos, uti conijcit R. D. Kimchi in comment. Cæterùm Moſchi, Albanis & Armenis finitimi populi, innui videntur. Conf. Car. Seph. in lexico, & Sam. Boch. loc. cit. cap. XI.

בְיוֹמֵי

| | | |
|---|---|---|
| וארפסדאי אוליד ית שלח<br>ושלח אוליד ית־עבר׃ | v. 18. | Arphaxad genuit Selachũ, Selachus verò genuit Eberum. |
| ולעבר איתילידו תרין בנין<br>שום חד פליג ארי ביומי<br>איתפליגו דיירי ארעא<br>ושום אחוהי יקטן<br>דביומי שריאו שניהון דבני<br>נשא לאתקטעא מן בגלל<br>חוביהון׃ | v. 19. | Ebero autem duo filii ſunt nati, nomen uni erat Phalig, nam tempore ejus incolæ terræ אתפליגו ſunt diſperſi. Fratri autem ejus nomẽ erat Joktan, quòd ejus tempore humanæ ætatis longævitas propter hominum peccata לאתקטעא diminui cæpit. |

---

ביומי ) Correctiùs בְּיוֹמֵיהּ. ita quoque paulò poſt legendum, דביומי pro דְּבְיוֹמֵיהּ.

אחוהי ] meliùs אֲחוּהִי cum hateph patach, & paulò poſt מְטוּל pro מָטוּל. &c. v. 19.

מָטוּל דְּבְיוֹמֵי . *Quod ejus tempore humanæ ætatis longævitas propter hominum peccata diminui cæpit* ] hæc Targumiſtæ conjectura eſt, & nominis יקטן *Joktan* Etymologia. Rab. Sal. Jarchi, Comment. Gen. X. 25. alia de cauſa Joktanem nominatum eſſe arbitratur, quod ſcilicet ſe מקטין *parvi fecerit* & extenuaverit. Comment. verò in h. l. ſimilia noſtro ſcribit, Gloſſa ejus hæc eſt : כי בימיו נפלגה הארץ QUIA DIEBUS EJUS DIVISA EST TERRA ) ſcilicet *diviſæ & diſſectæ fuere dies creaturarum.* Nam *primùm hominum ætas novem-ſecularis & amplior fuit, poſtea verò tempore Arphaxad, & ulterius quatuor ſeculorum & pluris hominum ætas fuit. Pelegi denique tempore & poſtea quatuor in bina ſunt diſſecta ſecula.* Sanè uti vera hæc ſunt, ita dubito, utrùm verba Moſis כי בימיו נפלגה הארץ hoc ſibi velint; magis certè placet Auctoris Michlal Jophi, Gen. X. 25. expoſitio : נפלגה הארץ) *TERRA DIVISA EST*; v. d. *ſeparatam eſſe, ob linguarum diverſitatem, & hæc porrò cauſa fuit ſedium diverſitatis.* Cæterùm nos ſapientis Aben Eſræ regulâ, ſuperius ad comma 10. laudatâ, ſtandum eſſe exiſtimamus, non ubivis nominum rationem ſeu etymologiam inquirendam aut attendendam eſſe, niſi ea in ipſa Scriptura ſignificata extet, quam etiam deinceps inculcatam eſſe volumus, ubi plures ejuſmodi Gloſſæ Tangumiſtæ noſtri recurrent, ſunt enim meræ con-

Joctan generavit Almodadum, (menſuravit enim, & diſtribuit terram funiculo) Selephum quoque (qui שלף deduxit fluvios ad certos limites) Hazarmavethum (nam apparavit is locum inſidioſum, ex quo Viatores *adortus eſt*, & interemit) & Jærachæum (hic apparavit *πανδοχεῖον* hoſpitiũ, ubi omnia quidem ad externã comeſſandi atque compotandi ſpeciem accommodata erant, ipſe verò venenum lethiferum eis propoſuit, ſicque ſublatorum recepit opes.)

| | |
|---|---|
| v. 20. | וְיָקְטָן אוֹלִיד יַת אַלְמוֹדָד |
| | דְּמַשַּׁח וּפְלִיג יַת אַרְעָא |
| | בְּאוֹשְׁלִיא וְיַת שֶׁלֶף דְּשֶׁלַּף |
| | יַת נַהֲרְוָתָא לְתַחוֹמָא וְיַת |
| | חֲצַרְמָוֶת דְּאִתְקִין אֲחַר |
| | מְמַנְיָא לְקִטְלָא עֲלֵי אוֹרְחָא |
| | וְיַת יֶרַח דְּאִתְקִין פּוּנְדּוֹקִין |
| | יְהוָה כֹּל בְּעַלְיָל לְמֵיכַל |
| | וּלְמֵישְׁתֵי הָוָה מוֹבִיל לֵיהּ |
| | סַמָּא דְּמוֹתָא וְנָסִיב כָּל מָה |
| | דַּהֲוָה בִּידֵיהּ׃ |

---

conjecturæ, eæque incertiſſimæ, ſolis nominum etymologiis fundatæ, quæ, ſicuti quandoque congruunt, ita ſæpiſſimè ſunt alienæ.

אלמודד דמשח וגו׳ ) *Almodadum, qui menſuravit &c.* ita quoque Jonathan, *Gen.* 26. דְּמַשַּׁח־יַת אַרְעָא בְּאַשְׁלְוָן *qui menſuravit terram funiculis.* Reſpexerunt ſcil. Targumiſtæ ad etymon nominis אלמודד quod *menſurantem* notat, cæterum innui Arabicam gentem, vel ex præfixo Articulo Arabico אל patet. Bocharto loco nuperimè citato, c. 16. ſunt *Almodæi*, Arabiæ felicis populi.

ויח שלף דשלף וגו׳ ] & *Selephum, qui deduxit &c.* ita quoque Jonathan, וְיַת שֶׁלֶף דְּשַׁלַּף מֵי דְּנַהֲרְוָתָא & *Salephum, qui deduxit aquas fluviorum.* Ubi rurſum ad etymologiam nominis שֶׁלֶף, quod *eductorem* ſignificat, reſpexerunt. LXX. Interpp. Græci in codice Mſc. Vaticano habent Σαλὶθ, corruptè, in aliis verò libris legitur correctius Σαλὶφ; intelligo verò omnino cum Samuele Bocharto, loco cit: Σαλαφηνοὶ Ptolemæi, Arabiæ felicis mediterraneam Gentem.

ויח חצרמות דאתקין ] & *Hazarmavethum, qui apparavit* ] paulo aliter,

וְיֵת־הֲדוֹרָם וְיֵת־אוּזָל |v. 21.| Hadoramum item Oſalum

aliter priſci Rabbini, in Bereſchit Rabba, & ex ea R. David Cohen de Lara. חצרמות (בר פ לז) מקום הוא ואנשי המקום אוכלים כרישים ולובשים כלי פפייר (כך שמו בלשון רומי ובלשון לעז פפיל) ומצפים למיתה בכל יום: *Hazarmaveth* (*Gloſſa Gen. M. ſect.* 37.) *eſt loc⁹, cujus incolæ fœno,* (quod hebraicè חָצִיר dicitur) *veſcũtur, & amictu papyri* (*ſic vocatur latinè, in linguâ vernaculâ* autem, id eſt, hiſpana, nam patria Portugallus fuit de Lara, *Papel* audit) *veſtiuntur, & toto die* ſeu ex more *mortuos* ita amiciunt, in Kæter Kehyna, fol. 56. col. 1. lin. 19. LXX. Interpp. Græci, in Codice Mſc. Vatic. habent καὶ τὸν Σαρμωθ, acſi legiſſent, וְהַצַּרְמוֹת, cum ה emphatico: melius alii libri Ἀτραμωθ: eſt enim צ compoſita ex duabus litteris, t. & s, unde aliis linguis nunc per hanc, nunc per illam exprimi ſolet. Fuerunt autem Adramitæ, aut Atramitæ, populi Arabiæ notiſſimi, teſte ſæpe laudato Sam. Bocharto, l. c. c. 17. & R. Abr. Sachuto, lib. Juchaſin, pag. 135, fac. 2. quibus addi poteſt R. Meir Aldabi, in Phyſica ſua שבילי אמונה dictâ, lib. 2. c. 2. qui חצרמות (ita enim reſcribendum eſt pro חצרמג) primi climatis urbem, cum Aden & Sanaa recenſet.

עֲלִיָּה pro ע עלי

ירח דאתקין) *Jarach, qui apparavit &c.* videtur Targumiſta noſter in gloſsâ ſuperaddita, nomen urbis יריחו *Jericho*, latronum ſpeluncam, reſpexiſſe. LXX. Interpp. Græci in aliis libb. pravè legunt *ἰαδὶρ*, melius in codice Vaticano, *ἰαρὰχ*. Sunt verò Jerachi Bocharto l. c. c. 19. Lunares, ſeu Alilæi, rubri maris accolæ.

וְיֵת הֲדוֹרָם) *& Hadoramum*, Codex Vaticanus verſionis LXX. v. 21.
viralis habet ὁ δορρὰ, quaſi legiſſent in Hebræo הַדֹּרָה, alij libri legunt *ἰδωρὰμ*, utrique malè. Cæterum, judice Bocharto, ſolertiſſimo locorum ſacrorum indagatore, ſunt Drimati, ſinus Perſici accolæ. l. c. c. 20.

וְיֵת אוּזָל) *Oſalum*, vel melius, Uſalum, Denuo LXX. Interpp. Græci in Codice Vaticano malè reddunt *ἀβιλ*, quaſi legiſſent אֲוִיל, rectiùs alii libri habent *ἀσὰλ*. fuit verò Uſal urbs atque Gens Arabica, ad ſinum Arabicum, ita ſcribit R. Abr. Zachuth, in libro Juchaſin, l. c. עד היום היהודים אשר שם קורים לצנעא אשר היא ראש מלכות ימן אוזל וגו׳ *hodiernum Judæi, qui ibi* (in regno Alieman & Sabæ) degunt,

וְיֵת־דִּקְלָה׃

atque Diclam.

וְיֵת־עֵיבָל אֲחַר מַפְקְנוֹת דַּהֲוָה וְיֵת חֲוִילַת אֲחַר מַפְקְנוֹת מַרְגְלִיתָא׃

v. 22. Ut & Ebalum, *cui ὁμώνυμος regio*, loc⁹ eſt, in quo aurum reperitur, & Havilam, *in cujus cognomine regione* margaritæ inveniuntur.

וְיֵת־אוֹפִיר וְיֵת־חֲוִילָה וְיֵת יוֹבָב כָּל אִילֵּין בְּנוֹי דְיָקְטָן׃

v. 23. Denique Ophirum, Havilam & Jobabum, hi omnes Joctanis filii fuerunt.

---

urbem *Sanaa*, *regni Aliemanmetropolin*, *Uſal vocant*. eſt verò צנעא דאר אלמלך ימן *Sanaa ſedes Regis Jaman* ſeu Arabiæ felicis, *primi climatis*, o 1 o 1. *latit.* 14. 30. *longit.* 77. 0. uti eam deſcribunt tabb. Geogr. Naſir Eddini & Ulug Beigi, & doctiſſima mappa Geogr. Perſiæ, Armeniæ, Natoliæ & Arabiæ, Frid. de Witt.

זֵיתֵ דִּקְלָה) *Diclam*, Bocharto l. c. cap. ſequente ſunt & ipſi Arabes, Palmeti incolæ, Scenitæ & Saraceni.

v. 22. וְיֵת עֵיבַל וגו׳) *Ebalum*, in quibuſdam libris Verſionis LXX. viralis eſt Γαμααλ vitioſè, Gen. X. 28. eſt עוֹבָל. ſunt verò Avalitæ, Troglodytica Gens, vel Arabica, ἐναλῆοί, Judice Bocharto, l. c. c. 23.

דַּהֲוָה) legendum eſt omninò דַּהֲבָה cum ב, id eſt, *aurum*.

וְיֵת חֲוִילַה וגו׳) *& Havilam*, corruptè, in Hebræo eſt וְיֵת אֲבִימָאֵל וְאֵת שְׁבָא׃

v. 23. וְיֵת אוֹפִיר) *Ophirum*, de hoc egimus in peculiari diſſertatione, quæ extat Jenæ, Anno Domini M. DC. LXXVI, impreſſa.

וְיֵת חֲוִילָה) *Havilam*, in nonnullis Codicibus Verſionis LXX. viralis eſt ἐνιλάτ; quaſi legiſſent חֲוִילַת, cum ת in fine, in caſu conſtructo, ſed malè; innuuntur verò Chaulanitæ, Arabiæ populi. Videatur Bochartus, l. c. c. 28.

יוֹבָב) *Jobabum*, rurſum in quibuſdam libb. Verſionis LXX. viralis corruptè habetur ἰωαβ, acſi legiſſent יוֹאָב, cum א propriori ב. Bocharto, l. c. c. 29. ſunt Jobabitæ, itidem Arabiæ populi. Nam Auctore R. Abrahamo Zachuth, l. c. omnes tredecim Joctani filii, à Meſa uſq; quæ ipſi eſt Mecca, habitarunt, per totum regnum Aliemanis diſperſi.

שָׁם

שֵׁם כֹּהֲנָא רַבָּא אַרְפַּכְשַׁד שֶׁלַח: | v. 24. | *Linea igitur Genealogica Abrahami ita habet.* Sem, Sacerdos M. Arphaxad, Sælach &c.

שֵׁם כֹּהֲנָא רַבָּא) *Sem, Sacerdos M.* hoc Targumiſta de ſuo addidit, in Hebræo enim non extat; nota verò inter Philologos res eſt, ante conſtitutum ſacerdotium Leviticum, in ſua quaque familiâ patrem Sacerdotem, vel eum, qui ſacra faceret, fuiſſe, quod vel Noachi exemplo patet, Gen. VIII. unde abſurdum non eſt, Semum in ſua familia ſacerdotem fuiſſe; ſed præter hoc, aliud inſuper Targumiſta velle videtur, nempe Semum, Melchiſedeckum, qui Gen. XIV. 18. *Sacerdos Dei altiſſimi* audit, fuiſſe, quæ eſt communis Judæorum, tàm antiquorum, quàm recentiorum ſententia. Ita Jonathan Gen. XIV. 18. ומלכא צדיקא הוא שם בר נח מלכא דירושלם וגו׳ Melchiſedek ſeu *Malka Zaddika* Rex juſtus, *is* eſt *Sem, filius Noæ, Rex Jeruſalem.* Hieroſolymitanus ibidem: ומלכי צדק מלכא דירושלם הוא שם הוה כהן רבא לאלהא עלאה: *Melchiſedek Rex Jeruſalem, is Sem fuit Sacerdos M. altiſſimi,* & Gen. xxv. 23. ואזלת למתבע רחמין מן קדם יי בבית מדרשא דשם רבא *perrexit* Rebecca, *ut quæreret miſericordiam* vel auxilium, *à Jehova in domo Scholæ Semi* (Sacerdotis, vox כהנא enim deeſſe videtur,) *Magni.* ſimiliter R. Sal. Jarchi, Comment. in h. l. & ad Gen. XIV. 18. hæc commentatur ומלכי צדק מדר׳ אגדה הוא שם בן נח *MELCHISEDEK*] *enarratio* eſt; quod *hic* ſit *Sem filius Noæ.* R. Abr. Ben Eſra ibid. ומלכי צדק וגו׳ ויא כי הוא שם . *MELCHISEDEK*) *ſunt qui dicunt, eum Semum fuiſſe.* R. Abr. Sachuth l. c. ואמרו זל כי שם הוא מלכי צדק ובנה ירושלם *Dicunt* Rabbini noſtri *b. m. quod Sem ſit Melchiſedek, Hieroſolymorum* Conditor. R. Jacob Abendana, recentiſſimus Scriptor, & haud ita pridem Archi-Synagogus Amſtelodamenſis, in ſpicilegio ſuo לקט שכחה dicto, ad comment. Grammat. מכלל יופי Gen. XIV. verba hæc ſcribit: היה המנהג לקרא מלך ירושלם מלכי צדק או ארוני צדק כי הכל אחד כמו למלך מצרים פרעה וכך תמצא ביהושע שהיה שם מלך ירושלם אדניצדק ואחזל שזה המלך היה שם בן נח ונכון הוא: *Conſuetudo obtinuit*, Reges Hieroſolymitanos *Melchiſedek vocari, aut Adoni-Sedek, idem enim eſt*; *ſicuti quoque Reges Ægypti Pharaones* ſunt dicti: *ita deprehendes in libro Joſuæ* c. X. 1. *fuiſſe* ibi

Hæ generationes ſunt eorum (*filiorum Abrahami*) Primogenitus Iſmaelis, Nabatæus, & Arabs,

v. 29. אֵלֶּה תּוֹלְדֹתָם מוֹצָר בְּכֹר יִשְׁמָעֵאל נְבָיֹת וְעָרֵב

---

*ibi Regem Hieroſolymitanum, nomine Adoni-Sedek. Noſtri Sapientes b. m. dicunt, hunc Regem, Semum, Noachidam fuiſſe; quod abſurdum non eſt.* Eruditè ſatis, ſi modò verè. Quòd ſi autem narratiunculæ hujus abs eis rationem quæras, nullam aliam dabunt, quam hanc Cabbaliſticam, מלך שלם ראשי תיבות שם לומר לך שזה שם בן נח uti tradit *Baal Hatturim*, in Coment. Cabbaliſtico ad Gen. XIV. 18. hoc autem vult: *MELECH SALEM*) *initiales littera* (horum duorum nominum מלך שלם, mem ſcil. & ſchin, inverſæ) nomen שם conficiunt, cabbaliſticè *ſignificantes, hunc* Salemi Regulum, *Semum*, *Noachidam* fuiſſe. ineptè ſatis. Unde meritò hæc Rabbinorum fabula exploſa eſt octo ſpecioſis argumentis, à Viro Doctiſſimo, Sam. Bocharto, l. c. lib. II. c. I.

v. 25. & ſeqq. Deſunt in paraphraſi Chaldaica quatuor verſiculi.

v. 29. נְבָיֹת) benè, ita quoque Jonathan, Heſeck. XXVII. 20, malè verò Gen. XXV. 13. legit נבוי. in Hebræo eſt נביות, intelligitur autem vulgò & rectè *Nabathæa, Arabiæ regio.*

וְעָרֵב) *& Arabs*; ita quoque Jonathan; in Hebræo eſt, קֵדָר, quod Judæi communiter pro Arabia, & rectè quidem, habent, quemadmodum vel ex Eſa. XXI. patet, ubi pœna Arabiæ habetur v. 13. Verſu 16. autem & 17. gloriam Kedar ablatum, & reliquum numerum arcuum bellatorum Kedarenorum imminutum iri prædicitur. Unde etiam cùm hic, tùm alibi paſſim Jonathan ערבאי *Arabes* transtulit, conf. Eſa. XLII. 11. LX. 7. Jer. II. 10. Pſ. LXX. 5. Cant. tamen I. 5. transtulit Targumiſta כוש. & Heſeck: XXVII. 20. נבט, quæ verò & ipſæ Arabiam notant. Targumiſtas Commentatores quoque ſequuntur. Aben Eſra, Eſ. XLII. 11. ſcribit: קדר והנה הקדריים לעולם בערבה *KEDAR, ecce autem Kedareni ſemper* pro *Arabibus* ſunt habiti. R. Sal. Jarchi ibidem מדבר קדר שהם דרים עתה באהלים *DESERTUM KEDAR] hi nunc in tentoriis habitant.* R. D. Kimchi ibidem eundem in modum. כי בני קדר שוכנים במדבר באהלים *Kedareni* enim *in deſerto*

*in*

| | | |
|---|---|---|
| ואדבאל ומבשם׃ | | Adbeel & Mibſam. |
| וצייתא ושתוקא | v. 30. | Item Zaieta, Schatoca, |

*in tentoriis habitant.* R. Jſaac Abarbenel in Jer. *XLVI.* וקדר הוא מבני ערב השוכנים באהלים במדבר והם ישמעאלים *& KEDAR*: fuere *ex Arabibus ii, qui in tentoriis habitabant in deſerto, ſuntque Iſmaelitæ,* ſeu Arabes, Saraceni & Turcæ. confer eum paulò poſt, Comment. in Ier. *XLIX.* intelligunt ſcil. Arabes Σκηνίτας. Hinc Suidas quoque in Lexico: Κηδὰρ διὰ τοῦ ἰσμαὴλ υἱός, οἱ δὲ τούτου ἀπόγονοι μέχρι σήμερον ἐν πέρᾳ τῆς Βαβυλωνίας ἐσκήνηνται. Quibus aſſentiuntur è Chriſtianis quoq; Junius & Tremellius, in Gen. *XXV.* 13. Matth. Aurogallus, in libello סדר שמות עצמים, in voce קדר, & Sam. Bochartus, in Canaan, lib. *IV.* c. 2. qui in ſpecie eos Arabes intelligunt, qui dicti ſunt Lampridio *Kedareni*, Plinio verò *Cedrei.* Joh. Buxtorffius verò in Lexico Rabbinico ſcribit קדרים *Kedarenos*, *Tartaros* eſſe *populos*; & ſanè in hac ſignificatione reperies hoc nomen apud recentiorem Scriptorem, R. Petachiam, in itinerario סבוב העולם dicto, ſtatim ab initio pro *Tartaria Cremea* ſeu *Przecopenſi* accipi.

ואדבאל ומבשם) *Adbeel & Mibſam. LXX.* Interpp. Græci, cum hic, tum Gen. *XXV.* 13. exhibent nobis nomina hæc corruptè, ναβδιὴλ καὶ μασσάμ, aeſi legiſſent נבראל ומשם.

וצייתא ושתוקא וגו׳) Item *Zaietha & Schatoka &c.* in Hebræo eſt v. 30. משמע ודומה וגו׳ *Miſma, Duma &c.* quæ nomina propria ſunt; Targumiſta verò ut appellativa transtulit, ſignificant enim chaldaicè, ut Hebræa, *auditus, ſilens, onus, acutus, anſter.* quomodo etiam Jonathan, Gen. *XXV.* 14. 15. expoſuit. ſed uterque malè, retinenda enim erant, utpote nomina propria.

ושתוקא] in Hebræo eſt דוּמָה. LXX. Interpp. Græci itidē Gen. XXV. 14. Δουμὰ rectè transtulerunt, hic verò, nempe 1. Paralip. 1. 30. ἰδουμὰ *Idumeam* malè reddiderunt. Vocatur enim hæc hebraicè non דומה, ſed אדום. Sed tamen non caſu, & fruſtra ita vertiſſe videntur. Primò quidem, quia per ἀναγραμματισμόν דומה eſt אדום, utriusque enim nominis eædem ſunt litteræ, ſi ה & א. ejuſdem organi litteræ commutentur. Imò in pluribus libris דומא cum Aleph ſcribitur, Gen.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Meſobera, Haripha, Ada-roma.

ומסובא חריפא ואדרומא׃

XXV. 14. uti Editoris Gloſſa marginalis in Bibliis Baſileenſibus tradit. דומה ובספר אסתמיא אשר נסמך עליו דומה בהא וכן אמר בעל המסרת וברוב ספרים נמצא דומא באלף׃ hoc eſt, *ET* דומה *DUMA*] in *Codice Hiſpanico, quem* in editione hac *ſecuti ſumus*, legitur דומה *cum* ה, *& ſic quoque* legendum eſſe *auctor Maſoræ tradit, nihilominus in pluribus libris reperitur* דומא *per* א ſcriptum. Conf. Sal. Glaſſius, in Grammat. S. lib. IV. Tr. III. Obſerv. 4. Deinde Eſ. xxi. 11. dicitur onus ſeu plaga דומה *Duma: clamans ad me ex Seir &c.* ex quo loco itidē videtur, Dumam Idumæam eſſe: quemadmodum etiam R. Sal. Jarchi ibi expreſsè commentatur, cujus Gloſſa eſt: דומה היא אדום *Duma* id eſt *Edom*, & Heſeck: xxv11. 32. דומה חוא שם ראשי ארום *Duma autem nomen eſt Toparchæ Idumææ.* Sed nobis placet, Dumam Arabicam regionem atque gentem fuiſſe, unde etiam ibi Kedar & Theman, itidem Arabicæ gentes atque terræ, ſubjunguntur. In qua ſententia reliqui etiam commentatores ſunt Judæi. R. D. Kimchi ſcribit comment. in Eſ xxi. 11. דומה היא מבני ישמעאל כמו שכתוב ומשמע ודומה ומשׂא *Duma, is* ex *filiis Iſmaelis* fuit, *quemadmodum ſcriptum eſt* Gen. xxv. 14. *MISMA, DUMA & MASSA*; &, qui eum ſequi ſolet, Auctor Michlal Jophi, דומה היא האומה שנקראת דומה מבני ישמעאל ומשמע ודומה ומשׂא׃ *Duma, ea Gens* eſt, *quæ Duma vocatur, ex filiis Iſmael* oriunda, quemadmodum dicitur, Gen. xxv. 14. *Miſma, Duma & Maſſa.* Conf. quoque R. Abraham Aben Eſra, Comment. in h. l. qui, ut & Auctor Michlal Jophi, ſuperiori dubio occurrunt, quare ſc. Seiri ſive Edomi à propheta mentio hîc fiat.

חריפא] *Haripha*, in hebræo eſt חֲדַד pro quo LXX. Interpp. Græci, Gen. xxv. 15. χοδδὰν, hic verò, lib. I. paral. I. 30. χοιδὰν pravè legunt.

ואדרומא] *Adaroma*, pro hebræo תֵּימָא, *auſter* vel Auſtralis plaga; nam auſtrum versùs in Arabia, Thema, filius Iſmaelis quintus, & ab eo oriunda Gens vocataque terra fuerunt, Conf. xxi. 14. Unde hodienum in Arabia ad ſinum Arabicum tractus eſt terræ, תהאמה *Thehama* nomine, & in laudata mappa Geogr. Friderici de Witt exhibetur.

| | | |
|---|---|---|
| חֲדַד וְתֵימָא יְטוּר | ℣. 31. | Præterea Hadad, Tema, Je- |
| נָפִישׁ וְקֵדְמָא אִילֵּין | | tur, Naphiſch & Kedema, hi |
| הִינּוּן בְּנוֹי דְיִשְׁמָעֵאל׃ | | ſunt filii Iſmaelis. |
| וּבְנֵי דְקְטוּרָה פִּלְגַּתָּא | ℣. 32. | Filii Keturæ, Abrahami |
| דְּאַבְרָהָם אוֹלִידַת זִמְרָן וְיָקְשָׁן | | Concubinæ, *quos* peperit ei, *e-* |
| | | *rant* Simran, Jocſan, |

betur. Benjamin quoque Tudelenſis, in itinerario, אנשי ארץ תימא *Themaenſium*, in peregrinatione Arabiæ, mentionem facit, de quo verò loco & auctore plura ſuo tempore dicemus: addi verò nunc his poſſunt Tremellius & Junius, in ſcholiis ad Gen. xxv. 15. Matthæus Aurogallus l. c. in voce תימא, Sam Bochartus, in Geogr. Sac. volum. 1. lib. II. cap. 18. & complures alii. Unde miror, LXX. Interpp. Græcos θαιμὰν reddidiſſe, quo ſine dubio ad תימן reſpexerunt, qui verò cum תימא non erat confundendus, utpote diverſus, Edomi ex Eliphazo Nepos, & Idumæus; quia nimirum prius transtulerunt ἰδουμαίαν *Idumæam*, Themanum aptiſſimè ei conjungi arbitrati ſunt: ita ſcil. error errorem trahit.

חדד ותימא) Præterea *Hadadii, Themas*; Atqui hi jam verſu præced. ſunt recenſiti, nominibus Chaldaicis, Hariſpha & Adaroma! anſam verò erroris illud dediſſe videtur, quod hîc, 1. Par. 1. 30. quinque Iſmaelis filij majores natu, verſu ſequenti verò, reliqui res, natu minores; Gen. verò XXV. 14. Tres tantùm, verſu ſequenti autem 15. quinque reliqui memorantur, unde factum eſt, vel ſcribæ, vel Targumiſtæ ipſius ἀβλεψίᾳ, ut Hadad & Thema, diverſis quamvis vocibus, bis recenſerentur. ℣. 31.

ובניא) Rectius fortaſſe, ובנירה. ℣. 32.

זמרן) *Simran*, ci. o. male ζεμβράμ. paulò meliùs, Gen. xxv. 2. ζομράν.

יקשן) *Jocſan*, vel Joxan, ἰεξὰν benè LXX. Interpp. Græci transtulerunt, pro quo malè eſt Gen. xxv. 2. ἰεζάν.

וּמְרָן

| | | |
|---|---|---|
| Medan, Midian, Iſchbak & Schuah; filii verò Joſchanis *erant* Smargas & Meſag. | | מְדָן וּמִדְיָן יִשְׁבָּק שׁוּחַ וּבְנֵי יָקְשָׁן זִמְרָן וּמְדָן׃ |
| Filii Midianis autem *fuêre* Cholad, Epher, Hanoch, Abida & Eldaah, hi omnes filii *Nepotesq́* Kethuræ *fuerunt*. | v. 33 | וּבְנֵי מִדְיָן חוֹלַד וְעֵפֶר וְחָנוֹךְ וְאַבִידָע וְאֶלְדָּעָה כָּל־אֵלֶּה בְּנֵי קְטוּרָה׃ |

(וּמְדָן וּמִדְיָן) *Medan & Midian.* LXX. tranſpoſuerunt, *μαδὰμ μαδὰμ*; Gen. xxv. 2. verò pravè priorem legunt: *μαδὰλ.* eſt verò notum, Madian, Midianitidem, Arabiæ regionem eſſe. Unde Suidas in Lexico: *μαδιὰμ. ὄνομα κύριον. καὶ μαδιανίτις χώρα. καὶ μαδιηναῖοι.*

(יִשְׁבָּק) *Iſbak.* vitiosè Interpp. Græci, *σαβὰκ.* melius Gen. xxv. 2. *ισβὰκ.*

(שׁוּחַ) & *Suah.* inde Aſſyriæ locus nomen accepit, *Sue*, de quo Plinius apud Bochartum, loco proximè citato, c. 29. atque Bildadus quoque, Hiobi *σύγχρονος* & amicus, inde oriundus fuit, Vide Hiobi c. 2. v. 11. & ibi Comment. Aben Eſræ.

(זִמְרָן וּמְדָן) *Smaragdus & Meſag* legendum verò & hic ſine dubio eſt, זִמְרָנָד, uti ſupra ad verſ. 9. monuimus, ubi quoque de hiſce locis nonnulla diximus: in hebræo eſt שבא ודדן, quæ nomina Targumiſtæ reliqui quoque retinent: LXX. verò Interpp. Græci præter cauſam transponunt.

v. 33. (חוֹלַד) *Holad.* in hebræo eſt עֵיפָה, quæ eſt Arabiæ urbs, Vid. Eſ. LX. 6. ubi Jonathan itid. transtulit הוֹלַד per ה, cum noſter per ח & duplex ו. ſcribat, uter meliùs, dicere non habeo. Annotavi antehac, ſed quo auctore, meminiſſe amplius non poſſum, Targumiſtam noſtrum nomen proprium עִיפָה *Epha*, uti verſu ſuperiori 30, pro appellativo accepiſſe, cùmque nomen עֵיפָה Hebræis *tenebræ* & *obſcuritatem* ſignificet, uti ex Amos, IV. 13. patet, illud per חולד, quod idem Chaldæis notet, transtuliſſe: ſed in lexicis, quæ mihi ſunt, hanc ſignificationem non reperio, niſi quod in Lexico Buxtorffii Chald. Talm. Rabb. *occultandi*, quæ affinis ei eſt, ſignificationem invæniam. Cæterùm rurſum pravè extu-

| | | |
|---|---|---|
| ואוליד׃ | v. 34. | Et genuit &c. |
| ובנוי דגבל לוטאי ושובלאי וצבעון וענה ודישון ואצר ודישן׃ | v. 38. | Filii Gebalis *sunt* Lotæus, Schobalæus, Zibon, Ana, Dischon, Ezer & Ditan. |

extulerunt οἱ ο, Τεφὰρ interpretati; ע more ſuo, ut ץ, & inſuper in fine, ר. pro ה. legentes.

וַעֲבִידָע ] lege וַאֲבִידָע cum Aleph.

v. 34. ואוליד וגו׳ ) & *gennit* Abraham, reliqua hic deſunt, cauſa ſine dubio fuit, quod cum hebraicis per omnia convenirent, ſæpe verò Noſter initia verſuum ſaltem extulit.

v. 38. ובנוי דגבל ) *Filij Gebal.* in hebræo eſt ובני שעיר. ſta quoque Jonathan & Hieroſ. paſſim, pro hebræo שעיר, chaldaicè גבלא transtulerunt, Vid. Jo. Buxtorffius & Cohen de Lara, in Lexicis, qui poſterior ita in Lit. ג ſcribit: גבלא ת׳ הר שעיר טורא דגבלא ותיר הופיע מהר פארן טורא דגבלא (עז נט דא וכתוב׳ קיב) והתוס׳ הוכיחו שהיא עיר הר שעיר מארן ישראל׃ hoc eſt גבלא *Gabla*, *Targum* pro *monte Seir* reddit טורא דגבלא *montem Gabla*, & *Targum Hieroſ.* Deut. XXXIII. 3. הופיע מהר פארן *ILLUXIT EX MONTE PHARAN*, reddit, ex *monte Gabla* (occurrit etiam hoc nomen in Talmude, Tr. *Avoda Sara, fol.* 59. *col.* 1. & *in Tr. Kethubhoth, fol.* 112.) *Joſephoth verò* ſeu Gloſſatores ibi aliam ſententiam tuentur, *aſſerentes*, *quod Gabla urbs* ſit *Iſraelitidis.* Gloſſatoribus hiſce etiam aſſentiuntur Val. Schindlerus, in Lexico Pentagl. ubi Gebal Syriæ urbem, ſub monte Libano ſitam, facit, & Coccejus ſuper Pſ. LXXXIII. 9. qui Gebal urbem atque regionem, Gileaditidi vicinam, eſſe ſcribit. ſignificat autem גבל *Gebel* Arabibus *montenſem* regionem, Bergen. & videtur הר שעיר *mons Seir*, & adjacens tractus, καὶ ἐξοχὴν *montenſis* Targumiſtis dictus fuiſſe. Hodie verò quædam Perſidis regio עבאל *Gabal* vocatur, Vid. Tabb. Geogr. Beigi & Naſiroddini.

לוטאי ] *Lotæus* ſeu Lotenſes, quaſi primigenium eſſet לוט. in hebræo autem eſt לוטן, unde fortaſſis meliùs reſcribetur לוטנאי.

יִדְיתָן ] *Ditan* vel Titan, num inde Gentilium eſt Titan? in he-

 bræo

| | | |
|---|---|---|
| Filii verò Ditanis Armenus & Aran. | v. 43. | בְּנֵי דִיתָן אַרְמְנִיּוֹם וְאָרָן׃ |
| Hi sunt Reguli, qui regnaverunt in terra Idumæa, tunc jam, cùm nondũ Israelitis Rex imperaret; Bileam filius Beoris, pessimus, is est Laban Syr⁹, | v. 44. | וְאִלֵּין מַלְכֵי דִי מַלִיכוּ<br>בְּאַרְעָא דְאֱדוֹם קָדֶם<br>עַד־דְּלָא מְלַךְ מַלְכָּא לִבְנֵי<br>יִשְׂרָאֵל בִּלְעָם בַּר בְּעוֹר<br>דַּשְׁיָא הוּא לָבָן אֲרַמָאָה |

---

bræo est דִּישָׁן, sunt enim שׁ & ת apud orientales litteræ permutabiles, LXX. transtulerunt hic rectè Δισάν, sed malè Genes. XXXVI. 21. & 22. Ῥισών דִּישָׁן cum Resch, quod ob similitudinem litterarum ר & ד facilè fieri potuit, legentes.

v. 43. אַרְמְנִיּוֹם ] *Armenus*, in hebræo est עוּץ. Tres Uz in sacris litteris reperimus, unum filium Arami, de quo supra v. 17. alterum, Nahoris filium, Gen. XXII. 20. & tertium hunc nostrum, filium Disanis, à quo quidam Idumææ tractus nomen accepisse videtur, cujus in Threnis Jer. cap. IV. 20. mentio fit. ubi Targumista itidem עוּץ per אורמיתאה reddit; paraphrasis ejus hæc est: חדיאי ובדיחי קושטנטינא קרתא דאדום דשיעא דמתבניא בארעא ארמיניאה בפגיאין אוכלוסין רמן עמא דאדום וגו׳ *Gaude & lætare Constantinopolis, urbs Edomi improbi, quæ es ædificata in terra Armeniæ, per plurimos populos, qui ex gente Edom sunt egressi &c.* Targumistæ addi potest, R. Isaacus Abarbenel, Comment. in Proph. Esaiam, cap. XXXIV. ubi illud agit, ut nomen אדום *Edom*, ubi ubi in Prophetis & Scripturis universis occurrit, de Christianis, Israelis hostibus, intelligendum esse evincat, quod verò commentum refutavimus in Jenensi Academia, cùm ibi studiorum gratia degeremus, binis dissertationibus, in quarum priore, §. 21. 22. & 23. pluribus hac de re egimus, & simul ostendimus, vocabulum ארמיניאה apud Targumistam Threnorum, latius pro Thracia accipiendum esse.

v. 44. מַלִיכוּ ] meliùs fortasse מְלִיכוּ.

בִּלְעָם בַּר בְּעוֹר דַּשְׁיָא הוּא לָבָן ] *Bileam filius Beor, pessimus, is est Laban.* In hebræo est בִּלְעָ. LXX. Græci transtulerunt, hic, & Genes. XXXVI. Βαλὰκ. ita utrique Interpretes à textu pro arbitrio recedunt. Nititur verò hæc nostri Targumistæ paraphrasis rursum Cabbalisticæ, & e-

| | |
|---|---|
| דְּאִתְחַבַּר עִם בְּנוֹי דְּעֵשָׂו<br>מְטוּל לְמַחֲבְלָא יָת־יַעֲקֹב<br>וְיָת־בְּנוֹי וּבְעָא לְהוֹבָדָ׳ | qui ſe Eſauitis adjunxît, ut Jacobum & ejus filios læderet, quæſivit enim diſpergere eos; |

& ſimul Metempſychoſeos fundamento. Sicuti enim aliàs Judæi fabulantur, Adami animam in Davidem, & porro in Meſſiam revolutam, vel revolvendam eſſe, quorum trium nominum litteræ initiales nomen אדם *Adam* conficiunt; & quemadmodum animam Habelis in Sethum atque Moſen per Metempſychoſin translatam eſſe commentantur, quorum trium nominum primores litteræ itidem nomen משה efficiunt; eodem quoque modo fingunt, animam impii Labanis in Bileamum Nabalemque commigraſſe, quorum trium nominum primæ litteræ itidem nomen לבן faciunt; ita tradi in libro מגלה עמוקות, docuit me antehac Dn. Erneſtus Chriſt. Zarvoſſi, Judæus converſus, amicus noſter deſideratiſſimus. Sed quid de hac Judæorum Metempſychoſi ſit ſtatuendum, ediſſeruimus nonnihil in exercitatione poſteriori de nomine Edom, § 6.7.8. & 9. contra Iſaacum Abarbenelem diſputantes. Rectiſſimè, uti aliàs, ita & hic ſapiens Aben Eſra, Comment. in Geneſ. xxxiv. 30. בלע בן פעור׳ איננו בלעם גם בלעם איננו בן לבן הארמי ויתבן שורך הדרש בעבור היותו מנחש כמוהו כי לא יפול מדברי רבותינו גל ארצה גם בלעם ארמי היה וזה בלע ארום׳: hoc eſt, *BELA BEN PEOR*) *Sane Bileam is non eſt, neque etiam Bileam, filius Labanis, Aramæi ſeu Syri, fuit.* [ut tamen Priſcos tueatur, addit] *videtur autem Priſcos olim ita commentatos eſſe, quòd uterque augur eſſet. Nam verborum Doctorum noſtrorum b. m. nullum fruſtra in terram cadit*, 1. Sam. III. 19. ſcil. blanditur Priſcis, ne à coætaneis anathematis fulmine petatur, & pro hæretico habeatur, *præterea Bileam Syrus quoque fuit: hôc, Belâ, Idumæo exiſtente.*

עַם בְּנוֹי] lege עִם בְּנוֹי.

לְמַחֲבְלָא] *ad perdendum*; hæc gloſſa ex Etymo nominis בלעם deſumta eſſe videtur, *nam Rabbini ludunt de ejus nomine, quod ſic dictus fuerit*, quaſi בִּלַּע עַם, *dedit enim conſilia ad abſorbendum & perdendum populum*, Num. XXII. uti ſcribit Jo. Buxtorffius in Lexico, in voce בלעם.

לְהוֹבָדָ] videtur legendum eſſe integrè לְהוֹבֵד. eſt verò infinit. Hophal,

יַתְהוֹן וּמְלַךְ תַּחֲוֹהִי עַל־אֱדוֹם שׁוֹם קַרְתָּא דְּבִית מַלְכוּתֵיהּ דִּנְהָבָה דְּאִיתְיְהִיבַת לֵיהּ מַגָּן׃

Hic igitur Idumææ imperavit, nomen verò urbis regiæ ejus aulæ Dinhaba fuit, quæ gratis eſt ei data.

v. 45. וּמִית־בָּלַע דְּקַטְלֵיהּ פִּנְחָס בְּמַדְבְּרָא וּמְלִיךְ תְּחוֹתוֹהִי יוֹבָב בַּר זַרַח

Defuncto Bela (nam interemit Eum Pineas in deſerto) ſucceſſit in regno Jobab, filius Serachi,

---

Hophal, Prælaud. Buxtorffius, in Gramatica Chald p. 99. ſcribit, hanc formam (hophal) Paraphraſtis Chaldæis alioquin inuſitatam eſſe.

דִּנְהָבָה דְּאִיתְיְהִיבַת לֵיהּ וגו׳ ] *Dinhaba, quæ data eſt ei &c.* Ptolemæo *Danaba* dicitur Idumææ civitas, auctore Matth. Aurogallo, l. c. Targumiſta noſter nomen Dinhaba à verbo יהב derivare in annexa gloſſa videtur. Scribendum autem eſſet, pro דְּאִיתְיְהִיבַת, juxta Jo. Buxtorffium, l. c. דְּאִתְיְהִיבַת cum chirek parvo, verùm multùm reformandus eſſet auctor noſter, ſi omnia errata orthographica ſubtiliùs reſecare vellemus.

v. 45. וְקַטְלֵיהּ פִּנְחָס ] *quem Pineas interemit.* Quia ſcil. Bela & בִּלְעָם *Bileam* unus idemq; eſt, hinc, dato uno abſurdo, dantur plura, inferunt enim inde porrò, Belam à Pinehas occiſum fuiſſe, quia Bileam Ben Peor, Joſ. XIII. 22. ab Iſraelitis enſe transverberatus eſſe memoratur. Unde R. D. Kimchi, Comment. in h. l. וּמִית בָּלַע וגו׳ וְעוֹד אָמְרוּ כִּי וַיִּשׁ בּוֹ דְּרָשׁ פִּנְחָס הָרָגוֹ׃ *ſuper hæc* verba *enarratio* Priſcorum *extat &c. Porrò dicunt, quòd Pinehas eum*, Bileamum, *interemerit*, Atqui dicunt, non probant.

יוֹבָב ] *Jobab.* de hoc quoque fabulantur, eum אִיּוֹב *Jobum* fuiſſe, ſed rectè hoc ſuorum commentum ſapiens Aben Eſra explodit, Comment. in Jobum cap. I. v. 1. וְהָאוֹמֵר שֶׁהוּא יוֹבָב בֶּן זֶרַח מִבָּצְרָה שְׁמָא בַּחֲלוֹם רָאָה זֶה כִּי אֵין לוֹ עַל מָה יִשָּׁעֵן לֹא עַל דִּבְרֵי הַנְּבִיאִים וְלֹא עַל מַה שֶׁהֶעְתִּיקוּ חַכְמֵינוּ זַ״ל׃ *qui verò* dicit, *quod is*, Jobus, *Jobab filius Sera, Bazrenſis*, fuerit, *fortaſſis ita ſomniavit, neque enim quicquam ei, aut in Prophetarum, aut in ſapientum noſtrorum monumentis ſuppetit, cui innitatur.* Ita verò Iſaacidem quendam, coætaneum Scriptorem, tangit,

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| דמן בוטרא׃<br>וימת יובב ומלך<br>תחותיו חשם דמן ארעא<br>דרומא׃ | v. 46. | Boteranus.<br>Mortuo Jobabo Succeſſor in regno fuit Chyſcham, Daromanus. |

qui præter hanc plures alias monſtroſas opiniones in libro ſuo, quem edidit, fovet, quem propterea comburio, auctorem verò ejus riſu dignum eſſe judicat: הכי קרא שמו יצחק השומע יצחק לו *ideo enim* יצחק *Iſaac* eſt *nominatus*, ut *omnis, qui* abſurda ejus hæc *audit* legitvè, *rideat eum*, Gen. xxi. 6. ut ibid. ſcitè ſcribit Comment. in Gen. xxxvi. 30. & 31. Aben Eſra.

דמן בוטרא] *Botreſis.* In hebræo eſt בָּצְרָה. LXX. Interpp. Græci reddunt *Βοσόρρα.* Diximus autem jam ſupra, צ eſſe compoſitam ex ת vel ט, & שׁ aut ס. & compoſitam quandoque per ſimplicem alterutram efferri. Fuit verò בָּצְרָה non ſolùm Moabitidis, ut R. Sal. Jarchi, Gen. xxxvi. 31. & R. Iſaacus Abarbenel Comment. in Eſaiam, xxxiv. voluit, ſed & Idumææ urbs, prout ex Iſ. xxxiv. 6. lxiii. 1. Jer. xlix. 13. 22. Amos i. 12. & aliunde patet, quæ etiam hîc intelligitur, cujus quoque meminit Notitia Orientis, ſub diſpoſitione Viri Spectabilis, Ducis Arabiæ, & Ptolemæus, Bozramque vocant.

דמן ארעא דרומא] *qui* fuit *è terra Auſtrali*; ita quoque Onke- v. 46.
los, Gen. xxxvi. 32. in hebræo eſt מֵאֶרֶץ הַתֵּימָנִי, fuit verò תֵּימָן *Theman* filius Eliphaſi, Idumæi, uti è v. 36. hujus cap. diſcimus, & genti juxta atque terræ Idumææ nomen ſuum communicavit. Vid. R. Abr. Ben Eſra, Comment. in Jobum, c. II. 11. Matth. Aurogallus, l. c. Em. Tremellius & Franciſcus Junius, Scholiis in Gen. xxxvi. 34. Notitia quoque Orientis, ſub Diſpoſitione Viri Spectabilis, Ducis Paleſtinæ, *Thamanæ* meminit. Eſt autem nomen תֵּימָן ex voce ימן oriundum, quod *Dextrum* notat, homini enim Hieroſolymitano, Orientem reſpicienti, Auſtralis plaga à dextris exiſtit; retinendum tamen potiùs erat nomen תימני, utpote proprium, quàm Chaldaicè tranſferendum.

Quo defuncto regnum administravit Hadad, filius Bedadi, qui Midianitas in agro Moabitico, quando bellum cum iis gerebat, internecioni dedit, nomen urbis regiæ ejus aulæ fuit Avith.

Defuncto Hadado &c.

Mortuo Baal Chanano, Regni habenas accepit Hadad, (*à superiore alius*) urbis regiæ ejus aulæ nomen Pau *fuit*, Nomen verò uxoris ejus Mehetabel *fuit*,

v. 47. וַיָּמָת חֻשָׁם וַיִּמְלֹךְ תַּחְתָּיו הֲדַד בֶּן בְּדַד הַמַּכֶּה אֶת מִדְיָן בִּשְׂדֵה מוֹאָב וְשֵׁם קִרְיָתוֹ עֲוִית׃

v. 48. וַיָּמָת הֲדַד׃

v. 51. וַיָּמָת בַּעַל חָנָן וַיִּמְלֹךְ תַּחְתָּיו הֲדַד וְשֵׁם קִרְיָתוֹ פָּעִו וְשֵׁם אִנְתְּתֵיהּ מְהֵיטַבְאֵל בַּרַת

---

v. 47. בְּעִדָּן וג׳) *Tempore &c.* hæc ἐξηγήσεως ἕνεκα Targumista addit, clariùs adhuc R. Sal. Jarchi, הכה את מדין בשדה מואב׳ שבאו מדין על מואב לפלחמה והלך מלך אדום לעזור את מואב hoc est, *QUI PERCUSSIT MIDIANITAS, IN CAMPO MOABITARUM,*] *nam Midianitæ adversùs Moabitas bellum moverunt, Rex igitur Idumæa auxilio Moabitis venit*, in Comment. Gen. xxxvi. 34.

עֲוִית) *Avith*, ita sanè legitur, scribitur verò in hebræo עיות. fuit autem Avith, pro quo LXX. Interpp. Græci corruptè Γεθαὶμ legunt, urbs Idumææ, auctore Matth. Aurogallo, loco cit.

v. 48. וַיָּמָת הֲדַד) *Mortuo verò Adado.* Hic & sequentes duo versus hîc desunt, dubio procul, quod cum hebraicis omninò convenirent.

v. 51. הֲדַד) *Adad*, alius est à superiore, Genes. xxxvi. 3. הדר *Adar* vocatur, & hîc quoque ita legendum esse videtur.

פָּעִו) *Pau*, ita quoque Gen. l. c. vocatur, hîc verò פָּעִי in hebræo dicitur. Malè verò οἱ ο Φογωρ, acsi פְּעוֹר legissent, reddunt. Fuit autem Pau urbs Idumææ, teste Aurogallo loc. cit.

מְהֵיטַבְאֵל) *Mehetabel*, ex מַה הֵיטִיב אֵל *quam benè fecit DEUS*, aut מְהֵיטִיב אֵל *benefaciens DEUS est*, ita fortè exclamavit Parens, eâ editâ in lucem, quod deinde abiit in nomen ejus.

מַטְרֵד

מַטְרֵד דַּהֲוַת לֵעִי בְּמַטְרִדוּתָא
וּבְסַרְדוּתָ' וּמִן דַּעְתֵּר קָנָת
נְכְסִין הֲוָה מְתְנָאָה וְהַדַּר
לְמֵימַר מָה הוּא כַּסְפָּא
וּמָה הוּא דַּהֲבָא׃

*quæ fuit* filia Matredis, *ita dicti*, quòd במטרדותא in labore & vigilantiâ aſſiduus eſſet, poſtquam verò opes acquiſiviſſet, ſeſe extulit, & identidem dixit; ecquid eſt argentum! Quidnam eſt aurum!

---

מַטְרֵד דַּהֲוַת וגו׳) *Matred, quæ fuit &c.* Legendum enim eſt, cum Jonathane & Hieroſolymitano, Targumiſtis, Gen. xxxvi. in maſculino, דַּהֲוָה. Reddit autem jam Targumiſta noſter nominis מטרד etymologiam, dum ſubjungit; & poſtquam במטרדות *in labore aſſiduus fuit:* In quo reliquos quoque Targumiſtas conſentientes habet, uti ſtatim dicemus.

וּמִן דַּעְתֵּר) reſcribendum eſt וּמִן cum hirek.

מְתְנָאָה דַּהֲוָה) Legendum eſt מְתְנָאָה cum hirek, i. e. *exhilaratus* eſt, vel potius cum Jonathane מִתְנָאָה *ſeſe extulit.*

וְהַדַּר לְמֵימַר) reſcribendum eſt וַהֲדַר, ex Targum Jonathanis, i. e. rediit, vel *rurſum* & identidem *dixit.* Ita verò alludit ad nomen הדר *Adar.*

וּמָה הוּא דַּהֲבָה) *Quidnam eſt aurum!* Ita exponit nomen מִי זָהָב, qua ſi legiſſet, מִי זָהָב *ecquid aurum* eſt! Ita quoque Reliqui Targumiſtæ fabulantur, Jonathan: מַטְרֵד הוּא גַּבְרָא דַּהֲוָה לֵעִי בְּמַטְרְדִיתָא וּבְסַרְדוּתָא וּמִן דַּעְתֵּר וְקָנָה נִכְסִין הֲדַר לְמֵימַר מְתְנָאָה בְּלִיבֵּיהּ לְמֵימַר מַאן הוּא כַּסְפָּא וּמַאן הוּא דַּהֲבָה׃ quæ, quia cum noſtri Targumiſtæ verbis planè conveniunt, non interpretamur. Pleniùs adhuc Hieroſolymitanus: וּמַלַּךְ מִן בַּתְרֵיהּ הַדַּר וּשְׁמֵהּ דְּקָרְתֵיהּ פְּעוֹ וְשׁוּם דְּאִתְּתֵיהּ מְהֵיתַבְאֵל בַּת מַטְרֵד בְּרַתָּא דְּמָצְרַף דַּהֲבָא גַּבְרָא דַּהֲוָה לֵעִי בְּמַטְרְדָא כָּל יוֹמֵי חַיָּיהִי מִן בָּתַר דַּאֲכַל וְשָׁבַע חַד וַאֲמַר מָה הוּא דַּהֲבָאוּמָה הוּא כַּסְפָּא hoc eſt: *regnavit verò poſt Adar, cujus urbis nomen Pau fuit, uxor verò ejus nominata eſt Mehetabel, Filia Matredis, Neptis aurifabri, Vir in labore aſſiduus omnibus diebus vitæ ſuæ; quando à prandio ſatur ſurrexit, reverſus eſt* in officinam, *atque exclamavit; ecquid eſt aurum! quid eſt argentum!* Onkelos quoque בַּת מְצָרֵף דַּהֲבָה per *aurifabri filiam* reddit, cui

Mortuo Hadado regnum Idumæorum finem ſuum aſſecutum eſt, ſubjugatâ terrâ à filiis Edomi, & potiti ſunt rerum in terra Gabla Principes Idumæi, Princeps Timna, Princeps Alva, Princeps Jechet.

v. 52. וַיָּמָת הֲדָד וַיִּסְּקוּ מְנָהוֹן
מַלְכוּת אֱדוֹם אִיתְכְּבִישַׁת
אַרְעָא קָדָם בְּנוֹי דְעֵשָׂו וַהֲוָו
רַבְרְבֵי אֲדוֹמָאֵי שַׁלְטִין
בְּאַרְעָא דְגַבְלָא רַבָּא תִּמְנַע
רַבָּא עַלְוָה רַבָּא יְחֶרֶת׃

---

& R. Saadias Gaon apud Aben Eſram in Comment. Gen. XXXVI. pollicem premit. Alii verò apud eundem per מי זהב, intelligunt, עשים זהב מנחשת *eos, qui ex ære aurum conficiunt.* R. Sal. Jarchi etiam Targumiſtarum gloſſas amplectitur, commentatur enim l.c. בת מיזהב *FILIA MES AHAB*) ita nominatus eſt, quod identidem exclamavit: מהו זהב *ecquid eſt aurum! nam opulentus fuit, & aurum ab eo planè æſtimatum non eſt.* Sed uti alibi, ita & hîc rectiſſimè Sapiens Aben Eſra מי זהב כך שמו והגאון אמר צורף זהב ואחרים אמרו רמז לעושים זהב מנחשת ואלה דברי ריק: *MES AHAB* ] *tale nomen ejus fuit. Gaon aſſerit,* idem eſſe quod *aurifabrum. Alii verò cenſent, innui ſic, eum ex ære aurum conflâſſe, ſed verba hæc ſunt, ventu* leviora. A cujus partibus etiam eſt Rab. Salomo Aben Melech, in Comment. ſuo, Michlal Jophi. Non verò aſſentiri hîc poſſum Tremellio atque Junio, qui in Scholiis ſuis ad Gen. XXXVI. 38. 39. מי זהב nomen urbis eſſe ſcribunt, בת enim reſpicit genus, non locum, hîc verò vocabulum איש adhiberi ſolet, ut אישכריות, אישסוכו, *ex urbe Succo & Carioth* oriundi. מיזהב igitur nomen Viri eſt, cujus Neptis Mehetabel, filius autem Matred fuit: unde rectè LXX. Interpp. Græci: μετιβεὴλ, θυγάτηρ Μαθραὴθ, υἱῆ Μαιζοώ6. Eadem enim hîc conſtructio eſt, quæ Gen. xxxvi. 2. occurrit: אָהֳלִיבָמָה בַּת עֲנָה בַּת צִבְעוֹן *Oholibama, filia Ana, Neptis Zibeonis*, obſervante R. Abrah. Ben Eſra, Comment. in Gen. xxxvi. 39.

v. 52. בְּאַרְעָא דְגַבְלָא ) *in Terra Gabla.* de hac nonnulla ſupra diximus, ad comma 38.

רַבָּא יְחֶרֶת ) *Princeps Jecheth.* vitiosè, neque meliùs Interpretes Græci, ἰωθὲρ. in hebræo eſt יְתֶת.

רַבָּא

| | | |
|---|---|---|
| רַבָּא׃ | v. 53. | Princeps &c. |
| רַבָּא מַגְדִּיאֵל רַבָּא עִירָם<br>אִילֵּין רַבְרְבֵי אֱדוֹמָאֵי׃ | v. 54. | Princeps Magdiel, Princeps Erom; hi Principes ſunt Idumæi. |

## CAP. II.

| | | |
|---|---|---|
| וּבְנוֹי נֶדֶב סֶלֶד וְאַפַּיִם וּמֵית<br>סֶלֶד בְּלָא בְנִין׃ | v. 30. | Filii verò Nedebi fuêre Seled & Appaim, Seled tamen ſine liberis deceſſit. |
| וּבְנוֹי יַדַּע אֲחוֹי דְּשַׁמַּי יִתֶר<br>וְיוֹנָתָן וּמִית יִתֶר בְּלָא בְנִין׃ | v. 32. | Filii Jadæ, fratris Schamæi, fuêre Jether & Jonathan, mortuus autem eſt Jether ſine liberis. |
| וּבְנוֹי יוֹנָתָן פֶּלֶת וְזָזָא אִלֵּין הָווֹן<br>בְּנֵי יְרַחְמְאֵל׃ | v. 33. | Filii verò Jonathanis Pælæth & Saſa, hi poſteri Jerachmeelis fuerunt. |

רַבָּא מַגְדִּיאֵל ) *Princeps Magdiel*, R. Sal. Jarchi in Comment. Geneſ. xxxvi. & Hebræi communiter, *Romam* hîc intelligunt, ſed explodimus hoc commentum, exercitatione priore, contra Iſaacum Abarbenelem, §. 8. & 14. v. 54.

רַבָּא עִירָם ) *Princeps Erom*, in hebræo eſt עִירָם *Iram*, miror autem, LXX. Græcos hîc, & in Gen. Ζαφὼ interpretatos eſſe.

## CAP. II.

Pars hujus Capitis prior, uſque ad comma trigeſimum in paraphraſi Chaldaica deſideratur, incertum eſt, an Targumiſtæ ipſius datâ operâ, an verò incuriâ Scribæ, quod Chaldæum cum hebræo Textu omninò convenire videret, an deniq; Codicis Mſc. quo uſi ſumus, defectu.

נֶדֶב ) in hebræo punctatur נָדָב. v. 30.

Hic quoque verſus in paraphraſi deeſt. v. 31.

יָדַע אֲחוֹי דְשַׁמַּי ) *Jada frater Schammai.* malè LXX. Græci Ἀαδαὶ Ἀχισαμαὶ, אחי שמי pro nomine proprio, & filio Jadæ, habentes, cùm frater fuerit Sammæi, uti è verſu ſuperiore 28. patet. v. 32.

Scheſchan verò nullum habuit filium, ſed ſaltem filias, eique ſervus Ægyptius, nomine Jarcha, eundo *crevit*.

Dedit itaq; Scheſchan huic ſervo ſuo Jarchæ, filiam ſuam uxorem, quæ peperit ei Attæũ.

v. 34. וְלָא הֲוָוֹן לְשֵׁשָׁן בְּנִין אֶלָּהֵן
בְּנָתָא וּלְשֵׁשָׁן הַלִּיךְ עַבְדָּא
מִצְרָאי וּשְׁמֵיהּ יַרְחָע׃

v. 35. וִיהַב שֵׁשָׁן יָת־בַּרְתֵּיהּ
לְיַרְחָע עַבְדֵּיהּ לְאִתּו וִילִידַת
לֵיהּ יָת־עַתַּי׃

---

v. 34. וְלָא הֲוָוֹן לְשֵׁשָׁן בְּנִין ) *Scheſchani autem non fuerunt filii.* Atqui ſuperiori v. 31. aſſeruit Paralipomen. Auctor: *FILII SCHESCHANIS* fuêre *AHLAI*, uti objicit R. David Kimchi, Comment. in h.l. ſed & reſpondet: *mortuus* ſcil. eſt *Ahlai*, *parente* adhuc *in vivis exiſtente, neque filius neque filia ex eo ſuperſtitit*, Conf. R. Sal Jarchi ibidem.

אֶלָּהֵן ) meliùs אֵלֶּה.

הַלִּיךְ ) Hæc vox ſuſpecta videtur, præterquam enim quod in textu hebræo nihil occurrit, cui reſpondere poſſit, nullum quoque ſenſum commodum habet, ſi tamen aliquis eſt, illum eſſe dicemus, Servum hunc apud Scheſchanem eundo creviſſe, & enutritum fuiſſe, quod R. David Kimchi etiam in Comment. aſſerere videtur, ſed fortaſſis aliter in Codice Mſc. qui jam ad manus non eſt, vel pravè legitur.

מִצְרָאי ) meliùs in ſingulari מִצְרָאִי.

v. 35. יָת בַּרְתֵּיהּ לְיַרְחָע וגו׳ ) *filiam ſuam Jarchæ ſervo ſuo.* Inde monuerunt Priſci: בתך בגרה שחרר עבדך ותנהו לה *filiâ tuâ pubertatis annos egreſsâ, ſervum tuum manumitte, & ei dato eam*, Vid. R. Sal. Jarchi, & R. David Kimchi in Comment. ſuper h. l. quibus addi poteſt Jo. Buxtorffius in Lexico, voce שחרר. Iſtud verò hoc monitò voluerunt, vel ſervo filiam eſſe elocandam, ne ſcortum, vel contractà vetuſtate innubilis evadat.

v. 36. & ſequentes, uſque ad v. 41. deſunt.



Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| בְּנֵי כָלֵב אֲחִי יְרַחְמְאֵל מֵישָׁע בְּכֹרֵיהּ הוּא־רַבְהוֹן זִיפָאֵי וּבְנֵי מָרֵשָׁה אַבָּא דְחֶבְרוֹן׃ | v. 42. | Filii autem Calebi, fratris Jerachmeelis, *fuerunt* primogenitus Meſa, Princeps Siphæorum atq; Mareſanorum, *quorum Civitatis Conditor, Mareſa*, Pater *vel Princeps* Hebronis fuit. |
| וְשַׁמַּע אוֹלִיד יַת־רַחַם אַבָּא דִירְקְעָם וְרֵקֶם אוֹלִיד יַת־שַׁמָּי׃ | v. 44. | Schema generavit Rachamum, Principem Jorckeam *urbis*, Ræckæm verò Schammæum. |

---

הוּא רַבְהוֹן דִזִיפָאֵי ) *Princeps Siphæorum*, id eſt, τοπάρχης. in hebræo eſt אֲבִי זִיף, quod Salomo Jarchi ibidem pro שַׂר זִיף habet, & paulò inferiùs ad comma 44. hanc regulam univerſalem tradit; כל אבי שנאמר כאן שר על אותה העיר הכתובה בסמוך: *quotieſcunque hic nomen* אבי *occurrit, id de Principe ejus, quæ ſequitur, urbis eſt accipiendum*, Vid. quoque annotata ad c. II. 50. & IV. 18. R. David Kimchi geminam gloſſam recenſet, unam propriam: *Parens Siphi* hominis, impropriam alteram: *Pater* ſeu Princeps *Siph* urbis. Priorem tamen poſteriori immerito præfert. v. 42.

וּבְנֵי מָרֵשָׁה אַבָּא דְחֶבְרוֹן ) *Poſterique Mareſæ, Hebronis Parentis*, id eſt, Præfecti. Obſcura hæc nonnihil ſunt. R. Sal. Jarchi ita interpretatur: שר של זיף ושר כל בני מרשה ושר חברון Meſa *Princeps Siph, idemque Princeps Mareſanorum & Hebronis.* Aliter verò R. D. Kimchi: ובני זיף מרשה אבי חברון *filii verò Siph Mareſa, Pater Hebronis.* Repetens ſcil. ἀπὸ κοινοῦ nomen antecedens זיף. Mihi maximè probatur verſio τῶν υ. καὶ υἱοὶ Μαρισὰ πατρὸς χεβρών. Et Tremelli Junii-que: *& Poſteri Mareſæ, Patris Hebronis.*

In Chaldæo deeſt. v. 43.

דִירְקְעָם וְרֵקֶם ) pro his malè apud LXX. Interpp. Græcos legitur ἰεκλὰν καὶ ἰεκλάν. יקעם *Jorkam civitas eſt, quæ ſorte miſsâ tribui* v. 44.

Filius autem Schammæi *extitit* Maon, Princeps Bethzuræ.

v. 45. וּבְרִיהּ דְּשַׁמַּי מַעוֹן וּמַעוֹן אֲבָא דְּבֵיתצוּר׃

Epha verò, Calebi concubina, peperit ei Charanum, Mozæũ & Gaſeſum, Charan autem genuit Gaſeſum, *alium à priore.*

v. 46. וְעֵיפָה פִּלַגְתֵּיהּ דְּכָלֵב יָלְדַת יַת־חָרָן וְיַת־מוֹצָא וְיַת־גָּזוֹ וְחָרָן אוֹלִיד יַת־גָּזוֹ׃

*Altera* Calebi concubina, Maaca, eidem peperit Schæbærum & Tarchanaum.

v. 48. פִּלַגְתֵּיהּ דְּכָלֵב מַעֲכָה יָלְדַת יַת־שָׁבֶר וְיַת־תַּרְחַנָה׃

---

*Dani obtigit, ſecundùm Commentatorem Hebræorum, Comment.* ſuper *Paralip.* ſcribit Matth. Aurogallus. l. c.

v. 45. דְּבֵיתצוּר ) *Bethſur, civitas eſt, quæ Joſue miſsâ ſorte in Judæ tribum cecidit, & ſecundùm Joſephum, lib. XII. in montanis ſita eſt locis.* Aurogallus l. c.

v. 46. חָרָן ) Haran, LXX. malè Ἀραὰμ.

גָּזוֹ ) neque hic meliùs Γαζὲ, quaſi legiſſent גָּזוּי.

וְחָרָן אוֹלִיד יַת גָּזוֹ׃ ) *Haran verò genuit Gaſeſum.* Hæc verba, quaſi ſuperflua, LXX. Interpp. Græci in verſione ſua omiſerunt, Tremellius quoque & Junius in ſua paraphraſi arbitrantur de priore Gaſeſo ſermonem eſſe, namque reddunt: *Haran enim genuit Gazezum*: ſed nos litteræ inſiſtimus, à quâ ut recedamus, cauſam urgentem nullam videmus. Patruum enim atque patruelem cognomines fuiſſe, adeò abſurdum non eſt.

v. 47. Deeſt in Chaldæo.

v. 48. יָלְדַת ) *peperit*, ſcilicet Maaca, fœmininum enim eſt rectiſſimè in Chaldæo, in hebræo maſculinum eſt, יָלַד. Unde R. David Kimchi Ellipſin eſſe ſtatuit, ſcribit enim comment. in h. l. ילד אינו חוזר למעכה כי היה אומר ילדה אלא לכלב כאלו אמר פלגש כלב מעכה וילד מסנה את שבר ואת תרחנה quod dicit ילד in maſculino, *ad Maacam* fœminam *referri non poteſt, dixiſſet enim* in fœminino: ילדה, *ad Calebum itaque eſt referendum, quaſi diceret, pellex Calebi Maaca, ex qua genuit Caleb Seberam,*

| | | |
|---|---|---|
| וַיֹּלֶד שַׁעַף אֲבִי מַדְמַנָּה<br>וַיֹּלֶד שְׁוָא אֲבִי מַכְבֵּנָה<br>וַאֲבִי גִבְעָא וּבַת כָּלֵב<br>עַכְסָה׃ | v. 49. | *Eadem* peperit & Schaaphũ, Principem Madmannæum, & Schebam, Principem Machbenæum & Gibanum, filia verò Calebi fuit Acſa. |
| אֵלֶּה הָיוּ בְּנֵי כָלֵב<br>בֶּן־חוּר בְּכוֹר אֶפְרָתָה | v. 50. | Atque hi fuerunt filii Calebi, filius verò Huris, primogeniti ex Ephrata, |

---

*berum & Tarchanæum.* Conf. R. Sal. Aben Melech, qui Kimchium more ſuo, ſequi ſolet, & Tremellius, Juniusque in ſcholiis ſuper h. l. Sed nobis enallage generis eſſe videtur, quâ in Scripturis S. nihil eſt frequentius. Unde Rab. Iſaacus Abarbenel Comment. Eſa. xxx. ult. אין להפל' מאשר יכנה הכתוב אותו פעם בלשון זכר ופעם בלשון נקבה כי כן דרך הכתוב בדבר שאין בו רוח חיים : hoc eſt : *Mirum non eſt, Scripturam de eo nunc in maſculino, nunc verò in fœminino genere loqui, hic enim eſt mos Scripturæ, quando de rebus inanimatis loquitur.* Non vero duntaxat de inanimatis, ſed & de animatis ita diverſimodè loquitur, ſic idem ibid. Eſ. xxiv. 12. ſcribit. ויהיה נשאר בלשון זכר במקום נשארה שהדברים אשר כאלה פעמים יאמרו בלשון זכר ופעם בלשון נקבה : *eſt itaq; נשאר maſculinum, pro fœminino* נשארה, *nam de ejuſmodi rebus nunc maſculinum, nunc verò fœmininum adhibetur.* Sed hanc Scripturę conſuetudinem alibi paſſim commentator hic inculcat, cui adjungi poteſt Sal. Glaſſius in Grammat. S. lib. IV. tr. 2. obſerv. 2. & plurimi alii.

וַיֹּלֶד שַׁעַף ) *& peperit Saaph*, rurſum enallage eſt Generis. Tremellius & Junius in verſione ſua ellipſin & hîc agnoſcunt, reddunt enim: *peperit autem uxor Schaaphi.* v. 49.

שְׁוָא ) vitioſè, in hebræo eſt שׁוּא, cum vav. LXX. Interpp. legerunt σαὺ.

דִּגְבְעָא ) *Gibæ, in Judæ tribu civitas eſt*, Aurogallus l. c. v. 50.

כָּלֵב בֶּן חוּר בְּכוֹר אֶפְרָתָה ) *Calebi, filii verò Huris, primogeniti ex Ephratb.* Verba hæc paulò ſunt obſcura, unde etiam Commentato-

*Fuit* Schobal, Princeps Kiriatjearimi. | שׁוֹבָל רַבְּהוֹן קִרְיַת יְעָרִים :

---

res diverſimodè ea accipiunt, exiſtunt verò potiſſimum duæ ſuper iis ſententiæ, quas recenſet Rab. Sal. Jarchi in Comment. אלה היו בני כלב בן חור בכור אפרתה' פתרון אלה היו בני כלב בן חור כמו בנו חור והוא חור היה בנו הבכור לאפרת אשתו ולא בכור לכלב וכן מפורש למעלה ויקח לו כלב את אפרת ותהר לו את חור עא ואלה היו וגו' חור היה בן לכלב והוליד בן ויקרא שמו כלב וכך פירושו ואלה היו בניו של כלב בנו של חור שבל וגו' *HI FUERE FILII CALEBI, FILII HURIS, PRIMOGENITI EX EPHRATA*) *ſenſus eſt, hi fuerunt filii Calebi,* בן חור *quaſi diceret,* בנו חור *cujus filius Hur* fuit. *Fuit autem Hur filius ejus primogenitus ex Ephrata, uxore ejus, non verò primogenitus ex Calebo, & ita hoc ſuperiori* verſu 19. *declaratur*, ubi dicitur : ET ACCEPIT SIBI CALEB EPHRATAM, QUÆ IPSI PEPERIT HUREM. *Alia ſententia eſt :* HI FUERUNT &c. *Hur fuit filius Calebi, & genuit filium, quem & ipſum Calebum vocavit. Ita ſenſus eſt : hi fuêre filii ejus Calebi, filii Huris, Sobal &c.* Poſteriorem hanc ſententiam amplectuntur R. David Kimchi, in Coment. & Tremellius atque Junius in ſcholiis ſuper h. l. qui faciunt geminum Calebum, unum primum ſeu ſeniorem, Jephunnæ filium, Huris Patrem, alterum ſecundum ſeu juniorem, Huris filium, & prioris Nepotem. Nobis verò placet prior ſententia, quam etiam LXX. Interpp. amplecti videntur.

רַבְּהוֹן קִרְיַת יְעָרִים) *Princeps Kiriat Jearim.* Diſſentit hic à nobis R. D. Kimchi, in Comment. אבי קריית יערים יש מפרשים אדון קריית יערים וכן אבי ביתלחם ואבי בית גדר' ויתכן לפרש אבי כמשמעו פירוש אבי קריית יערים כי כל בני קריית יערים היו בניו ובני בניו' וכל אותו העיר נתיחסה מבניו לכך כללן ואמר קריית יערים' וכן אבי בית לחם אבי בית גדר : PATER KIRIAT JEARIM] *ſunt qui* hoc ita *interpretantur* ; *Dominus Kiriat Jearim, ita quoque* exponunt, *Pater Bethlehem, Pater Beth Gader*, verſu ſequenti. *Videtur autem* אבי *ſeu Pater propriè explicandum eſſe, per Pater Kiriat Jearim, ſiquidem omnes Kiriatjearimini Nepotes ejus atque poſteri fuerunt*, ut ſic tota civitas iſta ad ejus poſteros genus referat, *inde omnes comprehendit, atque Kiriatjearim nominat. Idem quoque ſenſus eſt*, quod paulò poſt dicit, PATER BETHLEHEM, PA-

| | | |
|---|---|---|
| שַׁלְמָא רַבְּהוֹן דְּבֵית לָחֶם<br>חָרֵף רַבְּהוֹן דְּבֵית גָּדֵר׃ | v. 51. | *Ut &* Salma, Princeps Beth-Lehemi, & Chareph, Princeps Beth-Gaderanus. |
| וְהָווֹ בְנִין לְשׁוֹבָל רַב קִרְיַת<br>יְעָרִים תַּלְמִידַיָּא וְכַהֲנַיָּא | v. 52. | Fuerunt autem filij Sobalis, Principis Kiriatjearimi, Diſcipuli & Sacerdotes, |

---

PATER BETH GADER. Atq; ita Tremellius atque Junius in ſcholiis ſtatuunt, reddunt enim: *Pater Kiriatjearimanorum.* Sed Nobis videtur cum Targumiſta noſtro, Principem notari; à partibus noſtris eſt R. Sal. Aben Melech, in Michlal Jophi, ſupra h. l. קרית יערים הגדול והקדמון יקרא אב כלומר קצין וגדול כמו האב שהוא קצין לבן וכן אבי בית לחם אבי בית גדר: KIRIAT JEARIM) *Major ſeu Prior vocatur* אב *Pater, qſ. d. Dux. Major enim eſt, ſicut parens, qui filio eſt dux* atque præfectus, *idem quoque* ſenſus eſt quod verſu ſequente dicitur, PATER BETHLEHEM, PATER BETH GADER. Conf. quæ ſuperius annotavimus ad comma 42.

שַׁלְמָא וגו׳) *SALMA &c.* LXX. Interpp. Verſum hunc corruptiſſimè legunt. v. 51.

תַּלְמִידַיָּא וְכַהֲנַיָּא וגו׳) *DISCIPULI* (i. e. more Hebræo, Sapientes, Doctores & Magiſtri) & *SACERDOTES &c.* in Hebræo eſt הרואה חצי המנחות, quæ verba admodum ſunt obſcura, unde etiam diverſæ ſuper iis exiſtunt commentationes, quas recenſebimus R. Davidis Kimchij verbis. הרואה חצי המנחות' יש מפרשים שהיה מושל על העיר ששמה מנחות הנזכר למטה' ופירוש הרואה שרואה ענין העיר ומושל עליה' ויש מפרשים שהיה מושל על חצי העיר ירושלים שנקראת מנוחה' ויש מפרשים שהיה רואה וממונה על חצי המנחות הבאות לירושלים מאת כל הגוים' ועוד יש פירושים אחרים לא ראיתי לכתבם וגם אלו אשר כתבתי לא ישרו בעיני' והנראה בעיני כי הרואה חצי המנחות הם שמות בני שובל בנים אחרים לבד אשר ישבו בקרית יערים ושם האחד הרואה ושם האחר חצי המנחות' ואין לתמוה על צירוף שמות בני אדם שידמה ענין כי הנה צרף גדלתי ורוממתי שידמה ענין והוא שמות בני אדם ואחרים מלבד אלה: hoc eſt, *HAROÆH, HASI-HAMMENYHOTH* (1.) *quidam com-* v. 52.

qui digni habiti, ut dividerent | | : רְחוֹין לְפַלְגָא קָרְבָנַיָּא
ſacrificia. | |

---

*commentantur, quod fuerit Gubernator urbis, cui nomen Menyhoth, quæ inferius* quoque 1. Par. VIII. 6. *memoratur*, adde jud. XX. 43. *Senſum verò* vocis רֹאֵה hunc eſſe dicunt, *quod* is *res urbis obſervârit, eamque gubernârit,* (2.) *Alij verò volunt, eum dimidiæ urbi Hieroſolymitanæ, quæ* מנוחה *REQUIES vocatur, imperâſſe,* (3.) *Rurſum alij exiſtimant, quod fuerit videns & præfectus dimidiæ parti oblationum, quæ ex omnibus gentibus Hieroſolymas ſunt delatæ. Sunt & aliæ gloſſæ, quas nolo recenſere, quin & illa, quas retulimus, diſplicent nobis. Hoc autem eſt, quod nobis hic videtur. Nempe Haroeh Haſi-Hammenyhoth nomina eſſe filiorum Sobalis, eorum duntaxat, qui in Kiriath Jearim conſederunt, prioris quidem nomen Ha-Roeh, poſterioris verò Haſi-Hammenyhoth fuit. Neque mirari debes, compoſita hominibus nomina* propria eſſe, *quæ res* ſignificare magis *videantur; Ecce enim ita compoſitum eſt nomen Giddalti-Veromamti,* 1. Paralipp. XXV. 4. *quod* ſanè *rem* potius ſignificare videtur, *quæ tamen nomina ſunt hominum propria, ſed præter hoc* plura *alia* exempla dare poſſemus. Sanè ejus ſententia adeo non diſplicet, quam etiam LXX. Interpp. Græci tenent, niſi quod tres filios Sobalis hîc agnoſcant, reddunt enim, Ἀσαὰ, καὶ ἀισὶ, καὶ ἀμμαναὶθ, neque illud falſum eſt, compoſita quandoque nomina propria hominibus eſſe. Cæterùm noſter Targumiſta ex ſententiis à R. Davide Kimchio recenſitis tertiam amplecti videtur. R. Salomoni Jarchi verò comment. in h. l. & 1. Paral. VIII. 6. Prima maximè ſententia probatur, præſertim cum paulò poſt, v. 54, חצי המנחתי. Altera *dimidia pars Ham-Manhatana* recenſeatur; quam eandem quoque amplectuntur Em. Tremellius & Franciſcus Junius, niſi quod רֹאֵה non per gubernatorem appellativè, ſed ut nomen proprium, HAROE reddunt, quæ ſententia itidem probabilis eſſe videtur.

רְחוֹין) *qui digni* fuerunt, vel etiam, ut cum Hebræo magis conveniat, *qui viderunt:* quamvis ſenſus, quem in verſione expreſſi, juxta Targumiſtæ mentem ſit commodior,

וְגַנִּיסַיָּא

| | | |
|---|---|---|
| וגניסיא דיתבין בקרית־ | ע׳ 53. | Γενέσεις vel Familiæ, quæ in |
| יערים ליואי בני משה | | Kiriatjearimo conſederunt, |
| דילידת יתראי פותאי | | Levitæ, Nepotes Moſis, quos |
| ושומתאי ומשרעאי מאילין | | peperit Zippora, ſunt Itræi, |
| נפקו תלמידי נבייא דצרעה | | Putæi, Schumetæi & Meſaræi, |
| ואשתאול׃ | | inde oriundi *ſunt* Diſcipuli |
| | | Prophetarum Zorani & E- |
| | | ſtaolani. |

וגניסיא דיתבין וגו׳ ) *& familiæ, quæ conſederunt &c,* LXX. Græci Interpp. malè appellativa, ut nomina propria, & vice versâ, propria, ut appellativa accipiunt, reddunt enim: καὶ ἀμασφαὶ, πόλεις ἰαὶρ. In hebræo eſt, ומשפחות קרית יערים. Sunt verò hæ familiæ cives Kiriatjearimini, ut rectè Targumiſta Noſter, & poſt eum Rab. Sal. Jarchi in Comment. hîc ſcribunt, vel, ut R. David Kimchi, *Kiriatjearimini*, inquit, *qui poſteri Sobalis fuerunt, in haſce diviſi ſunt familias, & hi, qui hic recenſentur, capita familiarum erant, qualibet igitur familia ad familiæ ſuæ patrem refertur, quemadmodum à Jemnah, Jemnenſis, à Beriah, Berienſis* familia nomen accepit, Num. XXVI. 44.

ליואי בני משה דילידת יתראי ) *Levitæ, Nepotes Moſis, quos peperit Zippora, Itræi &c.* Ineptus hîc eſt Noſter Targumiſta, Sobalis enim, ex Judæ tribu oriundi, poſteri hic recenſentur, non Moſis Levitæ. Si autem conjecturæ locus eſt, Itræos, ex Jetronis filiæ, Zipporæ, atque Moſis poſteritate, nimis longinque accerſere videtur. LXX. Interpretes Græci nomina harum familiarum corruptè legunt.

תלמידי נבייא וגו׳ ) *Diſcipuli Prophetarum &c.* hoc quoq; Targumiſta de ſuo, ſine ullo fundamento, addit, meritò igitur ſubleſtæ fidei habetur: in hebræo ſolummodo eſt, הצרעה׳ והאשתאלי; ubi gloſſa R. Dav. Kimchii non diſplicet, וצרעה ואשתאול שני מקומות בארץ יהודה ויצאו אנשים ממשפחות קרית יערים ובנו שני מקומות אלה וישבו שם והיו לשני משפחות נקראו צרעת׳ ואשתאלי וגו׳ *Zarah & Eſtaol binæ urbes in Judæa* fuerunt, *quas totidem ex Kiriatjeariminis homines condiderunt, easque incolentes duas* poſt ſe reliquerunt *familias, à ſe Zaratenſem & Eſtaolenſem vocatas.*

נבייא ) rectiùs נביאה.

ואשתאול ) *& Eſtaol.* Codex Mſc. Bibliothecæ Vaticanæ verſio-

| | | |
|---|---|---|
| Filij Salmæ Bethlehemitæ juſti fuêre, quorum nomen tam bonum fuit *ac fragrans*, atque opobalſamum, hi aboleverunt cuſtodiam, quam Jeroboam in via locavit, ut primitias fructuum Hieroſolymas afferri prohiberet : | v. 54. | בְּנוֹי דְּשַׁלְמָא דְּמִן־בֵּיתְלֶחֶם<br>צַדִּיקִים דְּשׁוּמְהוֹן טָבָה<br>כְּנָטוֹפָתִי דְּבָטִילוּ פְּרוּדוּאָן<br>דְּאוֹתִיב יָרְבְּעָם בְּאָרְחָא<br>דְּלָא יַעְלוֹן בְּכוּרַיָּא לִירוּשְׁלֶם |

---

nis LXX. Viralis & juxta eum impreſſa exemplaria vitiosè legunt: καὶ υἱοὶ Ἐφραὰμ, in aliis tamen libris meliùs eſt Σαλαθαῖοι.

v. 54. דְּשַׁלְמָא דְּמִן בֵּיתְלֶחֶם ) *Salmæ, qui de Bethlehem* vel potius אֲבִי בֵית לֶחֶם vel רַבְּהוֹן דְּבֵית לֶחֶם *Pater* ſeu *Princeps Bethlehemi*, ut ſupra commate 51. Conf. R. D. Kimchi in Comment.

צַדִּיקִים דְּשׁוּמְהוֹן טָב הִי ) *Juſti, quorum nomen bonum atque fragrans eſt.* Primum tantùm nomen puncta habet, reliqua non item, in Codice, quo uſi ſumus; Cæterùm hic more ſuo ad nomen proprium נְטוֹפָתִי *Netophati* vocibus טָב הִי Targumiſta Noſter alludit.

כְּנָטוֹפָתִי ) Legendum eſſe videtur כְּנָטוֹפָה *ſicut opobalſamum.*

דְּבָטִילוּ פְּרוּדוּאָן וְגוֹ' ) *qui ſuſtulerunt cuſtodes &c.* פְּרוּדוּאָן peregrina vox eſt, unde variè quoque ſcribitur ab imperitis Judæis, nunc פְּרוּזְבִּין, nunc פְּרִדְסָאוֹת, modò פְּרוּזַיָּן, modò פְּרִסְדָּאוֹת. Commentator Talmudis, R. Sal. Jarchi, eam explicat per שׁוֹמְרִים *Cuſtodes*, docente Jo. Buxtorffio, in Lexico. Eſt verò ea corrupta ex Latina voce *Præſidium*, uti rectè colligit R. David Cohen de Lara, in libello עִיר דָּוִד. Recenſet verò hanc prolixam gloſſam etiam Targumiſta libelli Ruth, c. IV. 20. hunc in modum: וְנַחְשׁוֹן אוֹלִיד יָת סַלְמָא ( צַדִּיקָא הוּא סַלְמָא מִן בֵּית לֶחֶם וּנְטוֹפָה דְּבָטִילוּ בְּנוֹי פְּרוּזְבִּין דְּאוֹתִיב יָרְבְּעָם חֵיבָא עַל אוֹרְחֵי וְהוּאִין עוֹבְדֵי אֲבוּ וּבְנִין יָאוּן כְּנָטוֹפָא ) *Nahaſſon genuit Salmam*, jam ſequuntur ὡς παρενθέσις, quaſi ex margine irrepſiſſent, vel Targumiſtæ augmentum eſſent, in hebræo enim textu nihil tale legitur (*Juſtum, is Salma eſt Bethlehemita, & Netopha, cujus filii cuſtodiam, quam Jeroboam peſſimus viis impoſuit, ſuſtulerunt; coluerunt quoque Parentem, atque filii fue-*

יהוון בנוי דשלמה מעטרין פירי בכוריא בצניא ומובלין בצנעא לירושלם

Filij igitur Salmæ fructûs primitivos palmis circumdederunt, & clam Hieroſolymis intulerunt,

---

fuerunt, ut *opobalſamum*, de eo idem Eccleſiaſtæ c. III. 11. ita παραφράζει: וַמַּנִּי פְּרוּזְבִּין עַל שְׁבִילָא וּפַסְקוּ עוֹלֵי רְגָלַיִן וגו׳ *& conſtituit* Jeroboam *cuſtodiam ſuper vias, & ceſſaverunt ſacrificia feſtorum.* Ex hiſce non ineptè fortaſsè colligo, Targumiſtam Hagiographorum, atq; Chronicorum (quæ ex hagiographis ſunt) Targumiſtam Noſtrum, unum eundemque fuiſſe, quod non ſolùm hic, ſed & alibi paſſim easdem gloſſas & narratiunculas, recentiorum Judæorum genium redolentes, cum Talmudicis fabulatoribus & compilatoribus Aggadarum exhibeant. Hinc etiam hæc eadem narratio in Talmude, diverſis tractatibus, (vid. Aruch, fol. 184. col. 2. ad vocem פרזדאות) recurrit, & à Commentatoribus Rabbinis, Sal. Jarchio, & Davide Kimchio, ad II. Reg XVII. 2. repetitur, qui tamen remotionem cuſtodiæ, ad Hoſeam, ultimum Iſraelis regem, referunt. Ita Salomo; דק לא כמלכי ישראל שביטל פרדסיאות שישבו מימי ירבעם על הדרכים לשמור שלא יעלו לרגל וגו׳ Hoſeas TAMEN NON ITA MALUS FUIT, UT REGES ISRAELIS PRIORES) *namque ſuſtulit ille cuſtodiam, quæ inde jam à tempore Jeroboami viis inſedit prohibuitque ad feſtum aſcenſuros.* Sic quoque R. David: דק לא כמלכי ישראל אשר היו לפניו׳ אמרו שהעביר כל אותן פרדסאות שהושיב ירבעם בן נבט על התחומין שלא לעלות ירושלם ואמר כי בטו באב ביטל אותן פרדסאות לפיכך היו ישראל עושין יום טוב בטו אב: ATTAMEN Hoſeas NON ita malus fuit, ut REGES ISRAELIS ANTECESSORES) *dicunt* Talmudici, *eum omnes illas, quas Jeroboam, filius Nebat, viis Sabbaticis præfecit, Hieroſolymas ituros prohibendi, cuſtodias ſuſtuliſſe; eſt qui dicit, eum cuſtodias menſe Abh, d. 15. ſuſtuliſſe, quæ etiam cauſa ſit, quod Iſraelitæ diem illum feſtum tranſigant.* Utut verò narrationem hanc non planè rejiciamus, veriſimilis enim eſt, hîc tamen Chronicorum Scriptori de hujuſmodi cuſtodiæ Jeroboamiticæ exauctoratione, ſeu ingenioſa illuſione, planè non eſt ſermo, ſed potius de familiis quibuſdam, ex Salma oriundis, quæ poſtmodum locis etiam abs ſe conditis ſeu habitatis nomina ſua impoſuerunt, נטופתי enim eſt familiæ nomen, נטופה autem urbs fuit, Vid. R. Sal. Jar. in Com. ſup. h. l.

יהוון) malim legere והוו.

מעטרין וגו׳) *circumcinxerunt &c.* alludit ad nomen proprium,

וצלחין קיסי קיסיא ועבדין
סולמיא ומסקין לירושלם
לסדור בית-מוקדא לקרבניא
דהנון אתון מזרעית יואב בר
צרוי׳ ומנהון כהניא דמפלגין
מותר קרבניא בירושלם
והלמידי נביא דמן צרעה׃

Sectisque pluribus lignis & conſtructis Scalis, exq; iis Hieroſolymas deportatis, focum, pro comburendis ſacrificiis, exſtruxerunt. Cæterùm oriundi illi fuere ê Semine Joabi filij Zeruiæ; ex eis quoque *fuêre* Sacerdotes, qui reſiduum ſacrificiorum diviſerunt Hieroſolymis, & Diſcipuli Prophetarum Zorani.

---

quod in hebræo extat עַטְרוֹ׳ *Atroth.* Innuitur verò & hic familia familiæque auctor, Atroth, אבי בית יואב *Pater* aut Princeps *Beth-Joab*, loci, Vid. Aurogallus l. c. qui itidem urbem abs ſe conditam, ſuisque habitatam, ſuo inſignitam nomine, reliquit. Unde rectè R. David Kimchi Comment. in h. l. עטרות בית יואב׳ גם הוא שם משפחה או שם עיר כמו עטרות ודיבון וכל אותה העיר היתה מבניו׃ ATROTH BETH JOAB) *hoc quoq; familiæ, aut* [imò utrumque] *urbis nomen* fuit, *quemadm.* dicitur, Num. XXXII. 34. ATROTH & DIBON, *totam verò hanc urbem Atrothi poſteri* inhabitârunt. Addatur Matth. Aurogallus l. c. Em. Tremellius & Franciſcus Junius in Scholiis ſupra h. l.

וצלחין ) lege וצלחין cum cheth.

וְעַבְדִין סוֹלַמְיָא ) *& confectis ſcalis*, ut ſcilicet cuſtodiam deciperent; eas enim poſtea in uſum comburendorum ſacrificiorum convertere animo conceperunt. Videmus autem hic denuo puncta vocabulis ſubjecta.

דְהִנּוּן אִתּוֹן מִזַּרְעִית יוֹאָב בַּר צְרוּיָה ) *hi orirundi erant ex ſtemate Joabi filii Zeruiæ.* Non aſſentiri hic poſſum Targumiſtæ Noſtro: Hi enim Filii ſeu Nepotes & Poſteri Salmæ fuerunt, & per Calebum ad Hezronem genus deducebant, Joabus verò, & Atavus ejus, Salma [antiquior, & alius ab eo, de cujus filiis hoc verſu agitur] per Rami lineam ad Hezronem aſcendunt, ſicut ex capite, quod præ manibus eſt, liquet.

דְמַפְלְגִין מוֹתַר וְגוֹ׳ ) *qui diviſerunt reſiduum &c.* Reſpicit ad id, quod

| | | |
|---|---|---|
| וּגְנִיסַתִּי רֵחַבְיָה בַּר־אֶלִיעֶזֶר<br>בַּר מֹשֶׁה תַּלְמִידֵיא דְיַעְבֵּץ<br>הוּא עָתְנִיאֵל בַּר־קְנַז | v. 55. | Familia denique Rehabiæ, filij Elieſeris, Nepotis Moſis, *ſunt* diſcipuli Jabez, qui *erat* Othniel, filius Kenas, |

quod verſu ſuperiore 52. dixerat: *Filii Sobalis, Principis Kiriat Jearimi*, fuerunt *Diſcipuli & Sacerdotes, qui digni ſunt habiti*, ut *dividerent ſacrificia*. In hebræo eſt וְחַצֵּי הַמְנַחֲתִי הַצָּרְעִי quæ nomina propria filiorum Salmæ, & ex eis ortarum familiarum, eſſe videntur, Confer. Commentatores Judæi. De חצי המנחו ſuperius nonnulla annotavimus ad v. 52. הַצָּרְעִי verò, *Zori* eſt familiæ nomen, quæ urbem cognominem צָרְעָה *Zoram*, Auctore Aurogallo, in Iudæ Daniq; tribu ſitam, incoluit. LXX. Interpp. Græci non benè hæc transtulerunt: καὶ ἥμισυ τῆς Μαλαθι Ησαρί.

וּגְנִיסַת רֵחַבְיָה וגו' ] *Familia verò Rehabiæ, &c.* Quoniam hic Scribarum ſeu Legis Divinæ peritorum vel Doctorum Magiſtrorumvè familia nominatur, & verò Moſes Pater atque Princeps omnium Doctorum, imò & Prophetarum fuit, ideo Doctores & Magiſtros legis omnes ad eum, tanquam cõmunem Parentem, Noſter refert, & quidẽ per Elieſerem, hujuſque filium unicum, Rehabiam. De quo verò plura paulò poſt; Sed rectiſſimè judicavit Kimchius, de Salmæ Poſteris adhucdum ſermonem eſſe. v. 55.

תַּלְמִידֵיא ] *Diſcipuli* Sapientum ſeu Doctores & Magiſtri. Solebant enim ſe Doctores & Magiſtri Judæorum ex modeſtia [ uti ferunt ] non Sapientes, ſed Diſcipulos ſaltem Sapientum vocare, quâ etiam modeſtiâ Græci poſt Pythagoram ſunt uſi, qui non σοφοὶ, ſed φιλόσοφοι vocari malebant; in hebræo eſt סופרים *Scribę*, quo nomine Sapientes, Doctores & Magiſtri apud Hebræos veniunt, quod eorum potiſſima opera in *enarrando* ſeu docendo verſaretur; Unde etiam R. David Kimchi ספרים per מלמדים *Doctores* rectiſſimè in Comment. exponit.

דְיַעְבֵּץ הוּא עָתְנִיאֵל וגו' ) *Jabez, qui eſt Othniel &c.* Hæc rurſum Targumiſtæ noſtri Gloſſa eſt, quæ etiam inferius IV. 9. & 13, recurrit,

יַעְבֵּץ הַוּוּ צַוְחִין לְהוֹן דַּהֲוָה קָלְהוֹן בְּמַשְׁבְּחֵיהוֹן הֵי כִּיבְבָיָא שְׁמַעְתִּים דַּהֲווֹן מְסַבְּרִים אַפִּין בִּשְׁמַעְתָּא

Vocaverunt autem eos Tirathim, quia vox eorum, quando cecinerunt, clangoris inſtar *ſonora fuit*. Schimatim *verò ſunt dicti*, quod benevolo vultu Legendam perorârunt.

---

de qua alibi fruſtra quæro. Arbitror vero Noſtrum ideo unum ex hiſce duobus conflare hominem, quod uterque ἀγχιεαλόγητος ſit; hoc quidem ex 1. Paral. IV. diſcere licet, utrumque ad Judam, & quidem per Hezronis lineam, genus deducere, ſed avus Othnielis, & Pater Jabezi, magisque aſcendentes Majores ibi planè reticentur. Eſt verò *Jabez* & urbis nomen, cujus etiam Nomenclaturam hîc ſuſtinet, non hominis. Unde rectiſſimè Kimchius Comment. in h. l. יושבי יעבץ יושבי עיר : ששמה יעבץ אפשר שיעבץ בנה אותה ונקראת על שמו HABITATORES JABEZ ] id eſt, *habitatores urbis, cujus nomen fuit Jabez, fieri etiam potuit, ut Jabez* Vir, cujus inf. IV. 9. mentio fit, *eam condiderit, ſuo nomine inſignitam.* Poſtquam hæc ſcripſeramus, in manus noſtras pervenit liber Aruch, in quo, fol. 108. col. 2. edit. Venetæ, hæc leguntur : יעבץ בתמורה בפ' יש בקרבנות תנא הוא עתניאל הוא יעבץ ומה שמו יהודה : אחי שמעון שמו עתניאל שכנהו אל יעבץ שיעץ וריבץ תורה בישראל JABEZ ] *in* tract. *Temura, cap. in ſacrificiis* [ eſt cap. 2. ] docetur : *Traditio eſt : Othniel eſt Jabez. Quodnam verò nomen ejus* eſt? *Juda, frater Simeonis, nomen ejus* eſt *Othniel ; & allocutus eum eſt DEUS, Jabez ; quia conſilio ſuo juvit & decumbere in Iſraele fecit Legem.* Quæ myſticum ſenſum habent.

יַעְבֵּץ ) pravè, omninò reſcribendum eſt תִּרְעָתִים, mox enim etymologia hujus nominis inſequitur.

דַּהֲוָה קָלְהוֹן וגו' ) *quia vox eorum &c.* hoc conijcit Targumiſta ex Etymologia nominis תִּרְעָתִים *Tirathim*, תִּרַע enim, vel הִתְרִיעַ *clangere* hebræis notat. Levitas verò Muſicos & Cantores ſic innuit.

הֵי כִּיבְבָיָא ) malim legas הֵי כִּיבְבָא, ſine jod poſteriore.

בִּשְׁמַעְתָּא ) *in legenda.* Reſpicit ad etymologiam nominis שִׁמְעָתִים *Simatim*, & vult ita dictos fuiſſe, quod Lectores ſeu Doctores Legis eſſent.

(סוֹבְחִים

| | |
|---|---|
| סוֹבָתִים דַּהֲווִין מְטַלְלִין בְּרוּחַ נְבוּאָה הִנּוּן שַׁלְמָאֵי בְּנֵי צִפּוֹרָה | Sumati verò *appellati ſunt*, quia Spiritu Prophetico fuerunt obtecti. *Atque* hi *sunt* Salmæi, poſteri Zipporæ, |

סוֹבָתִים ) lege סוֹכָתִים cum caph.

דַּהֲווִין ) malim legas דַּהֲווּ .

מְטַלְלִין ) *Obtecti.* Denuò ad etymologiam nominis סוֹכָתִים alludit. סָכַךְ enim Hebræis *obtegere* ſignificat, vult verò dicere : eos Prophetas & Magiſtros Iſraelis fuiſſe. Cæterùm de hiſce alluſionibus rectè judicat R. D. Kimchi in Comment. תרעתים שמעתים שוכתים שמות משפחות ויש הרבה דרשות בשמות הללו ואם באנו לדרוש כל השמות למה נקרא כן לא יכילם ספר ואין לנו אלא מה שנמצא כתוב כי כל השמות היו על עניינים ידועים אצלם כמו שכתוב במקצתם ואין לנו לחפש אחר אותם שלא נכתב עניניהם : TIRATHIM, SIMATHIM, SUCHATIM, ] *nomina* hæc ſunt *familiarum. Multa verò ſuper hiſce nominibus gloſſæ extant, ſique omnia nomina hæc, quare ita impoſita ſint, explicare vellemus, volumen integrum eis comprehendendis non ſufficeret. Ea verò ſolummodo* amplectamur, *quæ* in Scripturis ipſis *explicata reperimus*, ſuis enim *notis* certisque *de cauſis* impoſita *hæc nomina omnia fuerunt. Quemadmodum etiam nonnullorum inditorum nominum rationes proditæ ſunt, eorum autem, quæ ſcripto conſignatæ non ſunt, etymologias inveſtigare haud licet.* Quod idem noſtrum quoque eſt judicium, & Sapientis Aben Eſræ, Vid. quæſu pra annotavimus ad cap. I. v. 10.

הִנּוּן שַׁלְמָאֵי בְּנֵי צִפּוֹרָה ) *Hi* ſunt *Salmæi, poſteri Zipporæ.* Hic commentum ſuperius repetit de Salmæis, ex Zippora & Moſe oriundis, cum tamen Salmæi non ex Levitis, cum quibus Moſis Poſteri tribum & familiam communem habebant, Vid. 1. Paral. XXIV. 14. quod etiam hic noſter rectè docet, ſed ex Judæ tribu originem trahant : Occaſionem verò fabulæ huic, uti ſupra conjecimus, Moſis inter Scribas ſeu Doctores Principatus dediſſe videtur, ut & Soceri, Jethronis, Patria Kinæa : Namque Scribæ & Doctores Legis, eorumque familiæ Jabezanæ, Tirathena, Simathena & Sucathena, קינים, *Kinæi*

| | |
|---|---|
| Qui eandem Genealogiam habent cum familia Levitarum, | הַמִּתְיַחֲסִין עִם מִשְׁפַּחַת לֵוִיאֵי |

*nei* Patrio ſolo fuiſſe hîc dicuntur: jam verò Jethro Kinæus patriâ fuit. Conſtat etiam affinem Moſis, Hobabum, ejuſque poſteritatem, ut & Jethronis, Soceri, poſteros, Kinæos, cum Iſraele & Juda, de cujus poſteris, & aſcitis in eam tribum proſelytis, hoc loco agitur, cohabitaviſſe, quemadmodum ex Num. X. 29. & Jud. I. 16. apparet. Unde R. David Kimchi Coment. in h. l. המה הקינים וגו' אמרו רבותינו ז"ל שהיו מבני קני חותן משה ונתערבו במשפחת יהודה ונתיחסו עמם: HI fuere KINÆI ] *docent Magiſtri noſtri b. m. eos ex poſteritate Kinæi, Soceri Moſis, fuiſſe, & tribui Judæ immixtos, cumque eis recenſitos eſſe.* Magiſtri, quos hic Kimchius citat, Talmudici Doctores ſunt, & ita in tract Talm. de Synedrio, cap. XI. docent. Verba, prout Beth Iſrael, Talmudis compendium l. c. fol. 132, col. 1. editionis nuperæ Pragenſis recenſet, habent ita: ר' יוחנן דידיה אמר מרחקת את הקרובים ומקרבת את הרחוקים וגו' מרחקת ומקרבת את הרחוקים מיתרו דאמר ר' יוחנן בשכר קראן לו ויאכל להם זכו בניו וישבו בלשכת הגזית שנאמר וממשפחות סופרים יושבי יעבץ תרעתים שמעתים סוכתים המה הקינים הבאים מחמת אבי בית רכב: וכתיב התם ובני קני חתן משה עלו מעיר התמרים וגו' *R. Johannes Didias dicit*: inhoſpitalitas *removit* ab Iſraele *conſanguineos, &* è contra hoſpitalitas *peregrinos aſſumpſit &c. removit & c. aſſumpſit verò peregrinos* ſeu proſelytos *ex Jethrone* oriundos, *namq; ait R. Joh. eò quod vocarunt eum*, Moſen, filiæ Jethronis, Parentis juſſu, *ut panẽ cũ eis comederet*, Ex. II. 20. *ideò meruerunt poſteri ejus*, Jethronis, *ut in conclavi lapidib⁹ cæſis ſtrato* id eſt, Synedrio, utpote Scribæ, Sapientes & Doctores legis, *aſſiderent, quia dictum eſt*, 1. Paral. II. ff. ET FAMILIÆ SCRIBARUM, HABITATORES JABEZ, TIRATHIM, SIMATHIM & SUCATHIM, HI ſunt KINÆI EX HAMATH, PRINCIPE BETH-RECHAB, ORIUNDI. Cum quibus conferantur, *quæ ibidem*, Jud. I. 16. *ſcripta ſunt*: & POSTERI KINÆI, SOCERI MOSIS, EX URBE PALMARUM ASCENDERUNT, &c. Ad quæ verba Talmudis Gloſſator, R. Sal. Jarchi, notat, hunc ſcripturæ textum totum in commentario Judaico antiquiſſimo *Siphre* ad Paraſcham; *DIXIT q; MOSES AD HO*

| | |
|---|---|
| דְּאִתִּין מִזַּרְעִית מֹשֶׁה רַבְּהוֹן דְּיִשְׂרָאֵל דְּטָב לְהוֹן זְכוּתֵי מִפָּרְשִׁין וְאַרְתָּכִין׃ | Ex familia Moſis, Magiſtri Iſraelis, cujus merita melius quàm equites & currus eis *ceſsêre*, oriundi. |

*HOBABUM, FILIUM REGUELIS MIDIANITÆ*, Num. X. 29. explicari, qui verò ad manus jam non eſt. Eandē quoq; ſententiā è Chriſtianis Em. Tremelli⁹ & Franciſcus Juni⁹, in ſcholiis ad h. l. amplectuntur. Nobis placet R. Salomonis conjectura, quam Comment. in h. l. hiſce prodit verbis: המה הקינים׳ והיכן מקומם של אלו והלא הם יושבי קין שם : מקום דכתיב הקין וגבעה ותמנה ערים עשר HI KINÆI fuerunt) hoc nomen erat *loco eorum, fortaſſis* quod *habitatores Kain*, quod *loci nomen* eſt, *fuerunt*, *ſcriptum enim eſt*, Joſ. XV. 57. *KAIN, GIBEA & TIMNA, URBES DECEM.* Conf. etiam Jud. IV. 11. ubi Kain inter eas urbes recenſetur, quæ Judæ tribui contigerunt. Præterea קֵין creſcente voce, in קֵינִי mutatur, ita enim *cum zere* legitur *in Codice accurato*, prodente Kimchio, in Comment. quemadmodum etiam ex עֵין fit עֵינִי.

דְּאִתִּין מִזַּרְעִית מֹשֶׁה ) *qui ex ſtemmate Moſis deſcendunt*; in hebræo eſt הַבָּאִים מֵחֲמַת. *qui oriundi* ſunt *ex Hamatho*, Viro Kenæo, eſt enim Hamath hic non urbs, quæ חֲמָת ſcribitur, uti R. Salomo Jarchi in Comment. exiſtimare videtur, ſed Viri proprium nomen, prout rectè judicat Kimchi; Diviſi enim ſunt Kenæi in diverſas familias, pro diverſitate Conditorum, atque ſedium, quemadmodum ex Jud. IV. 11. benè colligunt Tremellius & Junius in ſcholiis; hi igitur Kenæi, quorum hic fit mentio, genus per Hamathum ad Jethronem deducunt, quæ etiam cauſa eſt, quod Targumiſta Noſter, pro Hamatho, auctore gentis poſteriore, Moſen, auctorem gentis anteriorem remotioremque nobis hic exhibeat.

רַבְּהוֹן דְּיִשְׂרָאֵל וגו׳ ) *Principe* vel Doctore *Iſraelis &c.* in hebræo eſt אבי בית רכב, *Pater* ſeu Princeps *Beth Rechabi.* אַבִּי igitur Targumiſta Noſter per רַבְּהוֹן דְּיִשְׂרָאֵל *Doctorem* ſeu Magiſtrum *Iſraelis* reddit. בֵּית רַכָּב verò per ſeqq. exponit: *Cujus merita eis magis profuerunt, quam* פָּרְשִׁין וְאַרְתָּכִין *equites & currus*. בית רכב enim *domum currûs* ſeu armamentarium notat. Sed rectiùs Aurogallus ex h. l. conij-

Hi fuerunt filij Davidis, qui nati ei ſunt in Hebrone, Primogenitus Amnon, ex Achinoam, Jeſreelitide, ſecundus Daniel, qui eſt Cilab, parenti ſuo per omnia ſimillimus, ex Abigael, Carmelitanâ.

v. 1. וְאֵלֶּה הָיוּ בְּנֵי־דָוִיד דִּי
אִיתִילִידוּ לֵיהּ בְּחֶבְרוֹן בּוּכְרָא
אַמְנוֹן לַאֲחִינְעַם דְּמִן יִזְרְעֵאל
תִּנְיָנָא דָּנִיֵּאל הוּא כִּלְאָב
דְּדָמֵי כּוּלֵי לְאַבָּא־דִילֵיהּ
לַאֲבִיגַיִל דְּמִן כַּרְמְלָאָה׃

Tertius verò fuit Abſalom, filius Maachæ, filiæ Tolmæi *vel Ptolemæi*, Regis Geſſur, Quartus Adonia, filius Chagith.

v. 2. תְּלִיתָאי אַבְשָׁלוֹם בַּר־
מַעֲכָה בְּרַת תַּלְמַי מַלְכָּא
דִּגְשׁוּר רְבִיעָאָה אֲדֹנִיָּה בַּר־
חַגִּית׃

---

cit, *Beth Rechab loci nomen* fuiſſe, cujus Princeps ſeu Dominus & Toparcha, Hamath, Kenæus, fuit. Alii, ut LXX. Interpp. Græci, R. Sal. Jarchi, Gloſsâ in tr. de Synedrio, l. c. R. David Kimchi & Tremellius Juniusque Comment. in h. l. בית רכב de *Familia Rechabi*, cujus Jerem. c. xxxv. meminit, accipiunt, quod verò non placet.

## CAP. III.

v. 1. תִּנְיָנָא דָּנִיֵּאל הוּא כִּלְאָב ) *ſecundus fuit Daniel*, qui idem eſt cum *Cilabo*. Quia alter Davidis filius ex Abigael, II. Sam. III. 2. כִּלְאָב *Cilab* vocatur, hinc Targumiſta Noſter eum binominem fuiſſe exiſtimavit; conijcit verò rurſus ex etymologia nominis כלאב, quod parenti ſuo per omnia ſimillimus fuerit. Explicare hæc poſſunt, quæ hic R. D. Kimchi commentatur: שני דניאל' ובספר שמואל קורא אותו כלאב' יש בו דרש לפי שלקח דוד אביגיל אחרי מות נבל אמרו בני הדור כי זה הבן הנולד לאביגיל היה בנו של נבל' ולפיכך יצא קלסתר פניו בקלסתר פניו של דוד להסיר החשד לפיכך קראו כלאב דומה לאב ודניאל היה שמו העקרי כלומר דנני אלהים מנבל; ALTER fuit DANIEL,) *Atqui in libro Samuelis, vocatur Cilab? Extat ſuper hoc Gloſſa: quia* ſcil. *David Abigaelem*

| | | |
|---|---|---|
| הַמִּשְׁאָה שַׁפַטְיָה לַאֲבִיטָל | v. 3. | Quintus Schebathia, ex Abitale; Sextus Ithream, ex Ægla, uxore ſua, quæ eſt Michal, filia Saulis. |
| שִׁתִּיתָאָה יִתְרְעָם לְעֶגְלָה אִנְתְּתֵי הִיא מִיכַל בַּרַת שָׁאוּל: | | |
| שִׁתָּא אִיתִילִידוּ לֵיהּ | v. 4. | Hi ſex filij nati ſunt ei in Hebrone, ubi per ſeptennium & ſex menſes regnavit, triginta verò & tribus annis Hieroſolymis imperavit. |
| בְּחֶבְרוֹן וּמְלַךְ תַּמָּן שְׁבַע | | |
| שְׁנִין וְשִׁתָּא יַרְחִין וְתְלָתִין | | |
| וְתֵלַת שְׁנִין מְלַךְ בִּירוּשְׁלֶם: | | |

---

*gaelem poſt mortem Nabalis duxit, homines illius ævi dixerunt; filium illum, quem Abigael peperit, Nabalis natum eſſe. Ideoque ſpecie, ut ſuſpicio* hæc *tolleretur, oris eâdem, quâ Pater,* David, præditus erat, in lucem *prodiit, quamobrē etiam* כל אב *Cilabum nominavit, quod* lineamentis faciei *parenti perſimilis eſſet; Daniel autem nomen ejus radicale* erat ſeu proprium, quod in circumciſione inditum ei fuit, *q. d. judicabit me* vel cauſam meam aget *DEUS contra Nabalem.* Kimchio addi poteſt R. Sal. Jarchi, qui eadem hic refert, & inprimis Commentarius Antiquus, Jelammedenu, in principio paraſchæ: *& hæ ſunt Generationes Iſaaci*, Gen. xxv. 19.

לְעֶגְלָה אִנְתְּתֵיהּ הִיא מִיכַל ] *Egla, uxori ſuæ, quæ eſt Michal*; ita quoque R. D. Kimchi in Comment. &, qui eum exſcripſit, R. Sal. Aben Melech: יתרעם לעגלה אשתו אמרו כי זו היא מיכל בת שאול לפי אשר אשתו רל הראשונה ומה שאמר הכתוב ומיכל בת שאול לא היתה לה ולד עד יום מותה מאותו היום ואילך לא היה לה בעון הבזיון שבזתה לדוד על שהיה מפזז ומכרכר לפני השם אבל קודם לכך היה לה: *JEHREAM EX ÆGLA, UXORE SUA.*) *dicunt* Dd. Noſtri, *quod hæc ſit Michal, filia Saulis,* Quæ etiam cauſa ſit, *quod* eam *uxorem* ſuam, veluti *primariam, dicat.* Nunc occurrit dubio: *ntut verò Scriptura dicat,* II. Sam. VI. 23. *MICHALI AUTEM, FILIÆ SAULIS, NON FUIT SOBOLES USQUE AD MORTEM EJUS*, hoc tamen ita eſt intelligendum, quod *ex eo tempore & deinceps ei nulla fuerit ſoboles, idque ob delictum vituperii, quo* maritum, *Davidem, inſecuta eſt, quod ſaliit, &* v. 3.

Hi verò nāti ei ſunt in Jeruſalem, Sima, Sobab, Nathan & Salomo, quatuor hos ex Bath-Sua, quæ eſt Bathſæba, filia Ammielis, *ſuscepit*.

v. 5. וְאֵלֶּה נוֹלְדוּ לוֹ בִּירוּשָׁלִַם שִׁמְעָא וְשׁוֹבָב וְנָתָן וּשְׁלֹמֹה אַרְבָּעָה לִבַת־שׁוּעַ הִיא בַּת שְׁמַעְיָ בַּרַת עַמִּיאֵל׃

Omnes hi filij *fuêre* Davidis, præter filios concubinarum: Tamar verò ſoror eorum fuit.

v. 9. כָּל־אֵלֶּה בְּנֵי דָוִיד מִלְּבַד בְּנֵי הַפִּלַגְשִׁים וְתָמָר אֲחוֹתָם׃

Filius verò Salomonis *fuit* Rehabeam, hujus Abia, hujus Aſa, hujusque Jehoſaphat filius fuit.

v. 10. וּבְרֹחַבְעָם בְּנוֹ אֲבִיָּה בְּנוֹ אָסָא בְּנוֹ יְהוֹשָׁפָט בְּנוֹ׃

---

*& ſaltavit coram Domino.* *Ante tamen hoc temporis* utique *ei* ſoboles, nempe Ithræamus noſter, *fuit*. Neſcio tamen an reſponſio hæc ſit ſufficiens, ſanè ſcriptura ſimpliciter ait, nullam planè prolem ei fuiſſe.

v. 5. לְבַת שׁוּעַ הִיא בַת שַׁבַּע ) *ex Bathſua, ea* eſt *Bathſaba*. Rectiſſimè, ita quoque Lxx. Interpp. Græci, Βηρσαβεὲ, vel emendatè Βηθ- ſeu Βαθσαβεὲ. Vav enim & beth affines litteræ ſunt, ut promiſcuè בחשוע & בתשבע diceretur. Omnium verò evidentiſſimè hoc inde patet, quia Salomo, qui hic Bathſuæ, II. Sam. XII. 24. Bathſæbæ filius eſſe memoratur. Unde rectè R. David Kimchi in Comment. in hunc locum: ארבעה לבת שוע בת עמיאל היא בת שבע בת אליעם ויש שהיו קוראין אותה בת שבע ויש בת שוע כי קרובים הם וכן עמיאל ואליעם אחד הוא אלא שאותיות הפוכות׃ *QUATUOR* hi ſunt *EX BATHSUA, FILIA AMMIELIS*] *ea* eſt *Bathſeba, filia Eliami*; *Namque quidam eam Bathſebam, quidam verò Bathſuam vocârunt, quippe* nomina hæc ferè *conveniunt*; *ita quoque Ammiel & Eliam*, (utrumque enim *populum Dei*, vel *Deum populi* notat) *unum eſt* idemque nomen, *niſi quod littera* ſeu voces componentes ſint *inverſæ*.

v. 6. 7. & 8. deficiunt.

v. 11. 12. 13. 14. abſunt è Codice Mſc.

ובני

| | | |
|---|---|---|
| וּבְנֵי יֹאשִׁיָּהוּ בְּכוֹרוֹ יוֹחָנָן | v. 15. | Filij Josiæ *fuerunt*, primogenitus Johanan, secundus Jehojakim, Tertius Zedekias, quartus Sallum, hujus enim tempore regnum Davidicum complementum suum atque *finem* est assecutum. |
| תִּנְיָנָא יְהוֹיָקִים תְּלִיתָאָה | | |
| צִדְקִיָּה רְבִיעָאָה שַׁלּוּם | | |
| דְּשַׁלִּימַת מַלְכוּתֵיהּ | | |
| דְּבֵית־דָּוִד בְּיוֹמוֹי׃ | | |
| וּבְנֵי אֶלְיוֹעֵנַי הוֹדַוְיָהוּ | v. 24. | Filij Elioenæi *sunt* Hodaviahu, Eliasib, Pelaja, Accub, Johanan, Delaja & ANANI, IS EST REX MESSIAS, QUI EST REVELANDUS, omnes *sunt* septem. |
| וְאֶלְיָשִׁיב וּפְלָיָה וְעַקּוּב וְיוֹחָנָן | | |
| וְדַלָיָה וַעֲנָנִי הוּא מַלְכָּא | | |
| מְשִׁיחָא דְּעָתִיד לְאִתְגַּלָּאָה | | |
| בְּלַהְוֹן שִׁבְעָה׃ | | |

---

שַׁלּוּם דְּשַׁלִּימַת וגו׳ ] *Sallum, quia absolutum est &c.* est allusio in Chaldæo ad nomen proprium Sallum. Ita quoque Prisci Doctores apud Kimchium nugantur: השלישי צדקיהו חרפיעי שלום אמרו חכמינו ז״ל כי שלום הוא צדקיהו וגו׳ קראו שלום על ששלמה מלכות בית דוד בימיו; *TERTIUS FUIT ZEDEKIAS, QUARTUS SALLUM*) *dicunt Sapientes nostri b.m. quod Sallum idem sit cum Zedekia &c. & Sallum dictum esse, quod ejus tempore regnum Familiæ Davidicæ sit finitum.* v. 15.

דְּשַׁלִּימַת ) lege דְּשַׁלִּימַת.

v. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & 23. Desunt.

וַעֲנָנִי הוּא מַלְכָּא מְשִׁיחָא דְּעָתִיד לְאִתְגַּלָּאָה ) *Et Anani, is Rex Messias est.*] Hic illustris est locus, ob quem vel solum Targum hoc lucem aspicere meretur; Nos in honorem Domini nostri JESU CHRISTI pro illustrando eo nonnulla delibabimus, quæ etiam, Judæorum causa, è regione hebraicè reddimus. Ita verò in Commentario Judaico p rantiquo, Tanchuma seu Jelammedenu dicto, editionis v. 24.

אמר המחבר׳ בראשתי את הדברים האלה הגדולים והעמוקים והחמודים אמרתי אקום ואפרשם מפני כבודו של מלך המשיח בלשון עברי ואעפ שבשפתי מגמגם אנכי מם דברי אמתיים הם׳ וכבר כתוב בילמדנו בפרשת

nis Veronenſis, pag. 13. col. 2. ſub finem paraſchæ תולדות legimus: *Dictum eſt*, Zach. IV. 7. *quiſnam es tu ò mons maxime?* & *ex quonam ille oriundus eſt? ex Zerubabele. Quare verò dictus eſt Zerubabel? ideo quia in Babele natus eſt. ex quonam verò hic*, Zerubabel, ortus fuit? *ex Davide, quia dictum eſt*, 1. Paral. III. 10. FILII VERÒ SALOMONIS fuerunt REHABEAM, cujus FILIUS &c. *uſque ad*: & DELAIA ATQUE ANANI, ECCE SEPTEM. *Quiſnam autem ille eſt Anani? is eſt Meſſias: quia dictum eſt*, Dan. VII. 13. *VIDI IN VISIONE NOCTIS, ET ECCE CUM NUBIBUS COELI SICUT FILIUS HOMINIS &c.* Similiter & 1. Paral. III. 24. dicitur: ET ענני ANANI, SEPTEM. *quid autem* ſibi vult vox שבעה *ſeptem*? *quia* ſcil. *ſcriptum eſt* Zach. IV. 10. *de Rege Meſſia: NAM QUIS DIEM PARVARUM CONTEMNAT? &c.* שבעה אלה *SEPTEM SUNT.* Raymundus Martini in Pugione Fidei, parte III. diſt. 3. cap. 9. §. 6. hæc ferè eadem verba ex Bereſchith Rabba ſeu Gloſſa Geneſeos Magna cap. xxiix. 10. allegat, quæ verò in meo exemplari, Venetiis Anno 363. impreſſo, non reperio. Tangitur etiam traditio hæc in tract. Talmudico de Synedrio, teſte R. David Cohen de Lara, qui in Lexico ſuo, Kether Kehyna, fol. 27. col. a. lin. 46. hæc ſcribit. *Bar Nepheli* υἱὸς Φέλης. (occurrit in

תולדות דף יג עב נאמר מי אתה הר הגדול וממי הוא יצא מזרובבל למה נקרא שמו זרובבל מפני שנולד בבבל ומי הוא מדוד שנא' ובני שלמה רחבעם בנו וגו' עד ודליהו וענני הרי שבעה עד כאן דברי הימים עד ענני שבעה ומהו ענני זה משיח (כי מי בז ליום קטנות שבעה אלה) שנא' חזי הויית בחזו ליליא וארו ענני שמיא וענני שבעה מהו שבעה מה שכתוב במלך המשיח כי מי בז ליום קטנות שבעה אלה: וכתב ר דוד כהן ני לארא בספרו כתר כהנה דף כז עא וזה לשונו בר נפלי (סנהדרי סב) המשיח נכ כי יקים את סוכה דוד הנופלת וגו' ואני אומר נפלי לי הוא וענינו עננים ונקרא כן המשיח על שם מה שכתוב ברניאל (ז יג) וארו עם ענני שמיא כבר אנש אתי הוה: עד כאן ומה שאמר דניאל וארו עם ענני שמיא כבר אינש אתי הוה כתבהו גם כן מרקוס בספרו אונגליון פרק יד פסוק סב בענין מביאתו של ישוע הנוצרי לדון את מתים עיין שם וירדפו אחרי הראשונים האחרונים כמו שפי' רשי על הפסוק הזה ענני שבעה שהוא מלך המשיח דכתיב בדניאל וארו עם ענני שמיא ובפירוש על דניאל ז יג אמר כבר אנש

tract. *de Synedrio, fol. 62. ita Meſſias vocatur, quoniam eriget tugurium Davidis* הנופלת *collapſum &c.* Amos IX. 11. *Ego verò arbitror* נפלי *vel* Φίλαι *eſſe vocem græcam, &* עננים *nubes ſignificare, ita autem Meſſias appellatur, quia ſcriptum eſt in Daniele* (cap. VII. v. 13. ET ECCE עם ענני CUM NUBIBUS COELI, SICUT FILIUS HOMINIS *venit.* Quibus nos Chriſtiani addimus locum ſimilem ex N. T. Marci XIV. 62. Veſtigiis Priſcorum recentiores quoque Judæi, Commentatores inprimis, inſiſtunt. R. Sal. Jarchi, Comment. in h. l. ANANI, SEPTEM ] *is eſt Rex Meſſias, quia ſcriptum eſt in Daniele:* ET ECCE CUM NUBIBUS COELI &c. & Comment. in Danielem, c. VII. 13. SICUT FILIUS HOMINIS *venit* ] *is eſt Rex Meſſias.* Ita quoq; ibid. Rabbinu Saadias Gaon: ET ECCE CUM NUBIBUS COELI, SICUT FILIUS HOMINIS VENIT) *innuitur Meſſias, juſtitia noſtra; hinc quoque de Meſſia ſcriptum eſt*, Zach. IX. 9. עני *humilis & veſtus aſino. ſiquidem in humilitate* ſeu exinanitione *veniet, non verò eques, cum faſtu; Quod verò hic dicitur*, veniſſe eum *cum nubibus cœli, id de Angelis, exercitu cœlorum*, eſt intelligendum. *Hæc illa ampliſſima Majeſtas eſt, quam Deus Meſſiæ eſt daturus.* Quæ Judæus Chriſtianiſſimè ſcripſit. Denique hîc adjun-

אנש אתה הוא מלך המשיח
וכתב גם כן שם רבינו סעדיה גאון
וזה לשונו וארו עם ענני שמיא
כבר אינש אתי' והו משיח צדקי
והלא כתוב על משיח ענני ורוכב
על חמור אלא יבא בענוה כי לא
יבא על סוסים בגאות ואשר כתב
עם ענני שמיא והנה עם ענני
השמים הם מלאכי צבא השמים
זו היא רוב הגדולה שיתן הבורא
למשיח וגו' וישר הוא בעינינו'
ויאמר כמו כן ר' ישוע כאשר
שכתב ר' אברהם אבן עזרה בפי'
על דניאל כי זה כבר אנש הוא
המשיח' ויראה מתוך דברי המתרגם
שלפי דעתו המקרא הזארת
נבואה היא מאשר שאמר
שעננ' הוא מלכא משיחא דעתיד
לאתגלאה ואיננו נכון בעיני שלפי
דעתי מעשה הוא והיה ענני לפני
בעל דברי הימים יהיה מי שיהיה
וכל שכן היהגם כן לפני המתרגם
ועם היות שדעות האלה משתנות
הם מ"מ התוכחא אשר עושה אני
על דרך סברתו של המתרגם עם
העבריים שבדרתנו האומרים שעד
הנה המשיח לא היה גלוי כשרה
היא ואעפ"ש שהמתרגם לא אמר הנה
שעננ' שהוא מלכא משיחא דהוה
מתגלי אלא דעתיד לאתגלאה מ"מ
לפי המקראות לא מנה בין זרובבל

לבין

לבין ענני שהוא מלכא משיחא כי
אם י דורות ובהיות שעברו מזמן
שהיה זרובבל בו עד הנה כמה
וכמה מאות שנה אי אפשר כפי
סברתו של המתרגם שמלך המשיח
לא היה גלוי באחד הדורות
שלפנינו ואמנם מה שיחס את
מלך המשיח מזרע דוד ומזרע
זרובבל נכון הוא ומה נאמר דבריו
בשמנה י דורות בין זרובבל לבין
ענני שהוא מלכא משיחא והלא
תראה שייחס כמו כן מתי בספרו
אונגליון פרק א פסוק יג יד טו וין
את ישוע הנוצרי מזרע דוד ומזרע
זרובבל ולא איכא ביניהם שינוי
כי אם שבאו האבות הנה בשם
האחד והנה בשם האחר ועוד
שמנה מתי לא י אלא יא דורות
מזרובבל עד מלך המשיח באו וראה
הנך זה הספר תולדות מלך
המשיח :

זרובבל

| כפי מתי | | כפי דברי הימים |
|---|---|---|
| א אביהוד | | א חנניה |
| ב אליקים | | ב ישעיה |
| ג עזור | | ג רפיה |
| ד צדוק | | ד ארנן |
| ה אכין | | ה עבדיה |
| ו שכניה | | |

adjungendus eſt quidam Rabbi Jesus, apud Aben Eſram, in Coment. Dan. VII. 13. *Dixit Rabbi JESUS, quod iſte*, SICUT FILIUS HOMINIS, *ſit Meſſias.* Apparet autem ex hac Targumiſtæ noſtri Gloſſa, illum in eâ fuiſſe opinione, quod liber hic Chronicorum, ſaltem qua hanc partem, non hiſtoria, ſed prophetia fuerit, cùm per Anani, Regem Meſſiam, דעתיד לאתגלאה *qui* nondum apparuerit, ſed adhucdum *futurus* ſit, *ut reveletur*, intelligat. Utut verò nos hiſtoriam potiùs quam prophetiam hic recenſeri ſtatuamus, & Anani jam ante Chronicorum librorum auctorem, quiſquis etiam ille fuerit, multò magis verò Targumiſtæ Noſtri ætatem, extitiſſe, arbitremur, nihilominus *καὶ ἄνθρωπον* contra Judæos modernos, Meſſiam hucuſque nondum comparuiſſe vociferantes, rectè ex h.l. diſputabimus, eosque proprio, quod dicitur, gladio jugulabimus. Licet enim vel maximè Targumiſta Noſter non equidem hîc dicat, Meſſiam jam tum miſſum eſſe ſeu exhibitum, ſed adhuedum revelandum [ hoc enim opponent mihi Judæi ] interea tamen cum non niſi decem Generationibus Zerubabele poſteriorem facit, ut ita elapſis abhinc ad hæc noſtra usque tempora plus viginti ſeculis, non poſſit non juxta Targumiſtam Meſſias dudum revelatus fuiſſe. Quod




ואתה קורא לא תתמה שבאו כלהם כסיפור מתי בשם אחר מה שבאו כסיפור דברי הימים כי הנה זה הדרך לכותבי מקרא כמו שאמר ר' דוד קמחי בפי' על דברי הימים אד וזל נמואל וימין נמואל הוא ימואל הנזכר בפרשת ויגש אלין ובפרשה וארא ונזכר גם בפרשת פנחס נמואל לנמואל משפחת הנמואלי וכן תראה ברוב השמות בעברי בשמות בני אדם ובשמות הערים כי אינם קופדים בחילוף אות אחת או שתים בשם ופעמים קוראין אותם בשני שמות שאינם דומים זה לזה וקורא אותם במקום אחד בשם האחד במקום אחר בשם האחר : וכתב כמו כן בעל מכלל יופי בפי' על דברי הימים א ו באמרו ביחס הימן השמות משתנים ממה שהזכירם למעלה וזהו המנהג כמו שתראה בהרבה מקומות יש שהיו לו שני שמות פעם קוראים לו באחד ופעם

si verò dicas : [ hæc enim opinio nonnullorum è Judæis eſt ] dudum equidem & ante multum tempus, nempe in die deſolationis Domûs ſecundæ, natum eſſe, nuncq; in horto Paradiſi vel Romæ latitare, & hucuſque nondum revelatum ſeu manifeſtatum eſſe Meſſiam : Reſpondeo ; ſomnia hæc ſunt, nata in Judæorum cerebellis, eaque manifeſta : quæ negare, eſt refutare, eâdemque, quâ probantur, improbantur quoque facilitate. Unde enim hæc ſua commenta confirmabunt Apellæ ! Sane Targumiſta Noſter de Meſſia, non nato, ſed revelando loquitur, quem verò non niſi decem generationibus Zerubabele poſteriorem facit. Conf. Hieron. de S. Fide, apud Salomonem filium Virgæ in libello שבט יהודה pag. 261. & Jo. Hoornbeck in libro edito תשובת יהודה, pag. 122. Et ſanè nihil abludit à veritate Targumiſta Noſter, dum Meſſiam ex Davidis Familia, per Zerubabelis lineam, accerſit, & perparum à Beato Matthæo, Evangeliſta, recedit, dum Meſſiam decimo gradu lineæ rectæ deſcendendis à Zerubabele diſtare ſcribit, Matthæo ad undecem generationes diſtantiam cap. I, extendente.

ופעם באחר ויש שהיה משתנה
שמו מעט השם האחד קרוב לאחר
באותיות ולא היו קפדים בזה כמו
חוח שזכר הנה ולמעלה זוכר אותו
תחת ובספר שמואל תחו וכן זוכר
הנה צוף ולמעלה צופי וכן אליאל
ולמעלה זוכר אותו אליאב ובספר
שמואל אליהוא ובסיפור ערי הלוים
תמצא שמות משתנים ממה
שתמצא בספר יהושע והוא הטעם
שכתבתי לך בשמות בני אדם ודי
לך בזה ולא אצטרך כל פעם
לאמרו : ואם כן הנה לא לתמוה
בשתראה שבאו האבות של מלך
המשיח בשמות משתנים זה מזה
שהנה זה המנהג לכותבי מקרא
ועד שאין מקום לקושיא שהעיר
מזה שמנה מתי מזרובבל עד ישוע
חנוצרי יא דורות ובעל דברי הימים
לא מנה מזרובבל עד ענני שהוא
מלכא משיחא כי אם י דורות כי
הנה אפשר שבעל דברי הימים
זכר בן בנו כבן שהוא דרכו ודרך
גם כן הוא כל כתבי קדש כמו
שכתב רדק בפי' על פסוק ובני
יאשיהו הבכור יוחנן וגו' ואמר
את שלום בן יאשיהו כי בן בנו
היה ובני בנים בבנים בהרבה
מקומות תמצא כן ולפנים כתב
ובני פריה זרובבל ושמעי' ומה
שאמר בחגי זכריה ובעזרא זרובבל
בן שלתיאל לפני שהיה בן בנו כי
פריה

*Tabulæ Genealogicæ hæ ſunt.*

Zerubabel.

| *juxta Chron. Auct.* | *juxta Matth.* |
|---|---|
| 1. Hananias | 1. Abiud. |
| 2. Eſaias. | 2. Eliakim. |
| 3. Rephaias. | 3. Aſor. |
| 4. Arnan. | 4. Sadok. |
| 5. Obadias. | 5. Achim. |
| 6. Sechanias. | 6. Eliud. |
| 7. Semaias. | 7. Eleaſar. |
| 8. Nearias. | 8. Matthan. |
| 9. Elioenæus. | 9. Jacob. |
| 10. Anani, qui ex Rex Meſſias. | 10. Joſeph. |
| | 11. JESUS. |

Omnes, ut videtur, binomines fuerunt, idq; Hebræis novum non eſſe, rerum Grammaticarum peritiſſimus, Kimchius, Comment. in 1. Paral. IV. 24. docet. NEMUEL ATQUE JAMIN) *Nemuel*, qui hic dicitur, *eſt Jemuel*, *uti in Paraſcha* ſeu ſectione: *& acceſſit ad eum*, Gen. XLVI. 11. *& Paraſcha: & videbo*, Exod. VI. 15. *vocatur. Nominatur autem & in Paraſcha Pinehas*, Num. XXVI. 12. *Nemuel.* dicitur enim ibi: *à Nemuele*, *Nemuelitica* Familia eſt dicta. *Plurimis hoc nominibus hebræis hominum juxta atque urbium* propriis *contingere obſervabis.* Hebræi enim Scriptores Sacri *unius alterivsve litera in nominibus* propriis *muta-*

פריה בן שאלתיאל ורובבל בן
פריה הלא תראה בכמה מקומות
שזכר בני בנים כבנים סוף דבר
שיוצא מכל הזה לנו שישוע הנוצרי
מלכא משיחא הוא ;

*mutationem non attendunt. Imo quandoque duobus* diverſis, *quæ ſibi planè non conveniunt, nominibus* homines atq; urbes *indigitant, quorum uno in hoc loco, altero verò in loco illo* Scriptor S. eos *appellat.* Eadem tradit R. Sal. Aben Melech, Comment. in 1. Paral. VI. *in Genealogia Hemanis invenies* aliquos *aliis, quam ſupra recenſuit eos, nominibus* appellatos. HIC ENIM MOS EST, *prout ex quam pluribus locis obſervabis. Sunt, quibus bina nomina exiſtant, & nunc uno, nunc verò altero* nomine *appellantur. Sunt etiam, quibus diſcrepantia nonnihil,* multum *tamen cum aliis quâ literas convenientia (hoc enim minimè attenderunt) nomina exiſtunt. Sicuti* exempli gratia *qui hîc Tuah, ſupra Tahath, in libro Samuelis verò Tohu vocatur. Similiter qui hîc Eliel, ſupra Eliab, & in libro Samuelis Eliahu nominatur. Sic etiam urbium nomina alia atque alia* hic *quàm in libro Joſuæ enumerari obſervabis. Eadem verò &* hic *ratio, quam in nominibus hominum* propriis *tibi reddidi, obtinet; hocque ſufficiat Tibi, ne ſubinde illud repetere neceſſe habeam.* Quæ cum ita habeant, mirari ſane nemo debet, cum Majores Chriſti, à Zerubabele deſcendentes, binomines hîc recenſeri videt. Neque etiam illud difficultatem habet, quod Chronicorum auctor non niſi decem generationes exhibeat, Matthæo undecem numerante: Fieri enim potuit, ut Chronicorum auctor, omiſſa una generatione, nepotem pro filio recenſuerit, id quod huic auctori novum non eſt, eodem, quem modò laudavimus, Kimchio obſervante, qui Comment. in 1. Paral. III. ſcribit. *Vocat verò* Sallumum (quem Iehoiachinem, filium Iehoiakimi, nepotem Joſiæ eſſe dicit) *filium Joſiæ, quia nepos ejus fuit, nepotes enim pro filiis habentur, quemadmodum pluribus in locis obſervabis.* Et paulò poſt: hic 1. Paral. III. dicitur: ET FILII PEDAIÆ, ZERUBABEL ET SIMI: *quî igitur in Haggæo, Zacharia atque Eſra Zerubabel, filius Sealtielis vocatur! eò quod Nepos ejus fuit, Pedaias enim filius Sealtielis, Zerubabel verò filius Pedaiæ fuit. nondumnè obſervaviſti, in locis quam plurimis nepotes filiis accenſeri!* Judæis igitur, Meſſiam nondum comparuiſſe hodienum contendentibus, Targumiſtam potiùs, cui magis fidem habebunt, quam Evangeliſtam opponemus. Cæterùm עֲנָנִי nomen eſt ſolatio pleniſſimum, ſignificat enim *reſpon-*

Reaia F. Sobalis genuit Jahathum, Jahath Ahumæum & Lahadum; hi *ſunt* Familiæ Judæ, quæ conſederunt in Zorah.

Hi verò ſunt Principes, qui in Etham habitârunt, Jeſreel, Iſma & Idbas, nomen autem ſororis eorum Hazlelponi *fuit*.

v. 2. וּרְאָיָה בֶּן־שׁוֹבָל אוֹלִיד
יַת־יַחַת וְיַחַת אוֹלִיד
יַת־אַחוּמַי וְיַת־לַחַד אִלֵּין
זַרְעַיַת יְהוּדָה דְיַתְבִין בְּצָרְעָה׃

v. 3. וְאִלֵּין רַבָּנִין דְיַתְבִין בְּעֵיטָם
יִזְרְעֵאל וְיִשְׁמָא וְיִדְבָּשׁ וּשְׁוֹם
אֲחוֹתְהוֹן הַצְלֶלְפּוֹנִי׃

---

*de mihi*, exaudi me, quod Meſſiæ noſtro, cujus typus minimum, ex antiqua traditione, Anani eſt, planè convenit. Apparet verò illud inſuper ex hoc loco, Eſram, qui Zerubabelis Συγχρονος fuit, nequaquam librorum Paralipomenon, ſaltem quà hanc particulam, auctorem fuiſſe, cum in eâ poſteri Zerubabelis in decimam uſque Generationem recenſeantur. Aut igitur Eſra horum librorum planè non eſt auctor, aut ſi eſt, particula hæc à poſteriori manu eſt adjecta.

---

## CAP. IV.

v. 1. deeſt.

וְיַת לַחַד) in hebræo eſt להד cum he.

v. 2. אִלֵּין זַרְעַיַת יְהוּדָה דְיַתְבִין בְּצָרְעָה׃) *hi* ſunt *Familiæ Judæ, qui in Zora conſederunt.* in hebræo eſt מִשְׁפְּחוֹת הַצָּרְעָתִי *Familiæ Zaratenſes*, & annotat Maſora ad vocem poſteriorem, צרעתי vox לֹא שׁוֹם אִישׁ *non eſt nomen* proprium *hominis.* Rectiſſimè, & ita nos quoque cum Targumiſta Noſtro arbitramur, illud nomen eſſe Gentile. Namque univerſa Gens Zoratenſis in Zora, urbe Judææ, conſedit, & in diverſas diviſa fuit familias, quarum conditores Jahat, Ahumæus & Lahad, nepos atque pronepotes Sobalis fuere, Vid. R. David Kimchi in Comment. & ea, quæ ſuperiori c. II. v. 53. annotavimus. LXX. Interpp. Græci habent, ἀραθι quaſi legiſſent הָאֲרַעְתִי, pravè.

וּפְנוּאֵל

| | | |
|---|---|---|
| וּפְנוּאֵל אֲבָא דִגְדוֹר וְעֶזֶר אֲבָא דְחוּשָׁא אִלֵּין בְּנֵי חוּר בּוּכְרָא דְאֶפְרָתָה חֵיוָא מִרְיָם | v. 4. | Penuel verò Princeps Gedoris, & Eſer, Princeps Huſanus, Hi *ſunt* Filij Huris, primogeniti Ephratæ, quæ eſt Miriam, |

וּפְנוּאֵל אֲבָא דִגְדוֹר ] *Pennel verò, Princeps Gedor.* Atqui inferius v. 18. Jered Princeps Gedor dicitur? nihil quicquam hoc obſtat, potuêre enim in uno loco plures Domini & Toparchæ reſidere, quemadmodum hodieq; plures Nobiles in villa una ſua quiſque prædia habent. v. 4.

וְעֶזֶר אֲבָא דְחוּשָׁא ] *& Eſer, Princeps Huſanus.* Non placent, quæ Tremellius atque Junius hîc annotârunt, arbitrati, חושה nomen proprium eſſe Viri, qui paulò poſt v. 11. שוחה literis ש & ח transpoſitis, dicatur, rectiùs ſanè Maſora ad hanc vocem annotat; לית שום אנש Huſa, *nomen* proprium *Viri non eſt*, ſed eſt nomen loci, ut benè Aurogallus, in libello ſæpius laudato, docet.

דְאֶפְרָתָה הִיא מִרְיָם ] *Ephratæ, quæ* eſt *Miriam*, puta ſoror Moſis & Aaronis; ita quoque paulò poſt v. 8. & 17. tradit. Aſſentiuntur verò Targumiſtæ Noſtro etiam Talmudici Doctores, in tract. סוטה, cap. I. Verba, Compendio quoq; Talmudis, Beth Iſrael, inſerta, fol. 37. col. 4. Edit. Prag. ita habent: ויהי כי יראו המולדות את האלהים ויעש להם בתים רב ולוי חד אמר בתי מלכות וחד אמר בתי כהונה ולויה מאן דאמר בתי כהונה ולויה אהרן ומשה ומאן דאמר בתי מלכות דוד נמי מסרים קא אתי דכתיב ותמת עזובה ויקח לו כלב את אפרת ותלד לו את חור וכתיב ודוד בן איש אפרתי וגו' היו שרי נשים נעשה מרים כשתי נשים חלאה ונערה לא חלאת ולא נערה הוא אלא בתחלה חלאה ולבסוף נערה וגו' *Factum itaque eſt, ut* OBSTETRICIBUS DEUM TIMENTIBUS IS ÆDES EXSTRUERET, Exod. I. 20. Super quibus verbis extant Gloſſæ *Rabh & Levi: iſte ait, ædes regni* innuuntur, *hic verò dicit, ædes Sacerdotii & Levitici Miniſterii* intelliguntur. *qui vult ædes Sacerdotii & Levitici Miniſterii* intelligi, *Aaronem & Moſen* reſpicit; *qui verò ædes regni* innui *contendit, Davidem* reſpicit, *qui eitā ex Miriam oriundus* fuit, quia *ſcriptum eſt*, 1. Paral. II. 19. MORTUA ASUBA, ACCEPIT SIBI CALEB EPHRATAM, QUÆ EI HUREM *peperit, ſcriptum quoque eſt*, 1. Sam. XVII. 12. DAVID FILIUS HOMINIS EPHRATENSIS &c. FUERUNT BINÆ UXORES, 1. Paral. IV. 5. *habita* ſcil. *Miriam* fuit, *ut gemina uxor*, HÆLA ET NAARA: *eſt, ubi non Hæla, eſt etiam, ubi non Naara fuit, ſed prius Hæla, poſtea verò Naara fuit: &c.*

| | |
|---|---|
| Qui conſtitutus eſt Princeps Bethlehemi. | וְאִתְמְנָא רַבָּא בְּבֵית לְחֶם׃ |

quod enim 1. Paral. II. 29. de Aſuba dicitur, mortuam eam eſſe, id Doctores lepidi de Miriam leprosâ, tanquam עזובה *derelictâ* & ſemotâ, quòd verò poſtea convaluit & refloruit, [unde nomen אפרת *Ephrata* Miriam ſit adepta] de recepta interpretantur. Similiter *Helam* dictam eſſe volunt, quia חולה lepra *egrotabat*, deinceps tamen *Naara* i.e. *puella* vel juvenca appellata ſit, quod à morbo ſuo convaluerit, & ad priorem oris elegantiam כנערה *puellæ inſtar* redierit: uti dilucidiùs hæc explanat, Talmudis Gloſſator, Jarchi. Huc reſpicit שמות רבה ſeu Gloſſa Exodi M. ſect. I. ad cap. II. v. 19. quando ſcribit: וכן אתה מוצא במקום אחר שקורא למרים שני שמות על שם המאורע שאירע לה׃ *reperies verò alibi, Miriam duobus nominibus* fuiſſe *appellatam, propter ea, quæ ei contigerunt*, puta lepram, & reſtitutam ſanitatem. Prius hæc ſcripſerat: אפרת׳ זו מרים למה נקרא שמה מרים שפרו ורבו ישראל על ידיה׃ *Ephrath, ea eſt Miriam, quare verò ita dicta eſt Miriam? quia per eam Iſraelita* פרו *florverunt & creverunt.* Similiter quoque in ילקוט *Jalcuth*, qui in univerſa Biblia V. T. eſt Commentarius Judaicus, ad 1. Paral. II. 19. hæc leguntur: למה נקרא מרים אפרת פלטנית של מלכים מגדולי הדור׃ Obſcura nonnihil ſunt hæc verba, hoc autem, niſi fallor, ſibi volunt: *quare vocata eſt Miriam* אפרת *Ephrath? quia Palatina Regum* fuit, *ex Magnatibus ſeculi.* Quibus videtur auctor ſuperiori ſententiæ רב Rabh adſtipulari velle. Cùm igitur unanimi conſenſu Priſci Hebræorum Doctores tradant, Ephratam & Miriam unam eandemq; eſſe, oportet eam קבלה *Kabbalam* ſeu antiquam traditionē fuiſſe, præſertim cùm Fl. Joſephus ita quoque tradat, & *Ur*, cujus Exod. XVII. mentio fit, *Sororis* Moſis, *Mariames*, *maritum* fuiſſe ſcribat, Antiq. Jud. lib. III. c. 2. quæ ſententia probabilis Auguſtino Torniello in Annalib. Sacris ad A. M. 2544. n. 35. Jacobo Saliano verò, in Annalib. Eccleſ. V. T. ad A. M. eundem, n. 345. planè certa eſſe videtur, quam etiam rationibus haut contemnendis ibid. probat, quæ apud eum legi poſſunt. Nobis, poſtquam prolixiuſculè hic commorati ſumus, pergendum jam eſt.

וְאִתְמְנָא) melius legetur וְאִתְמֶנָא.

רַבָּא בְּבֵית לְחֶם׃) *Princeps Bethlehemi.* Atqui ſuperiori cap. II. 51. Sal-

| | | |
|---|---|---|
| וּלְאַשְׁחוּר אֲבִי תְקוֹעַ הָיוּ | v. 5. | Ashur verò Abi-Tekoenſis vel Princeps Thecoanus, duas habuit uxores, Helam & Naaram. |
| תַּרְתֵּין נְשִׁין חֶלְאָ' וְנַעֲרָה : | | |
| וְיָלְדַת לֵיהּ נַעֲרָה יַת־אֲחֻזָּם | v. 6. | Naara peperit ei Ahyſſamum, Hepherum, Temeni & Ahaſteri, hi filij Naaræ *fuêre.* |
| וְיַת־חֵפֶר וְיַת־תְּמָנִי | | |
| וְיַת־אֲחַשְׁתָּרִי אִלֵּין בְּנֵי נַעֲרָה : | | |
| וְקוֹץ אוֹלִיד יַת־עָנוּב | v. 8. | Coz genuit Anubum & Zobebam, & familiam Aharhelis, qui eſt Hur, primogenitus Mariamis. |
| וְיַת־צוֹבֵבָה וּגְנִיסַת אֲחַרְחֵל | | |
| הִוא בּוּכְרָא דְּמַרְיָם : | | |

51. Salma Princeps Bethlehem memoratur? R. David Kimchi ita huic objectioni occurrit : אבי בית לחם' קצר ולא הזכיר שלמא שהיה אבי בית לחם כי חור היה אבי שלמא' ושלמא אבי בית לחם PRINCEPS BETHLEHEMI ) *brevitatis* ergo *Salmam, qui Princeps Bethlehem fuit, omiſit, Hur enim fuit Parens Salmæ, Salma autem Princeps Bethlehemi* fuit. Sed non eſt, ut eò deſcendamus, potuerunt enim in uno loco duo, imò plures Principes ſeu Toparchæ reſidere, præſertim Pater atque filius, cum hic ſit nominis juxta atque prædii paterni hæres. Fuit verò hæc Bethlehem Judæ, ut diſcerneretur ab altera Bethlehem, in Ephraimi, vel, ut alii volunt, Zabulonis tribû ſita, Bethlehem Ephratæ, Mich. V. 1. & alibi vocata, ſine dubio ab אפרת *Ephrata*, uxore Huris, Principe Bethlehemitanâ, quemadmodum Berenice quoque, Colonia Agrippina, aliæque urbes, ab illuſtribus mulieribus nomen ſunt adeptæ ; commodè verò accidit, ut Ephrata, quæ Targumiſtæ noſtro Miriam ſeu Maria eſt, Bethlehemi principatum obtineret, ubi poſtea Neptis ejus & cognominis, MARIA, beatiſſima Virgo, & Mater Domini noſtri JESU CHRISTI, Dominatorem Iſraelis, totiuſque mundi, in lucem edidit, Mich. V. 1. Luc. II. 4. 7.

v. 7. deficit. v. 8.

וּגְנִיסַת אֲחַרְחֵל הִוא חוּר בּוּכְרָא דְּמַרְיָם : ) *& familiam Aharhelis, qui* idem eſt cum *Hur, primogenito Mariamis.* In hebræo eſt : וּמִשְׁפְּחוֹת אֲחַרְחֵל בֶּן־הָרֻם : *& familiæ Aharhelis, filij Harumi*, quod utrum-

Jabez verò, qui eſt Othniel, honorabilior Fratribus ſuis, & in Lege doctior fuit, vocavitq; eum Mater Jabez, quia cum dolore eum peperit.

v. 9. וַהֲוָה יַעְבֵּץ הוּא עָתְנִיאֵל יַקִּיר וְיַחְכִּים בְּאוֹרַיְתָא יַתִּיר מִן אֲחוֹהִי וְאִמֵּי׳ קָרַת שְׁמֵיהּ יַעְבֵּץ אֲרוּם בְּצַעֲרָא יְלָדַתְיֵהּ׃

Supplicavit autem Jabez Deo Iſraelis: utinam, dicens, benedicendo nobis benedicas, *in* procreanda ſobole, & limitem meum *ſeu numerum* Diſcipulorum multiplices,

v. 10. וְצַלִּי יַעְבֵּץ לֵאלָהָא דְיִשְׂרָ׳ לְמֵימַר אִם־בָּרְכָא תְּבָרְכִנָּא בִּבְנַיָּא וְתַסְגֵּי יַת־תְּחוּמִי בְּתַלְמִידַיָּא

---

utrumque nomen in univerſo codice S. non niſi ſemel occurrit. Divinare igitur non poſſum, unde hoc Targumiſta Noſter habeat, neque apud alios quicquam de eo invenio. LXX. Interpp. Græci malè reddunt: ἡ γενήσεις ἀδελφῷ ῥηχὰβ ὑῷ ἰαρίν.

v. 9. יַעְבֵּץ הוּא עָתְנִיאֵל) *Jabez, qui* eſt idem cum *Othniele*, vide, quæ ſupra annotavimus ad c. II. v. 55. conferas verò hic Vatablum in annot.

יַקִּיר וְיַחְכִּים בְּאוֹרַיְתָא) *honorabilior* & *ſapientior in lege*. Ita quoque οἱ ο. ἐνδοξ⟨ῶ⟩. Rectè verò Noſter addit, & *ſapientior fuit in doctrina*; namque ſapientiæ divinæ ſeu pietatis præmium eſt honor. Reſpicere verò hiſce Targumiſta ad comma ſequens videtur, ubi ſingularis devotio Jabezi memoratur.

בְּצַעֲרָא) *in dolore*, in hebræo eſt בְּעֹצֶב, quod magis inditi nominis rationem prodit, inde enim, paulo immutatâ voce, יַעְבֵּץ *Jabez* eſt appellatus. Nam, uti bene obſervat ad h. l. Kimchi⁹, Hebræi hoc non attendunt, ſic חַנָּה ex יַחְמְנִי, קַיִן ex קָנִיתִי, שְׁמוּאֵל ex שְׁאִלְתִּיהוּ &c. ſunt nominati. Interpp. autem Græci malè reddunt ὡς τα⟨φ⟩ῆς, acſi legiſſet כְּעֵבֶץ.

תְּבָרְכִנָּא) rectiùs תְּבָרְכִנִּי.

v. 10. בִּבְנַיָּא) *prole*, hoc Targumiſta, ἐξηγήσεως ἕνεκα, de ſuo addit, & in ſpecie de benedictione conjugali accipit, quod Scriptura in genere de benedictione dicit.

בְּתַלְמִידַיָּא) *Diſcipulorum*, hic quoque Targumiſta Noſter ἐξηγή-

וּתְהִי יָדֶךָ עִמִּי בְּמִשְׁקָל
וּמִטְרָא וְתַעְבִּיד לִי חַבְרַיָּא
דְּכִמְתִּי מִן בְּגַלַּל דְּלָא
יְרַגְּזַנֵּנִי יְצַר בִּישָׁא וְאֵיתֵי
לִי יְתַמָּה דְּשָׁאֵיל׃

Sitque mecum manus tua *vel gratia*, in accipiendo & dando, *i. e. in negotiando*, faciásque mihi tales Collegas, qualis ipſe ſum, ut ne ad iram me commoveat figmentum malum *vel concupiſcentia prava*. Idq; quod petiit, Deus ei evenire fecit.

---

agit; Supra verò, c. II. 55. Jabezanorum quoq; Diſcipulorum ſeu Sapientum mentionem jam injecit. R. Sal. Jarchi de productione termini bonorum hæreditariorum rectiùs exponit, Conf. Interpretes Græci, qui itidem ita intellexiſſe videntur.

בְּמִשְׁקָל וּמִטְרָא) *in accipiendo, & dando*, i. e. in negotiando, בנסחר im Sachern. Hoc de ſuo rurſum addit Targumiſta, contribulem hunc ſuum, Jabezum, ex totius Gentis genio æſtimans. Nos rectius fortè de aſſiſtentia Divina ſpiritualiter intelligemus, quemadmodum quoq; Jacob voviſſe legitur, Gen. XXVIII. 20.

חַבְרַיָּא דְּכִמְתִּי ] *Sodales*, ut *ego* ſum, ſeu mihi ſimiles & æquales, eorundem morum & temperamenti. Votum probum eſſet, & homini literato, inter malè moratos degenti, perneceſſarium, ſed tamen vereor, Jabezum hoc dicere voluiſſe. in hebræo eſt, מֵרָעָה, ut ſe Numen à *malo* eripiat, ut R. Sal. Jarchi rectè exponit. Noſter verò מֵרֵעַ i. e. *Sodalem* legiſſe videtur. Similem errorem LXX. Interpp. hic errandum γνῶσιν reddunt, acſi legiſſent מֵדַּע, cum Daleth.

דְּכִמְתִּי) lege דִּכְמָתִי, cum Kamez.

יְצַר בִּישָׁא ] *figmentum malum* ſeu genius malus. Nam duos fingunt judæi genios, unum bonum, malum alterum, vide Talmud, tr. ברכות, cap. 9. & Baal Hatturim, in Gen. II. 6. Bonus, eſt ea cauſa, quæ ad bonum inſtigat, ſancta cogitatio, & pium deſiderium, Nobis Chriſtianis eſſet Deus ipſe; Malus autem Genius eſt, qui ad malum impellit, arrodit atque lædit: Nobis Chriſtianis eſſet יֵצֶר רַע, uti Gen. VI. 5. vocatur, *prava concupiſcentia*, ut & conſcientia mala, & ſpiritus malus.

Kelub autem, frater Suhæ, genuit Perugum, parentem Eſtonis.

וכלוב אחוי דשוחה אוליד ית־פירוג הוא אבא דאשתון׃ v. 11.

Eſton verò genuit Beth-Raphaam, Paſeham & Tehinnam, Principem Irnahaſi: hique viri *ſunt* Synedrij Magni.

ואשתון אוליד ית־בית רפא וית־פסח וית־תחנה אבי עיר נחש אלין אינשי סנהדרי רבתא׃ v. 12.

---

Targumiſta hic pro prava concupiſcentia, & ſpeciatim, pro ira, accipere videtur; ſi tamen hebræum textum, uti decet, ſequi velimus, Jabez omne malum & afflictionem deprecatur, quomodo quoque R. Sal. Jarchi & R. David Kimchi hæc intelligunt.

] ita Nomen ἀνεκφώνητον & in reliquis Targumim ſcribi ſolet: in Codice, quo uſi ſumus Mſc. additur ſemicircellus oblongus per poſterius jod medium deductus, qui an literæ He in nomine Tetragrammato, cujus figuræ accedit, anverò nominis abbreviaturæ, an denique alterius cujuſpiam myſterii ſignum ſit, neſcio: Aliàs tergeminum jod duobus hæmicyclis includi obſervavimus, hoc modo ( ׳ ׳ ) in Codice autem Mſc. ita ſcribitur: ה׳ & cum litera Daleth ד׳.

v. 11. יַת פִּירוּג ] *Perug.* in hebræo eſt מכיר *Mechir*, quod appellativè Noſter extulit, notat enim utrumque nomen *pretium*.

v. 12. יַת בֵּית רָפָא ] *Beth-rapham.* Nomen proprium eſt Viri, unde malè Tremellius atque Junius in verſione latina reddunt, *familiam Raphæ.*

אֲבִי עִיר נָחָשׁ ] *Principem Irnaaſenſem.* עִיר נָחָשׁ *Irnaas*, hoc nomen urbi fuit, quaſi dicas: ναὰς πόλις Nahas-Stadt/ ut Κωνσταντινούπολις, Carls-Stadt. &c. Dicta autem ita eſt à quodam נחש *Nahaſo*; LXX. Græci faciunt eum ἀδελφὸν ἱσελὼν τῷ νενεζι, quod unde habeant, dicere non poſſum. Scriptura S. duorum meminit, unius Regis Ammonitici, Iſraelitæ alterius, Patrjs Abigaelis.

אלין אינשי סנהדרי רבתא ] *hi Viri Synedrii Magni* fuêre. In he-

braeo

וּבְנֵי קֵנִז [v. 13.] Filij Kenasi

bræo est אַנְשֵׁי רֵכָה *homines Rechani.* Apud R. Sal. Jarchi quidam hoc de familia intelligunt, quæ, uti Kimchius scribit, על ענין ידוע אצלם *de causâ, illius* temporis hominibus magis quàm nobis *notâ*, אנשי רכה *Anserecha* fit appellata: sed rectiùs LXX. Interpp. Græci (qui tamen posterius nomen vitiosè רכב ῥηχὰβ legunt.) R. Sal. Jarchi & Tremell. Junniusque de Gente hoc accipiunt, ut אַנְשֵׁי רֵכָה idem sit quod *Rechani* seu *cives* urbis *Rechæ.* Quod autem per אנשי רכה Viri *Synagogæ* M. sint intelligendi, apud neminem, nisi Targumistam nostrum, invenio. Cogitanti verò de eo variæ subortæ sunt conjecturæ. Primùm incidit locus N. T. Matth. V. 22. ubi Christus ait: eum, qui fratrem suum vel proximum contumelioso nomine ῥακὰ vocet, reum esse τῷ συνεδρίῳ, sed hoc, ריקה scribitur, non רכה, ut ut Syrus legat רֵכָא; de eâ igitur, aliisque causis, mox displicuit hæc conjectura. Aliis duabus, quæ an plausibiles sint, Lectores judicent, subnatis. una est: Targumistam nostrum אַנְשֵׁי רַבָּה cum beth legisse, h. e. *Viri* (Synedrii) *Magni.* *Altera* est, quæ minus displicet, Targumistam nostrum nomen רֵכָה, more suo, appellative reddere; significat autem, docente Joh. Buxtorffio, in Lexico Chald. Talm. Rabb. *Regem*, vel *Regnum.* אנשי רכה igitur sunt fortè Targumistæ nostro *homines Regis* seu *Regni*, Consiliarii, Senatores, σύνεδροι, assessores judicii. Hinc prælaudatus Buxtorffius l. c. in voce סנהדרין SYNEDRIUM M. scribit, *residebat Hierosolymis tantùm* בלשכת הגזית *in aulâ judiciaria, ex lapidibus cæsis & politis exstructâ*, (*Middoth c. 5.*) *& constabat ex uno & septuaginta Viris senibus* [*qui rotundè vocantur LXX. Num. XI. 16. illis Moses præfuit, & sic LXXI. fuerunt*] *prudentioribus & primariis in populo, qui majores causas ac graviora Regni judicia dijudicabant &c.* De auctoritate hujus *Synedrii* M. videri potest præter alios Jo. Lightfoot in Horis Hebr. Evangelio Matth. impensis, c. XXIII. 2. & XXVI. 3. Sed meræ conjecturæ hæ sunt, quæ nobismet non plenè satisfaciunt, quæ tamen tantisper tolerari possunt, donec plausibiliores prodeant. Discimus verò hoc etiam ex loco, *Targumistam nostrum posteriorem* esse, nam, auctore Viro in hac literaturâ Principe, Jo. Buxtorffio, P. in Lexico, loco nuperrimè cit: *Sanhedrin sive Synedrii majoris crebra mentio fit apud* TARGUMISTAS POSTERIORES.

וּבְנֵי] rectiùs legeretur: וּבְנֵי. v. 13.

| | | |
|---|---|---|
| sunt Othniel, qui Jabez est, & Seraja, filij verò Othnielis Hathath. | | עָתְנִיאֵל הוּא יַעְבֵּץ וּשְׂרָיָה וּבְנֵי עָתְנִיאֵל חַתָּת׃ |
| Meonothæi genuit Ophram, Seraja autem genuit Joabum, Principē Hela-De-Umanaianum, quia artifices erant. | v. 14. | וּמְעוֹנֹתַי אוֹלִיד יָת־עָפְרָה וּשְׂרָיָה אוֹלִיד יָת־יוֹאָב רַב חֵילָא דְאוּמָנַיָּא אֲרוּם אוּמָנַיָּא הֲווֹ׃ |
| Filij Calebi F. Jephynneh, qui est Hezron, vocaverunt autem eum Calebum, E. Jephynneh, | v. 15. | וּבְנֵי כָלֵב בַּר יְפֻנֶּה הוּא חֶצְרוֹן וְהוּ צַוְחִין לֵיהּ כָּלֵב בַּר יְפֻנֶּה |

---

עָתְנִיאֵל הוּא יַעְבֵּץ) *Othniel, qui Jabez* est. Vid. supra, cap. II. v. 55.

וּבְנֵי) *& filii.* Sequitur verò non nisi unicus, Hathath, enallage itaque esse videtur Numeri, & pluralis pro singulari positus fuisse, quod aliàs quoque Scriptoribus sacris longe est frequentissimum. Hinc Masora parva ad hanc vocem notat: טו מבי ובן *quindecem loca esse existimantur*, in quibus Pluralis וּבְנֵי pro Singulari בֵּן occurrit.

v. 14. דַּב חֵילָא דְאוּמָנַיָּא] *Princeps Hela-De-Umanaianus.* In hebræo est: אֲבִי גֵּיא חֲרָשִׁים *Princeps Geharaſimensis.* Fuit autem גֵּיא חֲרָשִׁים nomen urbis in tribu Benjamin, cujus quoque Nehemias c. XI. 35. meminit, dicta est ita à חֲרָשִׁים ab incolis *fabris* cujusque materiei, docente Kimchio, uti auctor Paralipon. ipse hic tradit, & quia in vallē, quæ Hebræis גֵּיא dicitur, sita erat, hinc nomen Geharaſim adepta est. Idem verò Chaldæis significat חֵילָא דְאוּמָנַיָּא *Hela De-Umanaia.* Malim tamē, ut Targumiſta nomen proprium גֵּיא חֲרָשִׁים retinuisset. Deterius verò Tremellius atque Junius reddunt: PATREM DEGENTIUM *in valle fabrorum*, & LXX. corruptè in Cod. Vaticano, ἀγιαδδαὶρ, neque correctius in aliis libris γησασαρίμ.

v. 15. יְפֻנֶּה הוּא חֶצְרוֹן] *Jephunneh is Hezron* est. ita quoq; docent Priſci Judæorum Doctores, apud R. Sal. Jarchi & R. Dav. Kimchi in Comment. in h. l. & 1. Paral. II. 18. ſed rectè judicat Kimchi loco posteriore: לא יראה כן לפי משטי הכתובים כי לפי משטי הכתובים נראה כי כלב זה היה מכני

| | |
|---|---|
| מְטוּל דְּפָנִי לְבֵיהּ מִן עֲתַת | quia animum ſuum â conſilio |
| מְאַלְלַיָּא וְאִילִין בְּנוֹי עִירוּ | *reliquorum* exploratorum פני |
| אֵלָה וְנַעַם וּבְנֵי אֵלָה | avertit : Hi, *inquam*, filij ejus e- |
| קְנָז׃ | rant, Iro, Ela & Naam, filius |
| וּבַרְיָה דְעָזְרָא יָתֶר וּמֶרֶד | verò Elæ *fuit* Kenas. |
| וְעֶפֶר וְיָלוֹן וְעַדְיָאת מְנִיהּ | v. 17. Filij Eſræ *fuére* Jeter, Mered, |
| מִרְיָם וְיָת אֶפְרָתַיִת שְׁמַי | Epher & Jalon, Miriam verò, |
| וְיָת יְשַׁבַּח אֲבָא דְאֶשְׁתְּמֹעַ׃ | quæ eſt Ephrath, concepit ex |
| | eo Samæum & Isbahum, Prin- |
| | cipem Eſtemoæ. |

סבני חצרון הראשונים ז *non ita videtur ſecundùm literalem ſenſum Scripturarum, ſed juxta literalem ſenſum ſcripturarum videtur, Calebum hunc*, cujus 1. Paral. II. 18. mentio fit, *è filiis Hezronis pribribus & antiquioribus* Calebo Jephunnæ *fuiſſe*. Ita quoque ſentiunt Annalium Sacrorum V. T. Conditores, Aug. Torniellus & Jac. Salianus ad A. M. 2544. num. 31. & num. 345. qui etiam, initâ annorum ætatum utriuſque Calebi calculatione, id evidentiſſimè demonſtrant.

מְטוּל דְּפָנִי לְבֵיהּ וגו׳ ] *quia animum ſuum avertit &c.* hanc quoque inditi nominis rationem reddunt Talmudici Doct. in tr: סוטה, cap. I. referente compendio Talmudis, *Beth Iſrael*, pag. 37. Edit. Prag. col. 4. בן חצרון בן יפונה הוא : בן שפנה מעצת המרגלים *Fil. Hezron, is eſt filius Jephunnæ*, ita vocatus eſt [ lege בן נקרא ] *quia avertit animum ſuum ab exploratoribus* reliquis. Iisdem verbis hanc eandem traditionem repetunt Jalkut & R. Sal. Jarchi Comment. ad h. l. & R. David Kimchi, Comment. in 1. Paral. II. 19. Sed ineptè : Parentis hoc nomen fuit longè aliùs; & poſterioris Hezronæ, quem à filio, aut facto ejus, denominatum fuiſſe, veriſimile non eſt.

קְנָז ] *Kenaz*, ita quoque LXX. Græci κενέζ. In hebræo eſt וקנז *Uknaz*; & ſcribunt Commentatores Judæi : כך היה שמו וקנז *hoc nomen* homini *fuiſſe*, *Uknaz*. Tremellius atque Junius exiſtimant, binos Elæ filios fuiſſe, unum Anonymum, alterum Kenaſum.

v. 16. deficit.

וּבַרְיָה ) & *filius ejus*. Eſt enallage numeri ſingularis pro plurali, quod frequens eſt in Codice Sacro, unde Maſora parva annotat : סבני ובני *ſeptē* loca eſſe *exiſtimātur*, in quib⁹ eſt ובן ſingularis, pro ובני plurali. v. 17.

וְעַדְיָאת מְנִיהּ מִרְיָם וְיָת אֶפְרָתַיִת ] & *concepit ex eo Miriam, ea Ephrath*

Uxor autem ejᵍ Juditha, educavit Moſen, cum extraxiſſet eũ ex aquis, vocavit verò eum Jered, quia Manna *cælitus* deſcendentem Iſraelitis impetravit,

v. 18. וְאֶנְתְּחִיָּה יְהוּדִית רַבִּיאַת יַת־מֹשֶׁה בַּר שַׁלַּחְתִּיָּה מִן מַיָּא וּקְרַת שְׁמֵיהּ יֶרֶד דְּאוֹחִית מָנָא לְיִשְׂרָאֵל

---

eſt. Ita complet Targumiſta noſter ſenſum ejus, quod in hebræo eſt: וַתַּהַר אֶת־מִרְיָם, Maſora notat ad vocem מִרְיָם: שׁוּם אנש לְ *non occurrit amplius*, ut *Viri* ſeu maris *nomen*. Maſoram ſequuntur etiam Kimchi & R. Sal. Aben Melech, in Comment. judæi, & è Chriſtianis, Tremellius & Junius, in Verſione Latina. LXX. Interpp. Græci item, qui tamen vitiosè ſcribunt, τὸν Μαρών. Kimchius ſententiam hanc exemplis quoque probat: מרים בן הוא כמו האחרים כי חרבה נמצאים בשם אחד זכר ונקבה כמו אביה אשת חצרון ועיפה פלגש כלב ואחרי' רבים *Miriam filius fuit, ut reliqui; Nonnulla enim* exempla *occurrunt, ubi mares atque fœminæ eodem nomine* gaudent. ut *Abia* [quod Maſculinum nomen eſt] *Uxor Hezronis*, 1. Paral. II. 24. *& Epha* [quod itid. eſt Marium nomen] *concubina Calebi*, 1. Paral. II. 46. *& plura alia*. Miriam autem & Ephratam unam eandemque eſſe, Noſter aliquoties jam dixit, vide hujus capitis commata, 4. & 8.

v. 18. רַבִּיאַת יַת מֹשֶׁה וגו' ] *educavit Moſen &c.* in hebræo eſt יָלְדָה אֶת־יֶרֶד *Jeredum peperit*. Targumiſta noſter, Darſchanim ſeu ἀλληγορούντων more, pro ſenſu literali, nubem Midraſchim ſeu myſticarum expoſitionum & allegoriarum, quarum cum Talmudiſtis, Homiletis, aliisque poſterioris ævi ſcriptoribus ſtudioſior eſſe ſolet, nobis hic exhibet. Anſam huic commento, quod refert, dediſſe videtur, quod Bithia, filia Pharaonis, hîc nominetur; utut verò per Pharaonem judæus quidam homo, Rege Ægyptiorum multò poſterior, ſit intelligendus, Targumiſta tamen noſter, non ſine inſigni parachroniſmo, hoc de Regis Ægyptiorum, Pharaonis, filia accipit. Cùm verò, dato uno errore, plures dentur, hinc porrò per Jaredum Moſen intelligit, quem Pharaonis filia, Bithia, quæ alio nomine Juditha ſit vocata, educârit; quod ne ſine cauſa dixiſſe videatur, more ſuo ex etymologia nominis

יֶרֶד

| | |
|---|---|
| רַבָּא דִגְדוֹר דְּבְנָא חוֹרְבַנֵהוֹן | Principem Gedoris, quam devaſtatam reſtauravit, |

rationem petit, ait enim ita dictum eſſe Moſen, quod אוֹחִית, hebraicè clariùs dicas, הוֹרִיד *deduxerit* cœlo Manna: Sed frivolū hoc eſt, agitur enim hic de poſteris tribûs Judæ, non de Levitis, quorum è tribu Moſes fuit. Fuit verò hæc non ſingularis Targumiſtæ noſtri opinio, ſed communis illius & poſterioris ævi Scriptorum Judæorum, & jam R. Simeoni Ben Jochæi adſcribitur, qui ſub initium ſecundi ſeculi Chriſtiani vixit. Ita refertur in Jalkut, Comment. in h. l. אמר ר׳ יוחנן משום רשבי וגו׳ ירד זה משה ולמה נקרא שמו ירד שהוריד מן לישראל בימיו: *refert R. Johannes, ex ore R. Simeonis Ben Jochai,* יָרֶד *Jered,* qui 1. paral. IV. 18. memoratur, *eſt Moſes; Quare verò appellatus eſt ita* Moſes? *quia* הוריד *deduxit* ſeu cælitus impetravit *Man Iſraeli ævo ſuo.* Ita quoque legimus in Vaiikra Rabba ſeu Gloſſa Levitici Magna, ſtatim ab initio: ירד זה משה *Jared,* is *Moſes eſt.* ubi tamen tum hujus, tum ſequentium nominum inditorum aliæ rationes recenſentur, quæ videri ibi poſſunt. Talmud quoque huc digitum intendit, quando, exſcribente compendio Talmudico, Beth Iſrael, fol. 100. col. 1. tract. de Synedrio, cap. 2. ſcribit: ואשתו היהודיה ילדה וגו׳ וכי בתיה ילדה והלא יוכבד ילדה אלא יוכבד ילדה ובתיה גידלה ET UXOR EJUS JEHUDIA PEPERIT &c. 1. Paral. IV. 18. *Num verò Bithia peperit? an non* potius *Jochebed* PEPERIT Moſen? *peperit quidem Jochebed* Moſen, *ſed* tamen *Bithia educavit.* Conf. R. David Kimchi, Comment. in h. l. Inde etiam noſter verbum רַבִּי *educare* uſurpat.

רַבָּא דִגְדוֹר דְּבְנָא חוֹרְבַנֵהוֹן) *Princeps Gedoris, quia extruxit ruinas eorum.* In hebræo eſt אֲבִי גְדוֹר, per quem PRINCEPS GEDORENSIS intelligitur. Namque hic & deinceps שרי העירות *Principes Urbium* innuuntur, ut rectè judicat R. Sal. Jarchi, comment. in h. l. & Nonnulli apud R. David Kimchium, quo teſte, ſtatuunt: כל אלה אבי אדון ומפרשים גדור ושוכו ונוח שם הערים שהיו אלה מושלים עליהם *Per* אבי ſeu *Patres*, qui hic dicuntur, *Dominos* intelligi, *Gedor* autem, *Socco & Sanoah nomina urbium* eſſe, *quibus illi imperârunt.* Rectiſſimè, & multò meliùs, quàm Kimchius ipſe, qui hiſce, aliorum nomine

Uti & Heberum, qui חבר conjunxit Iſraelem Patri cæleſti, Principem Sucho, qui obtexit domum Iſraelis ſuo merito & gratiâ, Jecuthielem item, *ita dicti*, quia ejus tempore Iſraelitæ expectabant DEum, qui eſt in cælis, 40. annis in deſerto,

וְיַת חֶבֶר דְּחַבַּר יַת־יִשְׂרָאֵל
לַאֲבוּהוֹן דִּבְשְׁמַיָּא רַבָּא
דְּסוֹכוֹ דְּטַלִּיל עַל בֵּירַת
יִשְׂרָאֵל בִּזְכוּתֵיהּ. וְיַת
יְקוּתִיאֵל דְּאַמְתִּינוּ יִשְׂרָאֵל
לְאֱלָהָא דִּבְשְׁמַיָּא בְּיוֹמוֹי
אַרְבְּעִין שְׁנִין בְּמַדְבְּרָא

---

relatis, propriam jam ſubijciens ſententiam, cenſuit, dum ſcribit: והנכון שהם כמשמעם וכלם שמות בני הילודים לכל אחד ואחד וכן תראה בפת שהקדמנו שחוא מיחס האב על הבן להודיע ולפרסמו כשהיה הבן נכבד וידוע מאביו: *Sed quod placet*, hoc eſt: *propriè* nomen אבי pro parente accipiendum eſſe, *ſingulis enim nomina filiorum natorum* ſubijciuntur, *id quod etiam* ex iis, *quæ antehac*, ad c. II. 42. & 50. *diximus*, *animadvertere* potuiſti, *ubi* identidem Chronicorum auctor *filiorum Patres* ſimul *commemorat*, quod toties facit, quoties *filios parentibus clariores celebrioresque fuiſſe*, vult *ſignificare*. Kimchio aſſentiuntur Tremellius atque Junius. Sed nobis Salomonis ſententia magis placet. Reſpicit verò & hic Targumiſta Noſter, in additâ Gloſſa, ad etymologiam nominis גדר, quod *maceriam*, *murum*, *ſepem ſtruere* ſignificat. Unde etiam Jalkut, loco, quo modò diximus, גדור שגדר פרנותיהון של ישראל בימיו: *Gedor* quoque Moſes dictus eſt, *quia exſtruxit Baſilicas Iſraelis ævo ſuo*.

ויַת חֶבֶר דְּחַבַּר וגו׳) *& Heberum, qui conjunxit &c.* rurſum eſt alluſio ad nomen Heber, ita enim quoque R. Jochæi in Jalkut iisdem prorſus verbis: חבר שחבר את ישראל לאביהם שבשמים

לַאֲבוּהוֹן דִּבְשְׁמַיָּא) *Patri ſuo, qui in cælis eſt.* Phraſis eſt Syris, Chaldæis & Hebræis uſitata, quam etiam Chriſtus Marci XI. 16. uſurpat, cum dicit: *quod ſi verò vos non remittitis*, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὁ ἐν οὐρανοῖς, *neque Pater veſter, qui in cælis eſt, remittet debita veſtra.*

רַבָּא דְּסוֹכוֹ דְּטַלִּיל וגו׳) *Principem Socho, quia obtexit &c.* alluditur & hic ad nomen proprium סוכו, nam סכך *obtegere* notat, Vid. ſupra II. 55. ita quoque extat in Jalkut, l. c.: סוכו שנעשה לישראל כסוכה: *Socho* etiam appellatus eſt Moſes, *quia factus eſt Iſraeli ut tugurium* ſeu protector. in hebræo eſt ſimpliciter אבי שוכו, i. e. *Princeps Sucho*, quæ fuit urbs in tribu Juda, docente libello Joſuæ, c. XV. 35.

וְיַת יְקוּתִיאֵל דְּאַמְתִּינוּ יִשְׂרָאֵל לֵאלָהָא) *& Jekuthielem, quia expectârunt*

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| רַבָּא זְנוֹחַ דְּשָׁבַק<br>אֲלָהָא עַל חוֹבֵי יִשְׂרָאֵל<br>אֲמָטוֹלְתֵּיהּ אִלֵּין שְׁמָהָן<br>קְרַת לֵיהּ בִּתְיָה בְּרַת פַּרְעֹה<br>בְּרוּחַ נְבוּאָה | Principem Sanohæ, nam remisit Deus debita Israelis propter eum, hæc nomina sunt, *quæ* imposuit ei Bithia, Filia Pharaonis, per Spiritum propheticum, |

---

*runt Israelitæ DEUM.* Est allusio ad nomen proprium יְקוּתִיאֵל, quod compositum est ex קוה & אל *expectare DEUM*, unde etiam Jalkut: יקותיאל שקוו ישראל לאל ביומו:

רַבָּא זְנוֹחַ דְּשָׁבַק וגו׳) *Principem Sanoæ, quia remisit &c.* denuò ad etymologiam nominis proprii זנוח, quod *deserere* notat, alluditur; unde quoq; R. Sim. Ben Jochæi, in Jalkut: זנוח שהזניח עוונותיהם של ישראל אבי אב בתורה אב בחכמה אב בנבואה: est & *Sanoah* Moses dictus, *quia impetravit, ut dimitterentur Israeli peccata sua.* Et cum ter nomen אבי hic legatur, subiicit: *Abhi* verò i. e. Pater dictus quoque Moses est, quia *Pater* seu Princeps & Doctor fuit *in Lege*, *Doctor in Sapientia*, & *Doctor* seu Princeps *in Prophetia.* Paulò v. post ib. dicitur: עשרה שמות נקראו לו למשה ירד חבר יקותיאל אבי גדור אבי סוכו אבי זנוח טוביה שמעיה לוי ומשה: *Decem nomina Mosi fuerunt; Jared, Heber, Jekuthiel, Abigedor, Abi Socho, Abi Sanoah, Tobias, Semaias, Levi* & deniq; *Moses.* Ita quoq; statuit R. David Kimchi, Comment. ad h. l. ודרשו כל אלה השמות ירד ואבי גדור וחבר כולם על משה רבי׳ ὁ παιδαγωγὸς ἡμῶν *omnia nomina hæc, Jared, Heber & cætera omnia de Mose, Magistro nostro.* Sed sensus literalis & genuinus est: Jekuthielem, Principem Sanoah, urbis in Judæ tribu sitæ, & Josuæ quoque c. XV. 34. recensitæ, fuisse.

עַל חוֹבֵי יִשְׂרָאֵל] melius fortasse דישראל. Intelliguntur verò hic per debita, nomenclaturâ Syris & Chaldæis usitatâ, delicta & peccata, quam Evangelista quoque hellenisticè est imitatus, Matth. VI. 12.

בִּתְיָה] *Bithia*, observante Masora non amplius hoc nomen occurrit. Num verò inde Gentilis *Pythia*, Apollinis Sacerdos, nomen accepit?

בְּרוּחַ נְבוּאָה] *per Spiritum Propheticum.* Scil. facilè prævidit Noster,

Quæ proſelyta eſt facta, & aſſumſit eam ſibi uxorem Mered, qui fuit Caleb, & rebellavit *vel oppoſuit ſeſe* conſilio exploratorum.

וְאֶת־תַּגְיֶרֶת וַיִּסַּב לוֹ מֶרֶד
לְאֵתּוֹ הוּא כָּלֵב דְּמֶרַד
בְּמַלְכַּת מְאַלְיָא׃

Filij uxoris Hodiæ, Sororis Neathi, Princeps Keilæ, Geramæus, & Eſtemoa, Maacanus.

v. 19. וּבְנֵי אֶתֶת הוֹדִיָה אֲחֹתִי׳
דִּי נַעַת רַבָּא דְקְעִילָא דְמִן גַּרְמָ
וְאֶשְׁתְּמַע דְּמִן מַעֲכָה׃

---

ſter, ſibi objectum iri: ſic nomina hæc Moſi infanti à matre adoptante impoſita eſſe, ex cauſis multò poſt futuris: hanc igitur objectionem ut occuparet, fingit hic filiam Pharaonis ei hæc nomina per Propheticum Spiritum impoſuiſſe.

וְאֶת־תַּגְיֶרֶת ] *& Proſelyta eſt facta.* hoc quoque ſine ullo producto teſtimonio idoneo fingit.

מֶרֶד הוּא כָּלֵב דְּמֶרַד וגו׳ ] *Mered is eſt Caleb, qui rebellavit* vel oppoſuit ſe &c. ex Calebo & Meredo unum conflat hominem, & eum Meredum dictum eſſe ſcribit, quia מרד *rebellavit* vel ſe oppoſuit conſilio ſibi in exploranda Canaanitide adjunctorum ſociorum, de quo vide Num. XIII. 31. Ita verò in Talmude Babylonico quoque traditur, tract. de Synedrio, c. 2 referente compendio Talmudis, loco nuperrimè cit. ואשתו היהודיה וגו׳ אשר לקח לו מרד זה כלב ולמה נקרא שמו מרד שמרד בעצת מרגלים UXOR AUTEM EJUS JUDIA &c. QUAM SIBI ACCEPIT MERED 1. Paral. IV. 18. is *eſt Caleb. quare verò vocatus eſt Mered?* quia מרד *rebellavit* vel ſe oppoſuit *conſilio exploratorum* cæterorum. Conf. Commentatores Judæi, R. Sal. Jarchi & R. David Kimchi, in h l.

v. 19. אֲחֹתִי׳ דִּינַעַת ] pravè, quod poſteriorem vocem attinet, in hebræo eſt אֲחוֹת נַעַם, quod mihi nomen proprium eſſe videtur primi Hodiæ filii *Ahotnaam*; utut accentuum auctor, & reliqui omnes, tàm Interpretes, quàm Commentatores, quos quidem vidimus, *Sororem Naami* interpretentur.

דְּמִן גַּרְמ׳ ) optimè Noſter hoc extulit. In hebræo eſt הַגַּרְמִי id eſt, *Garminus*, vel ex Gerame oriundus.

וְאֶשְׁתְּמַע ] *& Eſtemoa*, ab hoc nomen urbs in tribu Juda accepit.

v. 20. Deeſt. לָכָה

| | | |
|---|---|---|
| בְּנֵי שֵׁלָה בַּר יְהוּדָה עֵר | v. 21. | Filij Selæ, F. Judæ, fuerunt Er, |
| אֲבָא לֵכָה וְלַעְדָּה אֲבָא | | Princeps Lechæ & Ladda, Prin- |
| דְּמָרֵשָׁה וּגְנִיסַת בֵּית עֲבִידַת | | ceps Mareſanus & familiæ do- |
| בּוּצָא דִּלְבוּשֵׁי מַלְכַיָּא וְכָהֲנַיָּא | | mûs confectionis Syndonis, |
| מְסִירָא לְבֵית אַשְׁבֵּעַ ׃ | | pro veſtibus Regijs & Sacerdo- |
| וְנִבְיָא דְּסַפְרַיָּא דִּנְפָקוּ מִזַּרְעֵי | v. 22. | talibus, traditæ domui Asbeæ. |
| דִּיהוֹשֻׁעַ וְגִבְעוֹנָאֵי דְּמִתְיַהֲבִין | | Et Prophetæ Scribarum, qui |
| לְעַבְדִין בְּבֵית מַקְדְּשָׁא מְטוֹל | | è familia Joſuæ *ſunt* oriundi & |
| דְּכַדִּיבוּ לְרַבְרְבַיָּא דְּיִשְׂרָאֵל | | Gibeonitæ, qui traditi ſunt ad |
| | | ſerviendum in domo ſanctua- |
| | | rij, eò quod mentiti ſunt Prin- |
| | | cipibus Iſraelis, |

---

אֲבָא לֵכָה ] *Princeps Lechanus.* Lecha locus fuit in tribu Judæ, u- v. 21.
ti Matth. Aurogallus in libello סדר שמות עצמים rectè ex h. l. colligit.

וּגְנִיסַת בֵּית עֲבִידַת בּוּצָא ) & *Familia domus confectionis byſſi.* Ita quoque exponunt Commentatores Judæi, & Tremellius atque Junius. Aliter verò LXX. Græci, γενέσεις οἰκιῶν Ἐφραθὰβαὰ, ut in Vaticano Exemplari eſt, vel, ut in aliis libris legitur, ἰβδαμαθαρβάς, utrobique pravè.

מְסִירָא ) traditæ, ſcil. עֲבִידָה *confectionis* ſeu artis conficiendi byſſi. v. 22.

וְנִבְיָא דְּסַפְרַיָּא ] malim legere וְנִבְיָיא דְּסַפְרַיָּא. In hebræo eſt יוֹקִים *Jokim*, per quod ſive hominem, ſive totam Familiam atque Gentem, ex Sela oriundam, intelligi cenſeo. Unde Noſtro Targumiſtæ hæc Gloſſa ſit, ignoro, cum ſequenti tamen figmento benè congruit. Illuſtrare Noſtrum poteſt, quod in Talmude, ejuſque compendio, Beth Iſrael, tr. Bava Bathra, c. 1. fol. 88. col. 2. Edit. Prag. legitur: יוקים זה יהושע שהקים שבועה לאנשי גבעון h. e. JOKIM, *hic eſt Joſua, quia* הקים *confirmavit juramentum Gibeonitis.*

וְגִבְעֲנָאֵי וְגוֹ' דְּכַדִּיבוּ וְגוֹ' ] *& Gibeonitæ* &c. *quia mentiti ſunt &c.* in hebræo eſt אַנְשֵׁי כֹזְבָא i. e. *Coſebani* ſeu *incolæ* urbis *Coſebæ.* Eſt enim כֹזְבָא Commentatori Hebræorum ſine dubio Kimchio, qui conijcit eandem eſſe cum כְּזִיב ) & Lyrano locus, apud Aurogallum, l. c. uni-

Et Joas, is eſt Machlon, & Saraph, qui Cilion eſt, qui duxêre uxores ex filiabus Moab, & Boas, Præfectus Sapientũ Universitatis Bethlehemiticæ,

וְיוֹאָשׁ הוּא מַחְלוֹן וְשָׂרָף
הוּא כִלְיוֹן דִּי נְסִיבוּ נָשִׁין
מִבְּנָת מוֹאָב וּבֹעַז רַב
חַכִּימַיָּא דְּמַתְיְבַת בֵּית לָחֶם

---

versa igitur hæc gens ex Sela fuit oriunda, uti rectissimè interpretantur LXX. Græci & Tremellius Juniusque, & commentantur Jarchi atque Kimchi. Noster autem Interpres arripit vocem כזבא, quæ *mendacem* notat, & ad Gibeonitas mendaces ineptè transfert. Habet tamen in hoc errore socios Talmudistas & Darschanim, qui sunt Coṁentatores ἀλληγορῶντες. Ita enim traditur in Talmude, ejusque compendio, loco proximè citato. ואנשי כוזיבא אלו אנשי גבעון שכזבו ביהושע : HOMINES COSEBÆ, 1. Paral. IV. 22. *hi sunt Viri Gibeonitæ, qui* כזבו *mentiti sunt Josuæ*, Jos IX. 6. Conf. Jalkut ad h. l.

וְיוֹאָשׁ הוּא מַחְלוֹן וְשָׂרָף הוּא כִלְיוֹן) *Joas is* est *Machlon* & *Saraph is* est *Cilion*, de quibus Ruth, I. 5. Ita quoque suaviter nugantur Talmudici Doct. l. c. ubi etiam rationes inditorum horum nominum tradunt. Conferantur Commentatores recentiores Hebræi, R. Sal. Jarchi & R. David Kimchi, quibus & ipsis hæ Antiquorum allegoriæ displicere videntur, recensitis enim iis, alias substituunt Glossas.

דִּי נְסִיבוּ נָשִׁין מִבְּנָת מוֹאָב] *qui acceperunt uxores è filiabus Moab.* Assentiuntur rursum Talmudistæ l. c. In hebræo est אֲשֶׁר בָּעֲלוּ לְמוֹאָב geminam verò habet, quod ad præsens attinet, notionem verbum בעל. Significat enim vel *mariti partes implere*, vel *dominari*. Noster Targumista cum Talmudicis in priore, sed rectiùs nos cum Commentatoribus Judæis recentioribus, Jarchæo & Kimchio, ut & cum Tremellio & Junio, in posteriore significatione accipimus; sensus enim est, eos, commisso prælio, superiores atque Dominos Moabitarum evasisse.

וּבֹעַז וגו'] *& Boas &c.* Hic paulò dissentiunt Talmudici l. c. & explicant non de Boas, sed de uxore ejus, Ruth, ויושבי לחם זו רות המואבית שישבה ונדבקה בבית לחם יהודה ET INCOLÆ LEHEM, 1. Paral. IV. 22. *innuitur Ruth, Moabitis, quæ consedit & quasi hæsit in Bethlehem Judæ.* LXX. Interpp. Græci reddunt: καὶ ἀπέστρεψεν αὐτούς; legisse videntur

| | |
|---|---|
| הַמִּתְעַסְּקִין בְּפִתְגָמֵי עַתִּיק יוֹמִין׃ | Qui occupati fuerunt in verbis antiqui dierum. |

---

dentur: וְיָשֹׁב לָהֶם *& convertit eos.* Melior lectio ea esse videtur, quæ literis potius quàm punctis innititur: וישבי לחם i. e. *incolæ Lehem.* Est autem לָחֶם juxta Aurogallũ loci nomen, an simplex sit positum pro בית לחם, an verò alius planè ab eo sit locus, aliorum esto judicium; illud mihi cum R. Sal. Jarchi & Kimchio certum esse videtur, hujus loci homines ad Selam quoque genus referre.

הַמִּתְעַסְּקִין בְּפִתְגָמֵי עַתִּיק יוֹמִין ] *qui occupantur in verbis Antiqui dierum*, id est, DEI. vid. Dan. VII. 13. Ita quoque Talmudistæ, l. c. והדברים עתיקין דברים הללו עתיק יומיא ET VERBA ANTIQUA: *verba hæc* sunt *antiqui dierum.* Conf. Jalkut in h. l. LXX. Interpp. Græci exhibent, ut nomen proprium, paulò tamen corruptè, ἀβεδηρὶν, ἀθναὶμ, acsi legissent הבדרים עתוקים. Mihi maximè placet sententia R. Sal. Jarchi, Kimchi & Tremellii, Junii que, qui uno ore statuunt, auctorem Chronicorum, cùm Genealogiam admodùm remotam, quippe Selæ, filii Judæ, referat, dicere velle, *verba hæc* seu Chronica, admodùm vetusta esse & *antiqua:* sed paulò explicatiùs Kimchii verbis hæc enarrabim[9]: והדברים עתיקים פי' זה שאמרנו כי יואש ושרף בעלו למואב אף על פי שלא נמצא זה בספרי הנבואת מדברים הם ידועים בקבלה ובמסרה ונעתקים איש מפי איש ויש מפרשים כי והדברים עתיקים חוזר על כל מה שכתב עזרה הנה מיחס התולדות כי הדברים הנכתבים הנה אף על פי שלא תמצאם כתובים בספר מספרי הנבואה' לא תאמר איך ידע כל זה עזרה דברים שלא היו בימיו כי הדברים מקובלים כלם: ET VERBA HÆC ANTIQUA ] *sensus est, ejus, quod* hucusque *retulimus, quod nimirum Joas & Saraph imperârint Moabitidi. Utut autem hoc in nullo* alio *libro Prophetico scripto traditum reperiatur, ea tamen per Cabbalam atque Masoram,* hoc est per oralem traditionem, *ab uno ad alterum* descendentem, *cognita fuerunt. Quidam volunt, quod ea:* ET VERBA HÆC ANTIQUA SUNT: *respiciant ad omne illud, quod Esra* [hunc auctorem facit Kimchius horum Chronicorum] *hic genealogicè recensèt;* hoc modò, *quod etiamsi hæc verba* vel Chronica, *hic scripto consignata,* nusquam alibi *in quopiam libro Prophetico scripta inveniantur, nequaquam tamen cogitandum esse: quî itaque hæc o-*

Hi ſunt Diſcipuli Legis, quorum causâ creatus eſt Mundus, qui ad judicium ſedent, & plantant mundum & ædificarunt ac perfecerunt ruinas domûs Iſrael,

v. 23. הֵינוּן תַּלְמִידֵי אוֹרַיְתָא
דְּאִתְבְּרִי עָלְמָא
דְּיַתְבִין עַל דִּינָא וּמְיַצְּבִין
יַת־עָלְמָא וּבְנוֹ וּמְשַׁכְלְלִין
יַת־חוּרְבָּנֵי בֵּית יִשְׂרָאֵל

---

*mnia Eſra cognovit, cum tamen illa ejus tempore non acciderint? quandoquidem ea omnia ore tradita* ad eum pervenerunt.

הֵינוּן תַּלְמִידֵי אוֹרַיְתָא וגו׳ ) *Hi* ſunt *Diſcipuli legis* ſeu οἱ νομικοὶ, *Legis*
v. 23. divinæ *periti*, &c. In hebræo eſt הַפָּה הַיּוֹצְרִים, quod cum Interpp. Græcis, Tremellio & Junio, & Commentatoribus Hebræis, Jarchæo & Kimchio, de figulis ex Sela oriundis, omninò accipio. Noſter verò allegoricè, more ſuo, hæc exponit. Apprehendit enim vocabulum יוֹצְרִים *formatores*, creatores, & ad Diſcipulos Legis, propter quos mundum, puta alterum, ſeu futurum ſeculum, אִיתְבְּרִי *creatum* & formatum eſſe, dicit, transfert. Talmudici hoc, & quæ ſequuntur, itidem allegoricè, ſed paulò aliter, exponunt, *extant enim etiam ſuper* hoc *verſu* הרבה דרשות *plurimæ allegoriæ* & Myſticæ *expoſitiones*, teſte Kimchio, Comment. in h. l. Jo. Lightfoot in Horis Talmud. Evangelio S. Lucæ impenſis, cap. XIV. 23. è Codice Mſc. Anglicano hunc verſiculum quoque allegat, cui verò *Targumiſta* hîc *extravagatur non mediocriter*.

דְּיַתְבִין עַל דִּינָא ] *qui ſedent ad judicium.* Alludit ad id, quod in textu dicitur, וַיֵּשֶׁב. Obſervo autem hic, hanc eandem phraſeologiam Scriptoribus quoq; N. T. uſurpari, vid. Matth XIX. 28. & Luc. XXII. 30.

וּמְיַצְּבִין ] Ita quoque Lightfoot l. c. in Codice Anglicano legiſſe videtur, reddit enim: *Et ſtabiliunt &c.* ſed legendum eſſe arbitror וּמְנַצְּבִין cum Nun, i.e. *qui plantant*. Reſpicit enim ad vocem נוֹטְעִים, ubi rurſum vinitores, hortulanos & agricolas, ex Sela ortos, cum Commentatoribus Hebræis intelligo. Noſter ſpiritualiter & Myſticè de plantatione vineæ DEI i. e. Eccleſiæ Iſraeliticæ, quæ fit per Doctores legis, exponit. LXX. Interpp. Græci ut nomen proprium extulerunt, nomen inſuper corruptè legentes, reddunt enim: οἱ κατοικοῦντες ἐν Ἀδαὶμ καὶ γαδιεχ.

וּבְנוֹ וגו׳ ) *& ædificarunt &c.* Jo. Lightfoot loco, quo diximus, extulit;

Digitized by Google

עִם שְׁכִינַת מַלְכָּא דְעָלְמָא
בְּפִלְחָן אוֹרַיְתָ' וּבְעִבּוּר יַרְחַיָּא
וְקֶבִיעוּת רֵישֵׁי שַׁנַיָּא וּמוֹעֲדַיָּא
מִן שְׁמַיָּא עַל דַּעְתְּהוֹן

Cum Majeſtate *divina* Regis Mundi, *occupati* in cultu legis & intercalatione menſium, fixioneq; initiorum Annorum & feſtorum cæleſtium ſeu *aſtronomicorum*, juxta ſententiam ſuam,

---

extulit: *Et filia &c.* acſi legiſſet in Codice Anglicano וּבְנָן. Sed meliùs noſter Codex legit וּבְנוֹ. Cæterùm rurſum Targumiſta Noſter ἀλληγορεῖ. In hebræo eſt וּגְדֵרָה, ubi repete ἀπὸ τοῦ κοινοῦ וְיִשְׁבֵי. Intelliguntur verò & hîc, juxta Commentatores Hebræos, Murarii artifices, laterum confectores & foſſores terræ figulinæ.

עִם שְׁכִינַת מַלְכָּא דְעָלְמָא ] *Cum Majeſtate* Divina *Regis Mundi.* Pergit Targumiſta Noſter in cœpta allegoria. In hebræo eſt עִם הַמֶּלֶךְ *cum Rege.* Senſus eſt; dictos artifices & operarios cum Rege, vel pro Rege i. e. mercede ejus conductos, & in ejus opere, uti ſequitur, occupatos, ibi conſediſſe.

בְּפִלְחָן אוֹרַיְתָא וגו' ] *in cultu legis &c.* In hebræo eſt בִּמְלַאכְתּוֹ *in opere ejus*, puta Regis. Hæc rurſum allegoricè Noſter exponit, de operibus & ſtudiis Doctorum legis. Primo nominat cultum legis, puta præconium & Doctrinam legis. Deinde *intercalationem menſium*. Porro *fixionem initiorum annorum*, & denique *feſtorum* ex curſu *cœli* ſeu aſtrorum, Solis & Lunæ, conſtituendorum. De quibus prolixis nobis eſſe hic non licet, utut uberiore commentatione omninò hæc indigerent. Videri verò de hiſce poſſunt, quæ inferiùs dicentur cap. XII. v. 32, & in libro Cozari (ita malo legere, quam Coſri) parte II. §. 64. & p. III. §. 38. & inprimis digreſſio R. Iſaaci Abarbenelis, Comment. in Exod. XII. 1. ut & Leon Modena, Rabbinus Venetus, in hiſtoria de Riti Hebraici, (libellus Italicus eſt) parte III. c. 2. & complures alii. Diſcimus autem ex hoc loco Targumiſtæ noſtri minimùm illud, quænã partes fuerint officii & Miniſterii Doctoris legis ſeu τοῦ νομικοῦ, *Legis* divinæ *periti*, utut interea ipſe interpretis officio malè hic fungatur, cùm

בִּימֵי רוּת אֵמָא דְמַלְכוּתָא
עַד יוֹמֵי שְׁלוֹמֹה מַלְכָּא׃

Tempore Ruthæ, Regni *seu Regij stemmatis* Proaviæ, ad Tempora usque Salomonis Regis.

v. 24. בְּנֵי שִׁמְעוֹן נְמוּאֵל וְיָמִין
וְיָרִיב זֶרַח שָׁאוּל הוּא שִׁמְרִי
דְּאִשְׁתְּאִיל גּוּפֵיהּ לְפוּרְעָנוּתָא׃

Filij Simonis *sunt* Nemuel, Jamin, Jarib, Serah & Saul, qui est Simri, qui elocavit corpus suum pœnæ.

---

cùm præter mentem Auctoris Chronicorum, quem vult interpretari, de eo hic agat.

בִּימֵי רוּת אֵמָא דְמַלְכוּתָא וגו׳ ] *Tempore Ruthæ, Proaviæ Regni* seu Regii Stemmatis &c. Illustrare hæc possunt, quæ in Talmude, ejusq; compendio, Beth Israel, tract. Bava Bathra, cap. 5. fol. 88. col. 2. Edit. Prag. leguntur: עם המלך במלאכתו ישבו שם׳ זו רות המואבית שראתה מלכות שלמה בן בנו של בן בנה שנאמר וישם כסא לאם המלך אֹר אלעזר לאמא של מלכות׃ CUM REGE IN OPERE EJUS SEDERUNT INIBI, I. Paral. IV. 23. *innititur Ruth, Moabitis*, quæ *vidit Salomonem pronepotem suum, Regem: quia dicitur* 1. Reg. II. 19. & APPOSUIT Minister THRONUM MATRI REGIS: *ait R. Eleasar*, puta *Matri* seu Proaviæ *Regni*, nempe Ruthæ. Sed textus allegatus clarè docet, non de Ruth, sed de Bathseba sermonem ibi esse.

v. 24. שָׁאוּל הוּא שִׁמְרִי וגו׳ ] *Saul is fuit Simri, qui elocavit corpus suum pœnæ*, vel corpore suo pœnam justam luit. Hanc Glossam Targumista Noster addit, respiciens ad id, quod legimus, Num. XXV. 14. NOMEN HOMINI ISRAELITÆ à Pinehaso occiso SIMRI FUIT, fil. סָלוּא SALU, PRINCIPIS FAMILIÆ PATRIÆ, SIMONENSIS. Capite enim sequente XXVI. 13. inter quinque Familias tribûs Simon, ultimo loco refertur לְשָׁאוּל *ad Saulem, Familia Saulensis.* Sed sic fuisset Saul Pater Simri, non ipse Simri. Verbo אִשְׁתְּאִיל autem etymologiam nominis שָׁאוּל exprimere voluisse videtur.

v. 25. & 26. desunt.

וחצר

| | | |
|---|---|---|
| וּלְשִׁמְעִי בְּנִין שִׁתָּא עֲסַר | v. 27. | Simæo verò filij ſedecim, fi- |
| וּבְנָת שִׁית וְלַאֲחֹהִי לָא הֲוָה | | liæ verò ſex *ſunt natæ*, fratribus |
| בְּנִין סַגִּיאִין וְכָל גְּנִיסָתְהוֹן | | verò ejus filij multi non fuêre, |
| לָא אַסְגִּיאוּ בְּנִין עַד בְּנֵי | | omnes tamen familiæ eorum |
| יְהוּדָה: | | non *tam copiosè* ſobolem ſuam |
| | | multiplicaverunt, atque filij |
| | | Judæ. |
| וְיָתִיבוּ בִּבְאֵרָא דְּשָׁבַע | v. 28. | Conſederunt autem in Bee- |
| וּמוֹלַד וַחֲצַר תְּעָלָה: | | rade Seba, Moleda & Hazar- |
| | | teala. |
| וּבְאוּרְיַת אַרְתַּכְיָא וּבְדָרַת | v. 31. | Et in Uriath-artecaja, Darat- |
| סוּסַיָא וּבְבֵית בִּרְאִי וּבְשַׁעֲרַיִם | | Suſaja, Beth-berei & in Saara- |
| אִלֵּין קִרְוֵיהוֹן עַד דְּמַלְכוּת דָּוִיד: | | im, hæ urbes eorum fuerunt |
| | | uſque ad regnum Davidis. |
| וְקַסְטְרָוָתְהוֹן עֵיטָם וְעֵין | v. 32. | Caſtella *erant* Etam, En, Rim- |
| רִמּוֹן וְתָכֵן וְעָשָׁן קִרְוִין חֲמֵשׁ: | | mon, Tochen & Aſan, urbes |
| | | *numero* quinque. |
| וּכְכָל קַסְטְרָוָתְהוֹן דִּבְחוֹרָנֵיהוֹן | v. 33. | Inque omnibus caſtellis, quæ |
| קִרְוַיָא הָאִלֵּין עַד בַּעַל דָּא | | in circuitu comprehenduntur |
| מוֹתָבָנְהוֹן וְהִתְיַחְסוּ לְהוֹן: | | civitatum harum, uſque ad Ba- |
| | | alum eſt ſedes eorum, eisque |
| | | annumerantur. |

וְחַצַר תְּעָלָה ] In hebræo eſt וְחַצַר שׁוּעָל. Notat *ſtabulum vulpium*, ſi- v. 28.
ne dubio à multitudine vulpecularum, quæ ibi ſtabulabantur, locus ille nomen accepit, vulpes enim Hebræis שׁוּעָל, Chaldæis תְּעָלָה dicitur. Malim tamen, Targumiſta Noſter vocem hebræam, utpote nomen proprium, retinuiſſet.

v. 29. & 30. deficiunt.

וּבְאוּרְיַת אַרְתַּכְיָ' וּבְדָרַת סוּסַיָא ] Exprimuntur nomina locorum v. 31.
hebraica chaldaicè. De quibus videri poteſt Matth. Aurogallus, l. c. LXX. Interpp. Græci corruptè hæc nomina extulerunt.

קַסְטְרָוָתְהוֹן ] rectiùs ut modò, קַסְטְרָיָתְהוֹן. v. 33.

דִּבְחוֹרָנֵיהוֹן ] hæc vox à Scriba per negligentiam omiſſa fuit, à Cor-

Sobabenſis verò, Jamlech & Joſa, F. Amaziæ; &c.

וּמִן שׁוֹבָב וְיַמְלֵךְ וְיוֹשָׁה בַּר אֲמַצְיָה׃ v. 34.

Hi nomine expreſſi, Præfecti in Familiis domus Patrum ſuorum, creverunt ad multitudinem.

אִילֵּין דְּאִתְיַיְן מְפָרְשִׁין בִּשְׁמָהָן אַמְרְכְלִין בְּגִנְיָסַת בֵּית אֲבָהָתְהוֹן תַּקִּיפוּ לְסוֹגְעִי׃ v. 38.

Perrexerunt autẽ ad occaſum *vel occidentalem partem* Gedoris, uſque ad orientem *vel orientalem partem* Hilathæ aut vallis, quæſitum locum commodum, pro pecorum ſuorum paſtu.

וַאֲזָלוּ לְמַעַל גְּדוֹר עַד לְמַדִּינְחָא דְּחִילְתָּא לְמִתְבַּע אַתַר כְּשַׁר לְמַרְעִיתָא לְעָנְהוֹן׃ v. 39.

Invenerunt autem locum cõmodiſſimum paſturæ, fertilem & optimum, ſolum pingue & dilatans limitem, quietem & tranquillitatem. Antea verò populus, ex filiis Chami oriundus, ibi ſedem habuit.

וְאַשְׁכְּחוּ אַתַר כְּשַׁר לְמַרְעִיתָא שְׁמַן וְשַׁפִּיר אַרְעָא פְּטִימַת וּפְתַיִית תְּחוֹמִין וְשַׁדּוֹכָא וְשַׁלְוִיתָא אֲרוֹם מִן בְּנֵיהוֹן דְּחָם הַוּוֹן עַמָּא דְיָתְבוּ תַּמָּן מִלְּקַדְמִין׃ v. 40.

---

rectore verò Codicis Mſc. quo ſum⁹ uſi, margini eſt inſcripta, quam retinendã eſſe duxim⁹, & textum, ut ſua ei integritas conſtet, reſtituim⁹.

וּמִן שׁוֹבָב ] non benè, in hebræo eſt מְשׁוֹבָב *Meſobab.*

v. 34. וְיַמְלֵךְ ] *Jamlech*, inde eſt Græcum ἰαμβλιχῶ.

v. 35. 36. & 37. deſunt.

v. 38. דְּאִתְיַיְן ] vel potius דְּאִתְיָין aut דְּאִתְיִין.

לְסוֹגְעִי ] vel לְסוּגְעָא aut לְסוּגְאִי.

v. 39. דְּחִילְתָּא ] In hebræo eſt הַגְיָא, quod ſine accentu diſtinctivo הַגְיָא ſcriberetur, videtur autem mihi cum LXX. Interpp. Græcis locus ſignificari, non vallis, quæ גֵּיא ſcribi ſolet. Noſter, more ſuo, appellativè accipit, extulit enim, חִילְתָּא, quod *vallem* notat.

Quæſitum ] eſt ſupinum, in hebræo eſt לְבַקֵּשׁ. LXX. reddunt τοῦ ζητῆσαι zu ſuchen.

v. 40. פְּטִימַת ] Eſt ellipſis, Chaldæis & Rabbinis longè frequentiſſima, pro דְּמִטְּמַת.

וּפְתַיִית תְּחוֹמִין ] *Et extendens limites* ſeu capita. In hebræo eſt רַחֲבַת

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| וְאִלֵּין דְּאִתְפָּרְשׁוּ בִשְׁמָהָן בְּיוֹמֵי יְחִזְקִיָּהוּ מַלְכָּא דִיהוּדָה וּמְחוֹ יָת מַשְׁכְּנֵיהוֹן וְיָת מְעוֹנְיָא דְּאִשְׁתְּכַחוּ תַּמָּן וְגַמְּרוּנוּן עַד יוֹמָא הָדֵין וְיָתִיבוּ בַּאֲתַרֵיהוֹן אֲרוֹם אֲתַר כְּשַׁר לְמַרְעִית עַנְהוֹן תַּמָּן׃ | v. 41. |
| וּמִנְּהוֹן מִן בְּנֵי שִׁמְעוֹן אָזְלוּ לְטוּרָא דְגַבְלָא גוּבְרִין חַמְשׁ מְאָה וּפְלַטְיָה וּנְעַרְיָה וְרָפָיָה וְעֻזִּיאֵל בְּנֵי יִשְׁעִי אִמְּתָנוּ לְרַבְּנֵי חֵילָא בְּרֵישֵׁיהוֹן׃ | v. 42. |
| וּמְחוֹ יָת שְׁאָר שֵׁיזְבְּתָא לְבֵית עֲמָלֵק וְיָתִיבוּ תַּמָּן עַד יוֹמָא הָדֵין׃ | v. 43. |

Hi nominibus expreſſi ſuis, tempore Hiskiæ, Regis Tribûs Judæ, profecti ſunt, & deleverunt tentoria eorum (*Chamitarum*) atque habitacula, quæ ibi ſunt reperta, atque deleverunt eos in hodiernum uſque diem, & eorum loco conſederunt, quod locus ibi eſſet commodiſſimꝰ paſtui pecoris eorũ.

Ex iis autem, filiis Simonis, perrexerunt ad montem Gibla, Viri quingenti, in quorum primis erant Pelatia, Nearia, Rephaia & Uſiel, filii Ismæi, conſtituti exercitûs Duces.

Et percuſſerunt reſiduas reliquias domûs Amaleki, & conſederunt ibi uſq; in diem hodiernum.

---

יְדִים. יְדִים hic capita & limites notat, Conf. Jo. Buxtorffium in Lexico Hebraico, & Sal. Glaſſium, in Rhet. S. tr. I. c. 12. pag. 344.

אֲרוֹם מִן בְּנֵיהוֹן דְּחָם ] ita complet Noſter Targumiſta ſenſum ejus, quod in hebræo dicitur, כִּי מִן־חָם. ita quoque LXX. Interpp. Græci: ὅτι ἐκ τῶν υἱῶν χαμ.

וְיָת מְרוֹדְיָא ] lege מְדוֹרְיָא *habitacula*, in hebræo eſt הַמְּעוֹנִים vel juxta puncta, & prout lectum eſt, añotante Maſora, הַמְּעוּנִים vel הַמְּעוֹנִים, LXX. retinuerunt, τὰς Μινάους, malè.

הָדֵין ] meliùs הָדִין cum Zere.

וְיָתִיבוּ ] lege וְיִתְיְבוּ.

לְמַרְעִית עַנְהוֹן ] lege לְמִרְעֵית עַנְהוֹן.

לְטוּרָא דְגַבְלָא ] *ad montem Gibla*, in hebræo eſt לְהַר שְׂעִיר, pro quo Noſter, & reliqui Targumiſtæ, גבלא exhibent. Vide ſupra c. I. v. 38. v. 42. v. 43.

אִמְּתָנוּ ] reſcribo, אִתְּמַנּוּ qui *præfecti* ſunt.

Filii Rubenis, primogeniti Iſraelis, qui utut primogenitus fuerit, quia tamen prophanavit ſanctitatem ſuam, dum conſcendit thalamos paternos, jus primogenituræ ab eo eſt ablatum,& filiis Joſephi, F. Iſraelis collatum. Ut adeò Rubenitis nullum ampliùs jus ad primogenituram ſit conceſſum.

v. 1. וּבְנֵי רְאוּבֵן בְּכֹרוֹ דְיִשְׂרָאֵל
בּוֹכְרָא הוּא וּבְאַפְסוּתֵיהּ
קְדוּשְׁתֵּי כַּד סְלִיק לְדַרְגְּשָׁא
דְּאֲבוֹי אִסְתְּלַק מִנֵּי
וְאִתְיְהִיבַת בְּכִירוּתֵיהּ לִבְנֵי
דְיוֹסֵף בַּר יִשְׂרָאֵל דְּלָא
לְאִתְיַחָסָא בְּנֵי רְאוּבֵן
לִבְכִירוּתָא׃

Quia verò Juda prævaluit *robore* fratribus ſuis, jus quoque Regni ejus ablatum à Rubene fuit, & collatum eſt Judæ, præſtrenuo *heroi*, & ab eo Regnum *ſeu Reges deſcendunt*. Levi etiam pius fuit, neque poſteri ejus per vitulum peccaverunt,

v. 2. מְטוֹל יְהוּדָה אִתְגַּבַּר בְּאַחוֹי
אִשְׁתַּקְלַת בְּרַם מַלְכוּתֵּי מִן
רְאוּבֵן וְאִיתְיְהִיבַת לִיהוּדָה
דְּהוּא גִּבָּרָא וּמִלְּפוֹתָא מִנֵּיהּ
אוֹף לֵוִי הֲוָה חַסִידָא וְלָא
חָבוּ בְּעֶגְלָא

---

v. 1. וּבְנֵי רְאוּבֵן ] legendum eſt וּבְנֵי דִרְאוּבֵן.

קְדוּשְׁתֵּיהּ ] *Sanctitatem ſuam.* Reſpicit primogenituram ejus.

וְאִתְיְהִיבַת בְּכִירוּתֵיהּ לִבְנֵי דְיוֹסֵף ] & *traditum eſt jus primogenituræ filiis Joſephi.* Ephraim enim & Menaſſe duplum ſeu binas ſortes de hæreditate acceperunt, de quo jure vid. Deut. XXI, 16. 17. Conf. Vatablum & Grotium in annot.

v. 2. אוֹף לֵוִי וגו' ] *Etiam Levi.* Rectiſſimè hoc Noſter addit, quod in textu non habetur, Sacerdotii enim jus aliàs primogenito quoque debebatur, vid. Gen. XLIX. 3. hoc itaque Levi ceſſit.

וְלָא חָבוּ בְּעֶגְלָא ] *non rei fuêre* μοσχολατρείας. Reſpicit ſine dubio ad Levitas, Regum tempore, de quibus Scriptura, I. Reg. XII. 31. teſtatur, Sacerdotes Μοσχολατρείας Jeroboamiticæ, non Levitas, ſed Plebeios fuiſſe. Μοσχολατρείας verò in deſerto cõmiſſæ, Levitæ, eorumque

וְאִשְׁתַּקְלַת כְּהוּנְתָא רַבְּתָא
מִבְּנוֹי דִּרְאוּבֵן וּמְטוֹלְתְהוֹן
מִכְּלְהוֹן בְּכוֹרַיָּא וְאִיתְיְהִיבַת
לְאַהֲרֹן וּבְנוֹי וּמַטְרַת קוּדְשָׁא
לְלֵיוָאֵי וּבְכִירוּתָא לְיוֹסֵף׃

ablatum Igitur eſt & ſacerdotium M. à filiis Ruben, & propterea ab omnibus eorum primogenitis, & collatum eſt Aharoni, ejuſque filiis, ficq; cuſtodia ſanctitatis Levitis, primogenitura verò Joſepho *eſt tradita*.

בְּאֵרָה בְּרֵיהּ הוּא בְּאֵרָה נְבִיָּא דְּאוֹבִיל בְּגָלוּתָא תִּגְלַת פִּלְנֶאסֶר מַלְכָּא דְּאַתּוּר וְהוּא רַוָּה אֲמַרְכּוֹל לְשִׁבְטָא רְאוּבֵן׃ v. 6.

Beera filius illius fuit, eſt autẽ is Beera Propheta, quem captivum abduxit Tiglath Pilneſer, Rex Aſſyriæ, fuitque præfectus tribui Rubenis.

וְאַחוֹהִי לְגִנְסָתְהוֹן דִּמְמַנָּן עֲלֵיהוֹן v. 7.

Fratres ejus ſecundùm familias ſuas, qui eis erant

---

rumque Princeps, Aaron, utique participes, imò auctores erant, vid. Exod. xxxii. 4. 25. Talmudici tamen in tract. *Joma*, cap. 5. ejuſque Compendio, En Jacob, fol. 107. b. Edit. Pragenſis, de Μοσχολατρεία, in deſerto factâ exponunt: *Refert R. Iehuda: Dixit Samuel: Tribus Levi non commiſit idololatriam, quia dicitur* Exod. xxxii. 26. MOSES IN PORTA CASTRORUM STETIT, EDIXITQUE: QUI DOMINI EST, AD ME ACCEDAT; VENERE IGITUR AD EUM OMNES FILII LEVI. Sed hoc inde non ſequitur.

וְאִשְׁתַּקְלַת ) lege וְאִשְׁתְּקַלַת.

וּמַטְרַת קוּדְשָׁא לְלֵיוָאֵי) lege, וּמַטְרַת. Vide verò de hoc infra, 1. Paral XXIII. 31.

v. 3. 4. 5. deficiunt.

הוּא בְּאֵרָה נְבִיָּא ] *is* fuit *Beera*, *Propheta*, v. d. Hoſeæ Prophetæ Pater, ipſe quoque Propheta, בְּאֵרִי *Beeri*, Hoſ. I. 1. dictus. Ita quoque R. Abraham Aben Eſra, comment. in Hoſeam, I. 1. diſputans enim contra quendam ſapientem Judæum, יועץ בליעל *Belialis Conſiliarium*, v. 6.

Duces præfecti, fuêre Jeiel & Zechariahu.

לְרֵישֵׁי׳ יְעִיאֵל וּזְכַרְיָהוּ׃

Item Bela, F. Aſaſi, N. Semai, P. Joelis, hic habitavit in Aroer & usque ad Nebo & planitiem Meon *poſſeſſionē ſuam extendit.*

v. 8. וּבֶלַע בַּר עָזָז בַּר שְׁמַע בַּר יוֹאֵל הוּא יָתִיב בַּעֲרוֹעֵר וְעַד נְבוֹ וְעַד מֵישַׁר מְעוֹן׃

Hinc ad orientem habitavit usque ad occaſum *vel occidentalem partem* deſerti, juxta Euphratem, nam poſſeſſiones eorum ampliſſimæ *fuerunt* in terra Gilead.

v. 9. וּלְמַדִּינְחָ׳ יָתִיב עַד מַעֲלָן לְמַדְבְּרָא לְמִן נְהַר פְּרָת אֲרוֹם גֵּיתֵיהוֹן סַגִּיאִין בְּאַרְעָא דְּגִלְעָ׳׃

---

uti R. Iſaacus Abarbenel comment. in h. l. ex Nahum c. I. 11. appellat, nomine יצחק *Iſaacidem* (cujus ſupra quoque I. 45. jam mentio facta fuit) Hoſeam, filium Elæ, Regis peſſimi Iſraelitici, facientem, duo rationum momenta affert, *unum, quia invenimus in libris Paralipp. I.* cap. 5. v. 6. *Beeram filium ejus, quem abduxit in exilium Tiglath Pileſer, Aſſyriorum Tyrannus, Principem Rubenitica tribûs, qui fuit,* ſubijcit, *Pater hujus noſtri Prophetæ; alterum eſt &c.* Sed & ante eum ita ſtatuerunt Doctores Priſci in perantiquo Commentario פסיקתא, referente R. Iſaaco Abarbenele, l. c. ita ſcribentes: *Hoc eſt quod dicit Scriptura,* Prov. XVIII. 20. FRUCTU ORIS VIRI SATIATUR VENTER EJUS *Innuitur Ruben,* quia dicitur, Gen. XXXVII. 29. ET REDIIT RUBEN AD FOVEAM, *dixit ad eum Sanctus Benedictus; tu quæſiviſti filium dilectum* (Joſephum) *Patri ſuo reſtituere; per vitam tuam, ex poſteris tuis, quidam Iſraelem* ad *Patrem* eorum, *qui in cœlis eſt, reducet. Quiſnam autem eſt ille? eſt Hoſeas, hoc eſt, quod dictum eſt,* Hoſ. I. 1. VERBUM DOMINI, QUOD FACTUM EST AD HOSEAM, FILIUM BEERI. Cum quo confer, *quod ſcriptum eſt* 1. Paral. V. 6. ET BEERA FILIUS EJUS. *Quare verò dictus* eſt בארה *Beera? quia fuit* בְּאֵרָה *fons ejus,* ſcil. *Legis.* Quare verò Beera mortuus eſt in captivitate? *quia ejus meritis X. tribus ſunt reducte &c. &c.* Cui traditioni Chronologia equidem non repugnat; fides tamen ſit penes auctores.

*Duces Præfecti,* ] in Chaldæo eſt ſingularis. ועד

| | | |
|---|---|---|
| וּבְיוֹמֵי שָׁאוּל עָבְדוּ קְרָבָא עִם הוּנְגְרָאֵי וּנְפָלוּ בִּידֵיהוֹן וְיָתִיבוּ בְּמַשְׁכְּנֵיהוֹן עַל כָּל אַפֵּי מַדְנַח גִּלְעָד׃ | v. 10. | Adeo, ut ætate Saulis bellum gererent cum Hungaris, quibus ab iis cæsis, in tentoriis eorum quaqua versum ad orientales Gileaditidis *partes* confederunt. |

---

v. 8. בַּעַל מְעוֹן ] *usque ad planitiem Meon.* In hebræo est בַּעַל מְעוֹן *Baal Meon*, quæ urbs fuit in tribu Ruben, à Gentilibus, prioribus insessoribus, ex Idolo *Baal* בעל מעון, q. d Baal-Stadt/ dicta, observante R. Sal. Jarchi, comment. in h. l.

v. 10. עִם חוּנְגְרָאֵי ] *cum Hungaris.* In hebræo est עִם הַהַגְרִאִים, quod LXX. Interpp. Græci reddunt; *πρὸς τὰς παροικίας:* sine dubio legerunt עִם הַגֵּרִים. Paulo post verò, v. 19. & 20. *ἀγραύλεις* transtulerunt. Commentatores Judæi, R. Sal. Jarchi & R. David Kimchi, comment. in h. l. & R. Abraham AbenEsra, Comment. in Ps. LXXXIII. Similiter è Christianis, Matth. Aurogallus l. c. & Fr. Junius, Tremelliusq;, Comment. in h. l. Ut & Bochartus in Geogr. Sacra, de *Agarenis*, Agaris posteris, exponunt. Noster verò, ut patet, de *Hungaris.* Ita quoque Targumista Psalmi LXXXIII. 7. וְהַגְרִים per וְהוּנְגְרָאֵי explicat. Facere huc possunt, quæ Cohen de Lara, eruditus nostri temporis Hebræus, in opere sæpius laudato scribit: הונגרית והגרים (תהלים פג ז) שם אומה: ונכ על שם חמקום אשר הם שם בל אונגרום: *Hungar*: Ita reddit *Targumista*, quod in textu est והגרים (Ps. LXXXIII. 7.) est verò *populi nomen, qui ita ex loco, quem inhabitavit, est dictus, in Lingua Latina Ungaros vocant* Ex quo denuò non ineptè colligimus, unum eundemque Auctorem, hujus, quod præ manibus est, & libri Psalmorum, reliquorumque Hagiographorum Targumim fuisse. Apparet verò vel ex h. l. Targumistam Nostrum recentioris ævi esse, cum Hungarorum faciat mentionem: Hujus verò Gentis in hisce oris nostris antiquitatem ex Chronologo eorũ contribuli, R. Dav. Gans, parte altera operis ejus Chronologici, צמח דוד dicti, ostendemus. Ita verò ille scribit ad An. Mundi 4140, Annum verò Christi 380. מבוא עם אונגארן בימי הקיסר ואלענס התרגזו עם הונעז אשר היו שוכנים בהרי הצבוניים עם גדול

Filij Gad ê regione *ſeu parte oppoſita Rubenitarum* habitaverunt, in terra Botanææ, ad Salvachiam usque.

v. 11. וּבְנֵי גָד לְקָבְלֵיהֶון יָתִיבוּ בְּאַרְעָא דִבְמַתְנָן עַד סַלְוֻכְיָה׃

---

גדול עצום ורב אנשים גבורים זרזים בעלי קומה אנשי מרי נפש עם הרף נפשו למות העם הזה יצאו מארצם עם כל חילם וקנינם ועלו על עם גידש הנקראים גוטן השוכנים אז בארץ פאנוניא ויגרשום וישבו תחתם ויקראו לארץ ההיא אונגארן וישבו שם בטח עד היום הזה וכתב יעקב אייזנבערק שהתחברו שני אומות הונן וניאר שוכני הרי צפונים ולכדו את ארץ פאנוניא וקראו לה על שמם הונגרן והיא מלה מורכבת מן הונן ומן גוארן : MIGRATIO GENTIS HUNGARORUM. *Tempore Imperatoris Valentis, moverunt ſe Hunni, qui ante-hac montes Aquilonares incoluerunt, Gens validiſſima juxta ac ampliſſima, homines præſtrenui, alacres, proceri, ad rebellionem proclives, & ad mortem* ſubeundam *promptiſſimi. Hi egreſſi ſedibus ſuis,* cum *univerſo exercitu atque bonis* mobilibus, *contra populum* גודש, *qui Gothi dicuntur, eâ tempeſtate Pannoniam incolentem, moverunt, quibus inde expulſis, eorum loco ibi accepta ſede, & Regione* Ungarn *dictâ, tranquillè in hunc uſque diem habitant. Auctor* eſt *Jacobus* Eiſenberg/ *duas Gentes, Hunnos,* וגיאר *Ugrosque, itidem montium Aquilonarium incolas, conjunctos fuiſſe, & Pannoniam ſubjugaſſe, eâ ex ſuo nomine Hungarn dictâ, quæ vox ex* Hunnen & Ugarn / *ſit compoſita.* Ex quo verò ſic patet, Hungaros quarto demum poſt Chriſtum ſeculo in Orbe noſtro Europæo notos fuiſſe. Neque eſt ut dicas, eos tamen, cum adhuc patrios in Aquilone montes incolerent, ante ſuſceptam migrationem, Targumiſtis innoteſcere potuiſſe. At verò ante id tempus Hunni celebres non fuerunt, neque etiam eſt credibile, Hebræos hujus remotiſſimæ à Paleſtina gentis ullam notitiam habuiſſe. Cæterùm ineptiſſimus eſt Targumiſta Noſter, dum Rubenitas Hungaros debellaſſe ſcribit, nunquam enim illi, ſive in Europam, ſive in Aſiam Aquilonarem penetrarunt, ſed gentem ſibi vicinam, Hagrenos, ſedibus ſuis ejeciſſe, vero multò eſt ſimilius.

v. 11. בְּאַרְעָא דִבְמַתְנָן ) In hebræo eſt בְּאֶרֶץ הַבָּשָׁן *in terra Baſan*, quod Chaldæi efferunt בִּיתְנָן vel etiam מַתְנָן. מ enim & בו lapſu facillimo apud Chaldæos permutantur. Vid. Jo. Buxtorffius in Lex. Chald. Thalm. Rabb. in voce בתן.

עַד סַלְוֻכְיָה׃ ] Cùm ante Hungarorum meminerit Targumiſta Noſter

| | |
|---|---|
| יואל רֵישׁ סַנהֶדרין וְשָׁפָט רַב בֵּית אוּלְפָנוי וְיַעַט דַיָינָא בְּבַמְתָנָן׃ | v. 12. Joël *fuit* Synedrij caput, Saphet, Rab vel Præfectus Scholæ ejus, Jaat verò Judex in Bamanæa. |

Noſter, neſcio an jam vicinos eorum, Sclavos (qui in patria lingua *Sklavvaki* audiunt) dicere velit? In hebræo eſt סֶלְכָה *Selcha*, quæ, ut rectè obſervat Aurogallus, in Baſania regione civitas fuit; hodie סלכאת *Seichat* audit, prodente R. Benjamin in itinerario, & Wilhelmo Tyrio in hiſtoria belli ſacri. lib. XVI. c. 8.

רֵישׁ סַנהֶדרין ] *Caput Synedrii*, ſeu Præfectus & Princeps. Synedrium, ut ſupra diximus, erat 71. Virorum, ei præerat הָרֹאשׁ *Præfectus* ſeu Princeps, qui etiam רֹאשׁ חַיְשִׁיבָה *Academiæ Rector* eſt dictus; erat quaſi Conſiſtorii ſeu Senatûs Eccleſiaſtici Præſes, cui ad dextram aſſidebat הַמְשֻׁנֶה *Secundus* ſeu Vicarius, Vice-Præfectus, Con-Rector, & dicebatur אָב בֵּית דִין *Pater Judicii*, ſeu Judicii Eccleſiaſtici Senior, & hi duo erant Primarii in Synedrio, & à reliquis ſeparati ſedebant; hos ordine ſequebantur הַדַיָנִים *Judices* cæteri. Vid. Jo. Buxtorffius in libello de Abbrev. Hebr. in expoſitione Abbrev. אבד. & ad hos ordines atque gradus Senatorum Judicii Eccleſiaſtici Hebræorum, quod Sanhedrin vocant, reſpicit hic Targumiſta Noſter. v. 12.

וְשָׁפָט ) corruptè, in hebræo eſt וְשָׁפָם *& Sapham* cum Mem. רַב בֵּית אוּלְפָנוי ] *Pater Scholæ* ſeu Acad. Senior, idem eſt quod אַב בֵּית דִין *Pater Judicii*, in hebræo eſt הַמְשֻׁנֶה *Secundus*, Vicarius, locum tenens.

וְיַעַט ] pravè, in hebræo eſt, וְיַעֲנִי *& Jani* ſeu Jannai.

דַיָנָא ] *Judex*, Senator, in hebræo eſt וְשָׁפָט & *Saphat*, quod Noſter appellativè accipit, ſimiliter & LXX. Interpp. reddunt enim ὁ γραμματεὺς, acſi legiſſent שׁוֹפֵט vel סוֹפֵר.

׃ בְּבַמְתָנָן ] legendum eſt בְּבַתְנָן vel, ut paulò ante, בְּמַתְנָן, concurrunt enim hic binæ nominis hujus lectiones, quas modò diximus.

Fratres eorum juxta familiam Patrum eorum *erant* Michael, Meſullam, Sema, Joræus, Jaban, Sia & Eber, Principes Septem.

v. 13. וְאַחוהון לְבֵית אֲבָהָתְהוֹן מִיכָאֵל וּמְשֻׁלָּם וְשֶׁמַע וְיוֹרַי וְיַעְבָּן וְזִיעַ וְעֵבֶר שְׁבַעְתִּיהֶן נָגוּדַיָא׃

Ahi F. Abdielis, N. Guni, qui præfectus fuit familiæ Patrum eorum.

v. 15. אֲחִי בַּר עַבְדִיאֵל בַּר גוּנִי מַתְמַנָא לְבֵית אֲבָהָתְהוֹן׃

Habitaverunt in Gileaditide, Botanæa, & pagis ejus, & in omnibus ſuburbiis Meſræ, ad exitûs eorum.

v. 16. וִיתִיבוּ בְּגִלְעָד בְּבַשְׁתַּן וּבִכְפַרְנָהָא וּבְכָל פַּרְוַיְלֵי מַשְׁרָא עַל מַפְקֵנֵיהוֹן׃

Hi omnes ſunt recenſiti tempore Jotham, Regis tribûs Domûs Judæ & tempore Jorobeami, Regis Iſraelis.

v. 17. כְּלְהוֹן אִתְיַחֲסוּ בְּיוֹמֵי יוֹתָם מַלְכָּא דִיהוּדָה וּבְיוֹמֵי יָרָבְעָם מַלְכָּא דְיִשְׂרָאֵל׃

Filij Rubenis, Gadis & dimidiæ tribûs Menaſſe, de ſtrenuis fortitudine, *fuerunt* Viri geſtantes ſcuta & gladiis accincti, arcuſque trahentes *i. e. jaculantes* & rei bellicæ periti, *numero* 44760. *qui in* militiam proficiſcebantur.

v. 18. בְּנֵי רְאוּבֵן וְגָד וּפַלְגוּת שִׁבְטָא דְמְנַשֶׁה מִן גִּבָּרֵי חַיִל גּוּבְרִין נָטְלֵי תְרִיסִין וּמְזָרְזֵי סַיְפִין וְנָגְדֵי קַשְׁתָּא וּמְאוּלְפֵי קְרָבָ אַרְבְּעִין וְאַרְבְּעָא אַלְפִין וּשְׁבַע מְאָה וְשִׁתִּין נָפְקֵי חֵילָא׃

---

v. 13. וְאַחוהון] legendum וְאַחֵיהֶן.
וְיַעְבָּן] rectiùs וְיַעְכָּן cum Caph.
נָגוּדַיָא] meliùs נְגוּדַיָא, quod de ſuo addit Targumiſta, & rectè quidem, Videatur Comment. Raſchi in h. l.
v. 14. deficit.
v. 15. אֲחִי] *Ahi*, Septuaginta Interpp. Græci appellativè acceperunt, reddentes: ἀδελφῶν, ſed malè, nam, uti Maſora etiam ad hanc vocem notat, אחי שום אנש *Ahi, nomen Viri* proprium eſt.
v. 16. מַשְׁרָא] *Meſra*, id eſt planities, in hebræo eſt שָׁרוֹן *Saron*, quæ regio paſcuoſiſſima, & vini optimi ferax fuit. תרוויצו

| | | |
|---|---|---|
| וַעֲבַדוּ קְרָבָא עִם הונגראי | v. 19. | Qui commiſerunt prælium cum Hungaris, Jetur, Naphis & Nodab. |
| ויטור ונפיש ונודב : | | |
| וְאַסְעָדוּ עֲלֵיהוֹן וְאִיתְיְהִיבוּ | v. 20. | Cùm igitur hi auxilium accepiſſent, in manus eorũ Hungari cum omni, quod habebant, devenerunt, Nam effuderunt preces ſuas coram Jehova in pugna, quas *gratiosè* ſuſcepit, quia confiſi ſunt τῷ λόγῳ *ſeu* verbo ejus. |
| בִּידֵיהוֹן הַהונגראי וְכל דִּי | | |
| עִמְּהוֹן אֲרום קְדָ' יְיָ צָלוּ | | |
| בְּקְרָבָא וְקַבִּיל צְלוֹתְהוֹן אֲרום | | |
| הִתְרְחִיצוּ בְּמֵימְרֵיהּ : | | |
| וְשַׁבוּ גִיתֵיהוֹן וּגְמַלֵיהוֹן | v. 21. | Deportârunt quoque poſſeſſiones eorũ, Camelos 50000. pecora 250000, Aſinos 2000. hominesque 100000. |
| חַמְשִׁין אַלְפִין וְעָאן מְאָתָן | | |
| וְחַמְשִׁין אַלְפִין וְחַמְרִין תְּרִין | | |
| אַלְפִין וְנַפְשִׁין דִּבְנֵי נָשָׁא מְאָה | | |
| אַלְפִין : | | |
| אֲרום קְטוּלִין סַגִיאִין נְפָלוּ | v. 22. | Plurimi verò occiſi perierunt, quia â λόγῳ *ſeu* verbo Jehovæ bellum erat, confederuntq; in locis eorum uſq; ad tempus exilij Senacheribi Regis Aſsyriæ. |
| אֲרום מִן קְדָ' מֵימְרָא דַיְיָ | | |
| קְרָבָא וְיַתִּיבוּ בַּאֲתְרֵיהוֹן עַד | | |
| זִמְנָן גְּלוּתָא דְסַנְחֵרִיב מַלְכָּא | | |
| דְאַתּוּר : | | |

---

התדחיצו ] legendum eſt התרחיצו cum Reſch.

v. 20. במימריה ] τῷ λόγῳ ſeu *verbo ejus*, DEI nimirum, *ſunt confiſi* ; Egregium teſtimonium hominis Judæi de Deitate τὸ λόγος ſeu Filii DEI, in quem Rubenitas, Gadditas & Menaſſitas credidiſſe, & fiduciâ ſuâ ei inhæſiſſe, commentatur ! Illuſtrare hæc poſſunt, quæ Evangeliſta Johannes ab initio Evangelii ſui ſcribit. Eſt verò hoc nomen reliquis quoque Targumiſtis uſitatum, Vide Jo. Lightfoot in Horis Hebraicis & Talmudicis, Evangelio Johannis impenſis.

v. 22. קטולין ] lege קְטִילִין. Ita prius quoque in Mſc. Codice, quo uſi ſumus, erat ſcriptum, ſed naſutus corrector in קְטוּלִין depravavit.

מן קדם מימרא דייי | *a Verbo DEI.* In hebræo eſt מֵהָאֱלֹהִים, ubi rurſum Targumiſta Noſter τὸν λόγον ſeu Verbum pro DEO habet.

עד זמן גלותא דסנחריב ] *uſque ad tempus exilii Senacherib.* In he-

Filij verò dimidiæ tribûs Menaſſis in terra Botanææ conſederunt & ad Meſer & montem Meſre Parſi, Montemque Hermon uſq; *res ſuas* extenderunt.

Primores familiæ Majorum eorum *fuêre* Epher, Ischi, Eliel, Aſriel, Jeremia, Hodevaja & Jachdiel, Viri ſtrenui, nominati *vel celebres*, & conſtituti Primores familiæ Majorum eorũ.

Fallaciter verò cum Deo Majorum ſuorum egerunt & ſcortati ſunt cum Idolis gentium terræ, quas perdidit Jehova ante illos.

v. 23. וּבְנֵי פַּלְגוּת שִׁבְטָא דִמְנַשֶּׁה
יְתִיבוּ בְּאַרְעָא דִבְמַתְנָן עַד
מֵישַׁר וְטוּר מֵישְׁרֵי פַּרְזֵי וְטוּר
חֶרְמוֹן הִנּוֹן סַגִיאוּ׃

v. 24. וְאִילֵּין רֵישֵׁי בֵּית אֲבָהַתְהוֹן
עֵפֶר וְיִשְׁעִי וְאֶלִיאֵל וְעַזְרִיאֵל
וְיִרְמְיָה וְהוֹדַוְיָה וְיַחְדִּיאֵל
גִּבָּרִין גִּבָּרֵי חַיִל אֲנָשֵׁי
שְׁמָהָן וּמְרַמְּנִן רֵישִׁין לְבֵית
אֲבָהַתְהוֹן׃

v. 25. וְשָׁקְרוּ בֶּאלָהֵי אֲבָהַתְהוֹן
וְזָנוּ בָּתַר טָעֲוַת עַמְמַיָּא
דְּאַרְעָא דְשֵׁיצִי יְיָ מִן קֳדָמֵיהוֹן׃

---

braeo tantùm eſt עד הגלה *uſque* ad *exilium*, de quo II. Reg. XVII. Confer Tremellium & Junium in ſcholiis ad h. l.

v. 23. עַד מֵישָׁר ] *uſque ad Meſar*. In hebræo eſt עַד בַּעַל חֶרְמוֹן. Eſt verò Mons Divo Hieronymo circa Libanum in Paleſtinæ finibus, annotante Aurogallo.

וְטוּר מֵישְׁרֵי פַּרְזֵי ] & *montem Meſre Parſi*, i. e. planitierum Pherezæi. In hebræo eſt: וְשְׂנִיר & *Sanir*, Amorrhæi ita appellant montem Hermon, quem Sidonii שִׂרְיוֹן vocant, prodente Moſe, Deut. III. 9.

v. 24. וְהוֹדַוְיָה ] In hebræo eſt וְהוֹדַוְיָה.

v. 26. מֵימְרָא דְאֱלָהָא דְיִשְׂרָאֵל ] ὁ λόγος ſeu Verbum *DEI Iſraelis*; In hebræo eſt אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל. Ita argumentor ex Targumiſta Noſtro contra Judæos: Deus Iſraelis eſt verus Deus, ὁ λόγος ſeu Verbum vel Filius Dei eſt Deus Iſraelis, teſte Targumiſta, ergo ὁ λόγος ſeu Verbum vel Filius Dei eſt verus Deus.

| | |
|---|---|
| וְגַרִי מֵימְרֵ֣ יְיָ֔ יָת רוּחָ֖ה דְּאִלָּהָ֣א דְיִשְׂרָאֵ֑ל | v. 26. Excitavit itaque ὁ λογος ſeu Verbum Dei Iſraelis Tiglat Pilneſarum, Regem Aſſyriæ, qui abduxit eos, tribum nim: Rubenis, Tribum Gadis & dimidiam tribum Menaſſis,& detulit eos Lachlach, Chabor, montes tenebrarum, |
| יָת תִּגְרַ֣ת פִּלְנְסַ֔ר | |
| מַלְכָּ֥א דְאַתּ֖וּר וְאַגְלִנּ֑ון לְשִׁבְטָ֣ | |
| רְאוּבֵ֔ן וּלְשִׁבְטָ֥ גָּ֖ד וּלְפַלְגוּת֙ | |
| שִׁבְטָ֣ מְנַשֶּׁ֔ה וְאַיְתִ֖ית יְאוּנּ֑ון | |
| לַחְלַ֣ח וְחָבוֹר֙ טוּרֵ֣י קַבְלָ֔אֵ | |

---

יָת תִּגְרַת ] In hebræo hæc quoque exiſtunt אֶת רוּחַ פּוּל מֶלֶךְ אַשּׁוּר *animum Pulis, Regis Aſſyriæ*: quæ Noſter non transtulit, arbitror verò hanc vocem nihili eſſe, & emaculandam, niſi ſit רוּחִיָּה reſcribendum. תִּגְרָא & in caſu conſtructo, תִּגְרַת *litem* & contentionem notat, quæ verò ſenſum nullum hic habent.

טוּרֵי קַבְלָא ] *montes tenebrarum*; In hebræo eſt: הָרָא *Hara*, & videtur הראה, quæ eſt Ptolemæi *Aria*, intelligi, videatur Jacobus Golius, in Lexico Arab. pag. 110. LXX. Interpp. Græci planè omiſerunt. Noſter Targumiſta appellativè, pro *montibus tenebrarum*, accipit, de quibus multæ ſunt Judæorum recentiorum fabulæ, quibuſcum cum unum cornu Targumiſta Noſter ſufflet, videri poſſit & ipſe recentioris ævi. Pro illuſtrando Noſtro libabimus nonnulla. Jer. XIII. 16. quod in hebræo eſt הָרֵי נָשֶׁף, Chaldæus Paraphraſtes extulit, טוּרֵי קַבַּל, quem ſequuntur Commentatores, R. Sal. Jarchi & R. David Kimchi, & ſimiliter exponunt הרי חשך *montes tenebrarum*. Juſti autem inſtar Commentarii eſſe poteſt, quod fabuloſus Gorionides, cap. 10. libri יוסיפון tradit. וילך משם דרך שני ימים ויבא עד הרי חשך ושם לא יאיר השמש לאור יומם ויתפרץ ללכת עד מקום בני יונדב בן רכב וקצת השבטים הדרים יחד אחרי הרי חשך ויקרא מגדודיו אלף וג' מאות גבורים וילך הלוך ונסוע ויקח עמו אתון מינקת עיר ויאסור את העיר בנה במבוא המקום ויבא שם וימצא אויר המקום מעונן בעלט' ואיד ולא ראו איש את אחיו והארץ ההיא מלוחלחת בטיט ויפגעו בעופות גדולי' ופניהם פני אדם ומדברים בלשון יוני ויאמרו אליו אלכסנדר שוב לך כי לא תוכל לדרוך בארץ עובדי אלהים אינך יכול לבוא בית אלהים ובית עבדין שוב לך כי לא תוכל לדרוך באיים הישבים שם קדושי אלהים וזרע אברהם עבדו ואל תתחר לעלי' במרום השמים אשר נסית לעלות ויאמר אליו עוף אחר התבשר כי תכבוש מלכות הודו ותהרוג את פורוס

פורס מלך הודו ׳ וירעד אלכסנדרוס מפני העופות וישב נסוע אחור דרך כ׳ יום וימצא את משנהו כאשר עזבו ויבן שם בנין עצום ויסגור את מבוא המקום ויכתוב באבנים גדולו׳ לאשר ראה : *Profectus autem inde*, ex insula quadam, non multùm dissita à vastissimo Mediæ deserto, Alexander, *itinere bidui ad montes tenebrarum pervenit, ubi Sol interdiu lucem haut subministrat, volens in Filiorum Jonadabi, Filii Rechabi, & quarundam tribuum Israeliticarum, una post montes tenebrarum habitantium, regionem penetrare: assumtis igitur mille & trecentis militibus, ulteriùs pergendo contendit; Asinam quoque, pullum lactantem, secum assumsit, & pullum ejus, ad introitum loci alligatum, reliquit.* (Hoc ideò factum est, notante in margine Versione Hebræo-Germanica Tigurina: Dieweil und daß das Gebürg fünster war/ daß man kein Weg/ noch keinen Steg nicht sehen kont/ und wann sie wiederum heim wolten gehen/ da giengen sie der alten Eselin nach/ die kont den Weeg wol gefinden zu ihrem jungen Fülle/ wie sie es hatten angebunden.) *Ubi igitur illuc penetravit, aërem loci caligine & vaporibus obnubilatum invenit, ut nemo alterum videre posset; solum verò ejus erat salugino sum atq; canosum.* (Versio Hebræo-Germanica Tigurina sensum horum verborum ita reddit; Und die Erd desselbigen Landes die war besilbert von Leimen/ daß man nicht wol darinn gehen möcht.) *inciderunt etiam inibi in grandes volucres, quæ humanam habuerunt faciem, & græcè loquebantur, quæ affatæ sunt* Alexandrum, *retro*, clamantes, *Alexander! neq; enim potes terram cultorum DEI pedibus usurpare, non potes ad ædes DEI & cultorum Ejus accedere, retrocede igitur, neque enim in insulas, in quibus Sancti DEI homines & Abrahami, Serui ejus, Semen, habitant, penetrare potes. Ne accendaris iræ* (Versio Hebræo-Germanica: Du solt dich nicht anreizen/ v. d. ne concupiscas) *ad excelsos cœlos evolare, prout evolare tentavisti. Alia volucris ad eum* dixit: *Lætatibi nuncia exisio; ecce enim subjugabis imperium Indiarum, occiso Imperatore earum, Poro. Sed volucribus hisce territus Alexander*, inde *profectus, itinere viginti dierum ad suos rediit, Vicariumque suum*, (Versio Hebræo-Germanica habet: seine Schaar/) *sicuti reliquit, invenit; extructà verò ibi ingenti machinâ, introitum loci illius occlusit, & visa ibi maximis saxis inscripsit.* Sed tam fabulosa hæc sunt, ut pudeat referre. Eadem verò historia seu potiùs fabula de Alexandro, cum iisdem ferè circumstantiis, in tr. Talm. תמיד cap. IV. fol. 66. fac. 1. Edit. Venetæ, plenissimè autem in libello Judai-

וְנַהַר גּוֹזָן עַד יוֹמָא הָדֵין׃ | &Nehar-Goſan in hunc uſq; diē.

Judaico, שבט יהודה, recenſeri dicitur. Quod verò antehac in diſſert. de nomine Edom priore, §. 18. de fabula Zephonis, quam Pſeudo-Joſephus, filius Gorionis, cap. 2. operis ſui fabuloſiſſimi recenſet, conjecturavimus, idem de ſuperiore narratiuncula judicamus, interpolatorem ſcil. Flavii Joſephi, hominem recentem ineptiſſimumque, hiſtorias de expeditione Alexandri in Orientem, & victoria de Poro, Indiarum Rege, relatas, falſaſſe, multisque Judaicis commentis interpolâſſe, idque Judæis novum non eſſe, aſſiduus eorum Lector atque Cenſor judicioſiſſimus, Jo. Buxtorffius, dudum obſervavit, Vid. Lexicon ejus Chald. fol. 1461. Ut hoc ex ſuperiore commate nonnihil illuſtremus, referunt hiſtoriæ, in ultima Aſia Alexandrum reſponſum accepiſſe, *uſq; quo Alexander?* Vide Tabb. Peutingerianas, ſegm. 8. hoc dicere hîc vult Gorionides, quando Alexandrum ab intento ulteriori itinere, ſed fabulosè à volucribus, humana præditis facie atque voce, revocatum eſſe nugatur. Similem alitem fabuloſus peregrinator, R. Petachias, in Mauſolæo Ezechielis Prophetæ vidiſſe ſe inter complures alias fabellas nugatur, in itinerario ſuo סבוב העולם dicto. De Alexandri contra Porum Indum obtentâ victoriâ Curtius aliiq; rerum ab Alexandro glorioſiſſimè geſtarum teſtes ſunt. De *Pylis Caſpiis* quoque ſeu *porta ferrea* hodienum דר בנד Der-Bend/ i. e. *porta vinculi* dictâ, veræ vel certè veriſimiles Hiſtoricorum relationes extant (quas producturi ſumus in notis in Tudelenſis itinerarium edendis,) quas verò lepidiſſimis figmentis Gorionides, triſtes ſuos contribules, X. tribuum Iſraeliticarum, poſt montes tenebrarum ſeu portas Caſpias extantium, imperio erecturus, mirè hic corrumpit.

וְנַהַר גּוֹזָן ] *Nehar-Goſan.* Hoc nomen erat loci, uti benè etiam Tremellius atque Junius vertunt, in locum enim ſeu urbem, non in fluvium, Colonia hæc eſt deducta. Sunt verò in vaſtiſſimo Aſſyriæ & Perſiæ imperio hodienum multæ urbes, quæ ex hac voce compoſitum nomen habent; Recenſebimus nonnullas ex Tudelenſis itineratio; in Meſopotamia hærens Tudelenſis Peregrinator refert, ſe delatum quoq; eſſe in urbem נהר־ליגא *Nehar-legam*, & poſtea לנהר־ויראה *Nehar-veraam*, & paulò poſt, Perſam, à porta urbis נהר־סומרה *Neharſomeræ* uſque ad Samarcandam, imperium extendere tradit. Similiter in notitia

| | | |
|---|---|---|
| Johanan genuit Aſariam, qui conſtitutus eſt ad obeundum munus Sacerdotale, in templo, quod extruxit Salomo Hieroſolymis. | v. 10. | וְיוֹחָנָן אוֹלִיד יָת עֲזַרְיָה הוּא דְּאִתְמְנָא לְכָהֲנָא בְּבֵיתָא דִּבְנָא שְׁלֹמֹה בִּירוּשְׁלֶם׃ |
| Jehozadak abiit in exilium, quando abduxit Jehova viros Judæ & habitatores Jeruſalem, per Nebucadnezarem. | v. 15. | וְיְהוֹצָדָק אֲזַל בִּגְלוּתָא כַּד אַגְלִי יְיָ יָת אֱנָשׁ יְהוּדָה וְיָתְבֵי יְרוּשְׁלֶם בִּיד נְבוּכַדְנֶצַּר׃ |
| Hæc ſunt nomina &c. | v. 17. | וְאִלֵּין שְׁמָהָת׃ |
| Filij Meraris fuere Machli & Muſi, hæ autem familiæ *ſunt* Levitarum ſecundùm Majores eorum. | v. 19. | בְּנֵי מְרָרִי מַחְלִי וּמוּשִׁי וְאִלֵּין זַרְעִיָּת לֵיוָאֵי לַאֲבָהָתְהוֹן׃ |
| Hi verò ſunt, quos præfecit David modulationibus | v. 31. | וְאִלֵּין דְּאוֹקִים דָּוִיד עַל יְדֵי שִׁיר |

notitia Imperii Rom. ſub diſpoſitione Viri ſpectabilis, Ducis Arabiæ, mentio fit loci *Naarſafari* dicti. R. David Gans complures quoque Hebræos Doctores recenſet, נהר־פקוד *Nahar-Pekode* oriundos, Vid. opus ejus Chronologicum, צמח דויד, pag. 49. b. & 50. a. & b. in Mappa quoque Geographica Perſiæ, Armeniæ, Natoliæ & Arabiæ, quæ auctore Frid. de Witt prodiit, urbes Chaldææ *Nahraban* & *Nahrmakel*, conſpiciuntur.

## CAP. VI.

Verſus novem priores in Cod. Mſc. abſunt.

v. 10. דְּאִתְמְנָא ) lege וְאִתְמְנָא.

Verſus 11. 12. 13. 14. deſunt.

Itemque comma 16.

Ut & verſiculus 18.

Verſus duodecim à v. 19. uſque ad 31. in Cod. Mſc. abſunt.

בֵּית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ בְּזִמְנָהּ
דְּאִתְחַת בֵּית אֲרוֹנָא׃

Sanctuarij DOMINI quando deducta est Capsula Arcæ.

וְהָווּ מְשַׁמְּשִׁין קֳדָם מַשְׁכְּנָא v. 32.
מַשְׁכַּן זִמְנָא בְּשִׁירְתָּא עַד
זְמַן דִּבְנָי שְׁלוֹמֹה יָת בֵּית
מַקְדְּשָׁא דַיְיָ בִּירוּשְׁלֶם וְקָמוּ
כְּדֵין חָזֵי לְהוֹן עַל פּוּלְחָנֵהוֹן׃

Deserviebant enim coram habitaculo tentorij Solennitatis in modulationibus, usque ad extructū â Salomone templum Sanctuarij Domini Hierosolymis & munus suum, prout cuique conveniebat, obibant.

וְאִלֵּין דְּקָיְמִין אִינוּן וּבְנֵיהוֹן v. 33. & 34.
מִבְּנֵי קְהָת הֵימָן מְשַׁבְּחָא בַּר
יוֹאֵל בַּר שְׁמוּאֵל בַּר אֶלְקָנָה
בַּר יְרֹחָם בַּר אֱלִיאֵל בַּר
תּוֹחַ׃

Illi verò sunt, qui ministrâsunt, & quidem ê filijs Kehathhi & filij illorū, Heman, cantor, F. Joelis, N. Samuelis, Pron: Elkanæ, Abn. Jerohami, Atn. Elielis, Trin. Tohæ.

וְאַחוֹהִי אָסָף דְּקָאִים עַל v. 39.
יְמִינֵיהּ הוּא אָסָף בַּר בְּרַכְיָהוּ
בַּר שִׁמְעָא׃

Ejusque Agnatus, Asaph, qui â dextris ei adstitit; Asaph iste fuit Fil. Berachiæ, N. Simæ.

וּבְנֵי מְרָרִי אֲחֵיהוֹן v. 44.

Meraritæ verò, agnati eorum,

---

בֵּית מַקְדְּשָׁא ) lege vel מַקְדְּשָׁא vel סוּקְדְּשָׁא. Videtur Scriba utramque lectionem conjungere voluisse, cùm utra genuina esset, dubitaret. v. 31.

דְּאִתְחַת ) melius דְּאִתְחֲרַת.

Vers. 33. hic & seqq. tres versiculi desunt.

וְאַחוֹהִי ] lege וַאֲחוֹהִי.

אֲחֵיהֶם ] *Fratres* i. e. agnati *eorum*, scil. Hemanitarum & Asaphitarum. Vox אָח latè apud Hebræos patet, & agnatos sæpe comprehendit, quandoque etiam ad hominem quemque ejusdem religionis extenditur. Hoc observarunt Tremellius & Junius, inde cum hic tum v. 39.

ad ſiniſtram conſtituti *erant*, Ethan, Fil. Kuſi, N. Abdi, Pron. Malluchi.

עַל שְׂמָאלָא אִיתָן בַּר קוּשִׁי
בַּר עַבְדִּי בַּר מַלּוּךְ ׃

Agnati autem eorum, Levitæ, præfecti fuerunt univerſo cultui tentorij Sanctuarij Domini.

v. 48. וַאֲחוֹהִי לֵיוָאֵי מְמַנִּן לְכָל
עֲבִידַת מַשְׁכַּן בֵּית מַקְדְּשָׁא
דַיְיָ ׃

Aaron verò ejuſq; Filij adolebant ſuffitum aromatum ſuper altare holocauſti & ſuper altare ſuffimenti, *ad* omne miniſterium Sancti Sanctorum & ad expiandum ſuper Iſrael, juxta omne, quod præcepit Moſes, Servus Domini.

v. 49. וְאַהֲרֹן וּבְנוֹי מַסְקִין קְטֹרֶת
בּוּסְמִין עַל מַדְבְּחָא דְעֹלְתָא
וְעַל מַדְבְּחָא דְקְטֹרְתָא לְכָל
פֻּלְחַן קֻדְשָׁא דְקֻדְשַׁיָּא וּלְכַפָּרָא
עַל יִשְׂרָאֵל כְּכֹל מָה דְפַקֵּד
מֹשֶׁה עַבְדָּא דַיְיָ ׃

Hæ verò ſunt ſedes una cum villis earum, in limitibus eorũ, Aharonitarum, & quidem Familiæ Kehat, nam ſortitò *eas* ſibi ſumſerunt.

v. 54. וְאִלֵּין מוֹתְבָנֵיהוֹן לְכַפְרָנֵיהוֹן
בְּתְחוּמֵיהוֹן לִבְנֵי אַהֲרֹן
לְגִנְיַסַת קְהָת אֲרוֹם לְהוֹן
הֲוָה עָדַב פִּיצָתָא ׃

---

ſuperiùs v. 39. & inf. v. 48. *Cognatos* reddunt. R. Sal Jarchi quoq; hoc dicere vult, quando in Comment. in h. l. ſcribit: בני מררי אחיהם על השמאל דומה שאמר בלשון אשכנז גברודיר MERARITÆ à SIMISTRIS) *ſimile ei eſt, quod dicitur Germanicè* גברודיר Gebrüder / meliùs dixiſſet בריטיר Bötter.

קוּשִׁי ] In hebræo eſt קִישִׁי cum hirek magno. Inferiùs tamen c. XV. v. 17. Ethan filius קוּשַׁיְהוּ quoque dicitur.

v. 45. hic & ſequentes duo verſus deſunt.

v. 49. קֻדְשָׁא ] rurſus geminam lectionem, uti videtur, ex dubitatione, utra genuina eſſet, Scriba conjunxit, legendũ enim eſt קֹדֶשׁ vel קֻדְשָׁא.

v. 50. hic & ſequentes tres verſiculi abſunt.

v. 54. עָדַב פִּיצָתָא ׃ ] utrumque ſortem notat, & ita deinceps quoq; perpetuò

| | |
|---|---|
| וְיִתְּבוּ לְהוֹן יָת חֶבְרוֹן בְּאַרְעָא דִּיהוּדָה וְיָת פַּרְוֵירְהָא סְחוֹר סְחוֹרָנַתְהָא׃ | v. 55. Conceſſerunt eis Hebronem, in terra domûs Judæ ſitam, & ſuburbia ei circumcirca adiacentia. |
| וְיָת חַקְלֵי קִרְיְתָא וְיָת פַּצְחֵיהָא יְהָבוּ לְכָלֵב בַּר יְפֻנֶּה׃ | v. 56. Agrum verò urbis [*Hebronis*] & villas ejus, Calebo, F. Jephunnæ, permiſerunt. |
| וּלְבְנֵי אַהֲרֹן יְהָבוּ יָת קִרְוֵי שׁוּבְתָא יָת חֶבְרוֹן וְיָת לִבְנָה וְיָת פַּרְוֵירְהָא וְיָת אֶשְׁתְּמֹעַ וְיָת פַּרְוֵירְהָא׃ | v. 57. Aharonitis autem dederunt urbes effugij, Hebronem, Libnam, ejuſque pagos, Eſtemoam cum pagis ejus. |
| וּמִשִּׁבְטָא דִּבְנֵימִן יָת גִּבְעוֹן וְיָת פַּרְוֵירְהָא וְיָת עַלְמֹת וְיָת פַּרְוֵירְהָא וְיָת עֲנָתוֹת וְיָת פַּרְוֵירְהָא כֹּל קִרְוֵיהוֹן תְּלֵיסְרֵי קִרְוֵי בְּגִנְסָתְהוֹן׃ | v. 60. E tribu Benjaminis Gebam, ejuſque villas, Alemeth, ejuſque villas, Anathoth, ejuſque villas, univerſè urbes tredecem ſecundùm *numerum* familiarum eorum. |

---

petuò conjunguntur, alterutrum verò ex margine fortaſſe irrepſit, vel utramque Scriba lectionem invenit, dubius igitur de genuina, utramque retinuit. Poſteriùs etiam פַּצְחֵיהָא ſcribitur.

יָת קִרְוֵי שׁוּבְתָא ] omiſit Noſter cum LXX. Interpp. Græcis vocem יְהוּדָה, quæ in textu addita eſt. v. 57.

וְיָת אֶשְׁתְּמֹעַ ] In hebræo ſuccedit וְאֵת יַתִּיר, quod Noſter rurſum omiſit: LXX. Interpp. Græci verò transpoſuerunt, exhibent enim in commate ſeq. τὸν ἰσθάρ, hic verò τὸν σελνά, in ſequentem verſum rejiciendum, & ἐλαὰν, ſeu, ſicuti in aliis libris legitur, ἠλαὰν reſcribendum.

v. 58. hoc & ſequens comma deficiunt.

Posteris Kehati, qui fuerunt residui ê Familia tribûs unius, dimidiaque tribu dimidiæ Menassis, urbes decem sorte obtigerunt.

v. 61. וּלְבְנֵי קְהָת דְּאִשְׁתַּיְרוּ מִגִּינְסַת שִׁבְטָא מִפַּלְגוּת שִׁבְטָא (פַּלְגוּת) דְּמְנַשֶּׁה בְּעַדְבָ פִּצָתָא קְרְוִין עַשְׂרָא׃

Gersomi verò posteris pro *numero* Familiarum eorum, è tribu Issascharis, Aseris, Naphtali, atque Menassis, in Botanæa urbes tredecem *sunt assignatæ*.

v. 62. וּלְבְנֵי גֵרְשׁוֹם לְגִינְסָתְהוֹן מִשִּׁבְטָא דְיִשָּׂשכָר וּמִשִּׁבְטָא דְאָשֵׁר וּמִשִּׁבְטָא דְנַפְתָּלִי וּמִשִּׁבְטָא דְמְנַשֶּׁה בְּמַתְנָן קְרְוִין תְּלִיסְרִי׃

Posteris Meraris *pro ratione* Familiarum eorum, ê tribubus Rubenis, Gadis, & Sebulonis per sortes urbes duodecem *obvēēre*.

v. 63. לִבְנֵי מְרָרִי לְגִינְסָתְהוֹן מִשִּׁבְטָא דְרְאוּבֵן וּמִשִּׁבְטָא דְגָד וּמִשִּׁבְטָא זְבוּלוֹן בְּעַדְבָ פִּצָתָא קְרְוִין תְּרֵי עְסַר׃

Concessêrunt verò Israelitæ Levitis urbes unà cum suburbiis suis.

v. 64. וְיָהֲבוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לְלֵיוָאֵי יָת קִרְוַיָא וְיָת פְּרְוִילֵהוֹן׃

Permisêre igitur, missis sortibus, illas ê tribu Judæ, Simonitarum & Benjaminitarum, nominatas urbes.

v. 65. וְיָהֲבוּ בְּעַדְבָ פִּצָתָם מִשִּׁבְטָ יְהוּדָה וּמִשִּׁבְטָ בְּנֵי שִׁמְעוֹן וּמִשִּׁבְטָ בְּנֵי בִנְיָמִין יָת קִרְוַיָא הָאִלֵּין דִּי קְרוֹ יַתְהוֹן בִּשְׁמָהָן׃

---

v. 61. דְּאִשְׁתַּיְרוּ ] ita, si rectè memini, legitur in Codice Msc. & paulò post vox פַּלְגוּת ἐν παρενθέσει: legendum autem est ibi דְּאִשְׁתַּיְרִי cum Resch penultima.

v. 64. פְּרְוִילֵהוֹן ] melius fortasse, פְּרְוִילֵיהוֹן.

v. 65. פִּצָתָם ] rescribendum est פִּצָתָא, vel planè emaculandum.

מִשִּׁבְטָ יְהוּדָה ] omissa est vox בְּנֵי, Quæ in hebræo extat.

| | | |
|---|---|---|
| וּמִמַּגִּיסַת בְּנֵי קְהָת וְחָוָה קְרֵוי תְּחוּמֵהוֹן מִשִּׁבְטָא אֶפְרָיִם׃ | v. 66. | *Quibuſdam verò* è Familiis Kehatenſium urbes limitaneæ ê tribu Ephraimi *ceſſerunt*. |
| וְיָהֲבוּ לְהוֹן יָת קִרְוֵי שֵׁיזְבָתָא יָת שְׁכֶם וְיָת פַּרְוֵירְהָא בְּטוּרָא דְּאֶפְרָיִם וְיָת גֶּזֶר וְיָרְתָּ פַּרְוֵירְהָא׃ | v. 67. | Dederunt enim eis urbes effugii, Sichemum, ejuſque ſuburbia, in monte Ephraimi, & Geſerem, ejuſque ſuburbia. |
| וּמִפַּלְגוּת שִׁבְטָא דִּמְנַשֶּׁה יָת עָנֵר וְיָת פַּרְוֵירְהָא וְיָת יִבְלְעָם וְיָת פַּרְוֵירְהָא לְגִיסַת בְּנֵי קְהָת דְּאִשְׁתַּיְּרוּ׃ | v. 70. | Eéque dimidia tribu Menaſſis, Anerum, & ejus ſuburbia, Ibleamum, ejuſque ſuburbia, *omnes has conceſſerunt* Familiæ Kehatenſium reſiduorum. |
| לִבְנֵי גֵּרְשׁוֹם מִגִּיסַת פַּלְגוּת שִׁבְטָא מְנַשֶּׁה יָת גּוֹלָן בְּמַתְנָן וְיָת פַּרְוֵירְהָא וְיָת עַשְׁתָּרוֹת וְיָת פַּרְוֵירְהָא׃ | v. 71. | Gerſomitis *aſſignârunt* è Familia vel territorio dimidiæ tribus Menaſſis, Gaulonem in Botanæa, & ejus ſuburbia, & Aſteroth ejuſque ſuburbia. |
| וּמֵעִבְרָא לְיַרְדְּנָא דִּירִיחוֹ לְמַדִּינְחָא דְּיַרְדְּנָא מִשִּׁבְטָא דְּרָאוּבֵן יָת בֶּצֶר בְּמַדְבְּרָא וְיָת פַּרְוֵירְהָא וְיָת יְהַצָה וְיָת פַּרְוֵירְהָא׃ | v. 78. | Et ultra Jordanem propè Jerichunta, ad Orientales Jordanis partes, ê tribu Rubenis *permiſere* Bezerem in eremo, ejuſque ſuburbia, Jahzamq; & ſuburbia ejus. |

v. 68. & 69. deſunt.

v. 70. וְיָת יִבְלְעָם ] ita quoque οἱ ο, ϗ τὸν ἰεμβλεάαν, in hebræo eſt וְאֶת בִּלְעָם. Joſuæ verò XVII. 11. legitur יִבְלְעָם. Inde Noſter hic quoq; ita legit, nam variè admodum atq; diverſimodè ſcripta nomina propria, cum Virorum, tum urbium, apud Hebræos, τὸ ἀκριβὲς in minutiis hiſce non attendentes, occurrunt, uti R. David Kimchi, in Comment. I. Paral. IV. 17. 24. V. 6. & VI. 54. ſcribit.

v. 72. & ſequentes quinque verſiculi abſunt.

v. 78. וּמֵעִבְרָא ] lege וּמֵעִבְרָא.

Reliqui verſus uſque ad finem capitis deſunt.

Filii

Filii Tholæ *erant* Uſi, Rephaja, Jeriel, Jahmi, Ibsam & Samuel, Familiæ Majorum ſuorum Primores conſtituti, & nomine Principis ſui, Tholæ, cognominati, Viri ſtrenui in generationibus *ſeu temporibus* ſuis *extiterunt*, *numeruſq; eorum*, Davidis ætate, ad 22600. uſq; *excrevit*.

v. 2. וּבְנֵי תוֹלַע עֻזִּי וּרְפָיָה וִירִיאֵל
וְיַחְמַי וְיִבְשָׁם וּשְׁמוּאֵל מַמְנֵן
לְרֵישִׁין עַל בֵּית אֲבָהָתְהוֹן
מִתְקָרִין עַל שׁוּם תּוֹלַע רַבְּהוֹן
גִּבָּרֵי חַיְלָא לְזַרְעִיתְהוֹן בְּיוֹמֵי
דָּוִד עֶשְׂרִין וְתַרְתִּין אַלְפִין וְשִׁית
מְאָה׃

Filius Uſi, Iſrachias, hujus verò Michael, Obadias & Joel Iſchiasque *fuerunt*, qui ſinguli *numero* quinque Primores ſunt conſtituti.

v. 3. וּבְנֵי עֻזִּי יִזְרַחְיָה וּבְנֵי יִזְרַחְיָה
מִיכָאֵל וְעַבַדְיָה וְיוֹאֵל יִשִּׁיָה
חֲמִשְׁתְּהוֹן מַמְנֵן לְרֵישִׁין
כְּלְהוֹן׃

Præfecti hi ſunt *Familiis ſuis, quæ* exercitum *univerſum* belli *conficiebant*, *capita* 36000. ductis enim pluribus uxoribus ſobolem numeroſiſſimam procreaverunt.

v. 4. וְעִלְּוֵיהוֹן מִתְמַנְן לְזַרְעִיתְהוֹן
חֵיְלָא לְקַרְבָא תִּלְתִין וְשִׁתָּא
אַלְפִין אֲרוּם אַסְגִּיאוּ נְשַׁיָא
וּבְנַיָא׃

## CAP. VII.

Caput Capitis reciſum eſt.

v. 2. לְזַרְעִיתְהוֹן בְּיוֹמֵי וגו׳ ] In hebræo eſt: לתולדותם למספרם ביומי, ſed Chaldæo igitur vox סְכוּמְהוֹן deſideratur.

v. 4. לְזַרְעִיתְהוֹן ] melius fortaſsè לְזַרְעֵיתְהוֹן.

לְקַרְבָא ] lege לְקַרְבָא.

גניסה

| | | |
|---|---|---|
| וַאֲחֵיהֶם לְכֹל גִּנְיַסַת יִשָּׂשכָר גִּבֹּרֵי חַיִל תִּמְנָן וְשִׁבְעָא אַלְפִין וְאִתְיַחֲסוֹן כְּלְהוֹן׃ | v. 5. | Conſanguinei verò eorum, Viri *itidem* ſtrenui, ex omnibus Familiis Iſaſcharis, *effecerunt capita* 87000. omnes enim ſunt recenſiti. |
| תְּלָתָא׃ | v. 6. | -- Tres. |
| זַבְנִי בִלְעָא אַצְבֹּן וְעֻזִּי וְעֻזִּיאֵל וִירִימוֹת וְעִירִי חַמְשָׁתְהוֹן רֵישֵׁי בֵית אֲבָתַתְהוֹן מְמַנָּן עַל גִּבֹּרֵי חַיִל וּמִתְיַחֲסִין עַל עֶסְרִין אַלְפִין וְתֵלְתִין וְאַרְבְּעָא׃ | v. 7. | Filii Belæ *fuerunt* Esbon, Uſi, Uſiel, Jeremoth, Iri, *hi* quinque, capita Familiæ Paternæ ſunt conſtituti, ſuper Viros Strenuos, quorum numerati ſunt 20034. |
| וּמִתְיַחֲסִין וְגִנְיַסָתְהוֹן רֵישׁ בֵּית אֲבָהָתְהוֹן גִּבֹּרֵי חַיִל עֶשְׂרִין אַלְפִין וּמָאתָן׃ | v. 9. | Hi recenſiti *fuerant*, & *deprehenſi ſunt* de Familiis eorum per capita Domus Paternæ, Viri Strenui 20200. |
| כָּל אִלֵּין בְּנֵי יִדִיעֲאֵל לְרֵישֵׁי אֲבָהָתְהוֹן גִּבֹּרֵי חַיִל שִׁבְעָא עֲסַר אַלְפִין וּמָאתָן נַפְקֵי חֵילָא לְקָרָבָא׃ | v. 11. | Hi omnes Filius Nepotesq; Jediaelis, capita Patrum *ſunt conſtituti*, Viri Strenui verò, *orituri ex eis, effecere capita* 17200. qui in Militiam proficiſcebantur. |

---

גניסת ] vel גניסת.

v. 5. תלתא ] *tres*, ita exhibet truncatè Codex Mſc. ukimam duntaxat commatis hujus vocem.

v. 6. על ] ſuſpecta vocula hæc videtur.

v. 7. עסרין אלפין ] in hebræo eſt משרים ושנים אלף.

v. 8. deficit.

v. 9. דרש ] legendum eſſe videtur רישי.

v. 10. deficit.

v. 12. & 13. deſiderantur.

Filii

Filii *vel* Pronepotes Menaſſis *ſunt* Aſriel, quem peperit concubina ejus Syra, quæ *etiam* peperit Machirem, Avum Gileaditarum.

v. 14. בְּנֵי מְנַשֶּׁה אַשְׂרִיאֵל יָלְדָה
פִּלַגְתִּי הּ אֲרַמִּיתָא יָלְדַת יָת
מָכִיר אֲבוּהוֹן דְּגִלְעָדְאִי :

Machir *autem* duxit uxorem ex Huſæis & Huphæis, quorum Soror Maacha eſt nominata; Nomen verò alterius *filii ſive abnepotis Menaſſis fuit* Zelophhad, cui *non niſi* filiæ fuere.

v. 15. וּמָכִיר נָסִיב אִתְּתָא מִן
חֻשָׁאֵי וְחֻפָּאֵי וְשׁוּם אֲחָתְהוֹן
מַעֲכָה וְשׁוּם תִּנְיָן צְלָפְחָד
וַהֲוָו לְצְלָפְחָד בְּנָן :

Peperit verò Maacha, Machiris uxor, filium, quem *ea* Peres vocavit, nomen fratris *ejus* Seres *fuit*, cujus filii Ulam & Rakem *extiterunt*.

v. 16. וְיָלְדַת מַעֲכָה אִתַּת מָכִיר
בַּר וּקְרַת שְׁמֵיהּ פֶּרֶשׁ וְשׁוּם
אֲחוּהִי שֶׁרֶשׁ וּבְנוֹהִי אוּלָם
וְרָקֶם :

---

v. 14. יָת מָכִיר אֲבוּהוֹן דְּגִלְעָדְאִי ] *Machirem, Auctorem Gileaditarum.* At ſupra cap. II. 21. *Machir, Princeps Gileadis* audit! Utrumque ſtare poteſt, potuit enim & Gileadis, ejuſque poſterorum Pater, & Gileadis, urbis, ſimul Princeps fuiſſe.

v. 15. מִן חֻשָׁאֵי וְחֻפָּאֵי ] *ex Huſæis & Huphæis*, pluraliter reddit, quia in hebræo quoque pluralis forma eſt לְחֻפִּים וּלְשֻׁפִּים h. e. ut rectè LXX. Interpretes reddunt, τῷ Ἀπφὶν καὶ σαπφίν, *Huphim* & *Suphim*, qui fuêre duo fratres, filii Iri, vide verſum capitis hujus 12. Poſtea verò affines Machiris. Occurrunt verò in Geneſi quoque cap. X. ℣. 13. 14. & XXV. v. 3. Nomina Virorum propria, aſſumentia pluralis numeri formam.

אֲחָתְהוֹן ] *Sororis eorum.* Puta, Hupimi & Supimi, rectè Noſter Targumiſta ſenſum reddit ejus, quod in hebræo eſt, אֲחוֹתוֹ. Conf. R. David Kimchi, in Commentario, & Tremellium atque Junium, in Verſione Latinâ.

וְשׁוּם תִּנְיָן ] *Nomen verò ſecundi* ſcil. filii vel abnepotis Menaſſis. Nam

| | |
|---|---|
| וַאֲחָתֵיהּ דִּי מַלְכַת יְלִידַת יַת : | v. 18. Soror autem ejus, quæ regnavit, peperit &c. |
| וּבֶד בְּרִיעָה וְשׁוּתֶלַח בְּרִיעָה | v. 21. Hujus Filius *fuit* Sebed, & hujus Sutelah & Elad: Hi fuere |
| וְאֶלְעָד הִנּוּן הַוּוֹ אֲמַרְכְּלַיָּא | Præfecti domûs Ephraimi, sup- |
| לְבֵית אֶפְרַיִם וּמְנוּ יַת קִצָּא | putantesque finem *vel æram Peregrinationis Patriarcharum*, |

---

Nam prius memoravit Afrielem, pronepotem, nunc, in recenſione alterum, abnepotem, Zelophhadum refert, confer R. Davidem Kimchiũ, in Commentario.

v. 17. deficit.

v. 18. וַאֲחָתֵיהּ ] *Soror autem ejus*, ſubintelligunt Kimchius, Tremellius & Junius, Gileadis, poſſit etiam Bedanis Soror fuiſſe.

דִּי מַלְכַת ] meliùs דִּי מַלְכַּת *quæ regnavit*, ſed neque hoc bene, nam in hebræo eſt nomen proprium הַמֹּלֶכֶת, *Ham-Molecheth*, vel *Melecheth*, ut LXX. Interpretes Græci extulerunt, quaſi dicat, *Regina*. Noſter Targumiſta, more ſuo, appellativè accepit, cujus opinionem ex parte Kimchius quoque apprehendit: המולכת אחות גלעד והיתה מולכת בקצת הארץ אשר לגלעד ואחותו ואעפי שלא נזכר בתורה ובנביאים ידוע הוא אצלם בקבלה' ולפי שהיתה אשה גדולה זכר תלדת' ET SOROR EJUS FUIT המולכת ) puta *Soror Gileadis, quæ cuidam tractui Gileaditidis imperavit. Utut verò neque in Lege, neque in Prophetis* ulla *ejus mentio fiat*, aliquid tamen *ex Cabbala* ſeu traditione *eis innoteſcere* de ea potuit, *meminit* autem *Generationis ejus*, quod ea *eſſet fœmina illuſtris.*

יְלִידַת יַת ] hic abrumpit ſive Targumiſta, ſive Scriba, verſiculum, quod non niſi nomina propria, quæ Lectoris facili negotio ex hebræo transferri poſſunt, inſequantur.

v. 19. & 20. deſunt.

v. 21. וְאֶלְעָד ] *& Elad.* Deſideratur in Chaldæo יְעֶזֶר *Eſer*, qui in hebræo comparet.

הִנּוּן הַוּוֹ אֲמַרְכְּלַיָּא וגו' וּמְנוּ יַת קִצָּא וגו' ] *hi fuere Præfecti &c. Et ſupputaverunt finem &c.* Hoc de ſuo addit Targumiſta Noſter, & com-

miniſcitur, Ephraimitas ideò contra Gathenſes profectos eſſe, quod arbitrati eſſent, finem æræ quatuor-ſecularis peregrinationis Patriarcharum, quæ Gen. XV. 13. Abrahamo prædicta fuit, inſtare, auctore Paralipomen. aliam rationem tentatæ excurſionis, non totalis Exodi ex Ægypto, deprædationem ſcil. finitimorum Gathenſium, aſſignante; Sed vulgaris hæc narratiuncula Priſcorum Judæorum eſt, unde in Jalkut ſive vetuſto Judæorum Commentario in hunc locum, qui Tanchuma, tractatum Talmud. de Synedrio, cap. חלק, & Capitula Rabbi Elieſeris, itidē hujus narratiunculæ Auctores atq; Traditores, in margine laudat, hæc legimus: ובני אפרים שותלח וגו' אמר רב אלו בני אדם שמנו לקץ וטעו וגו' ר' אליעזר אומר כל אותם שנים שהיו ישראל יושבים במצרים היו בני אפרים יושבים במח שלאנן ושליו עד שבא גואין מבניו של אפרים ואמר נגלה עלי הקבה להוציא אתכם בגאות לבו שהם מזרע המלוכה ושהם גבורי כח במלחמה עמדו ולקחו בניהם ובנותיהם ויצאו ממצרים ועמדו המצריים והרגו כל גבוריהם: FILII EPHRAIMI fuére SUTELAH, &c. I. Paralip. VII. 20. *Dixit Rabh:* Iſti *homines* fuerunt, *qui computârunt finem, & errarunt.* Et paucis interjectis: *R. Elieſer ait: Omni iſto tempore, quo Iſraelitæ in Ægypto commorati ſunt, Ephraimitæ quietè & tranquillè habitaverunt; usque dum Gevin*, quaſi diceret, *Superbus, ex poſteris Ephraimi prodiit, qui commentus eſt: DEUS benedictus per revelationem* mihi demandavit, *ut vos educam*: בגאות *ex elatione igitur animi*, perpendentes, *ſe ex ſtemmate Regio, & Heroas ſtrennos* eſſe, *moverunt* ſeſe, & *aſſumptis filiis ſuis atque filiabus, Ægypto ſunt egreſſi*, ſed *ſupervenerunt* eis *Ægyptii*, & validiſſimos quoſque *Milites* eorum *percuſſerunt.* Similiter R. David Kimchi, in Commentario ורזל דרשו כי זה היה קדם יציאת מצרים שמנו את הקץ וטעו ויצאו בלא עתם וקדמה להם זרה: *Sapientes Noſtri b. m.* ſcribit, *myſticè enarrant, hoc ante exitum* ex *Ægypto factum eſſe, quando computantes finem & aberrantes, tempore nondum impleto, ſunt egreſſi. Hoc igitur eis evenit.* Ipſe tamen Kimchi Ephraimitis, iam Ægypto egreſſis, hoc in deſerto accidiſſe arbitratur. Mihi verò, cum R. Jacobo Abendana, in Spicilegio ad Commentarium Michlal Jophi, non diſplicet omninò Targumiſtæ noſtri & Priſcorum Rabbinorum opinio, hoc Ephraimitis, in Ægypto adhuc exiſtentibus, contigiſſe, quod è textu præſenti ad oculum poteſt demonſtrari. Verſu enim ſequenti 22. dicitur; Ephraimum adhuc tum in vivis extitiſſe, & hanc ſuorum cladem acerbiſſimè deploraſſe. v. 23.

autem

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| מִן שַׁעְתָּא דַּהֲוָת דְּבִירָא דְּמֵימְרֵי עָלְמָא מִתְמַלְלָא עִם אַבְרָהָם בֵּינֵי פַּסּוּגַיָּא וְטָעוּ | ab eo temporis articulo, quo verbum Domini Mundi locutũ eſt cũ Abrahamo inter Segmẽta, (Gen. XV.) erraverunt verò |

autem dicitur, eum poſt hoc factum, jam Tritavo majorem, cum uxore congreſſum, filium generaviſſe, Beriah inde vocatum, qui fuit Tritavus Amminadabi, Proavi Joſuæ, Ducis. Unde non immeritò Sethus Calviſius, Chronologus inſignis, cap. 34. Hagog. Chronolog. hoc *ſtupendum planè fœcunditatis Exemplum* vocat. Si enim ſumamus, uti communiter ſtatuitur, Iſraelitas non ultra 210. vel 215. annos in Ægypto commoratos fuiſſe, tunc efficitur, memoratos hic Ephraimi Filios, Nepotesque tertio decimo ætatis anno Patres extitiſſe, ut ita haut dubitemus, hanc cladem Ephraimitas, in Ægypto adhuc hærentes, accepiſſe, an verò cauſa acceptæ cladis, commiſſus error in calculatione æræ peregrinationis Patriarcharum fuerit, hoc ulterioris eſt indaginis, & *μέγα λίαν ἄιτημα*, de quo valde dubitamus.

דְּבִירָא ] fortè rectiùs דְּבִירָה, idem autem eſt, quod ſuperius dixit מֵימְרָא.

פַּסּוּגַיָּא ] meliùs fortaſsè hic & infra legetur, פְּסוּגַיָּא.

וְטָעוּ ] *aberrarunt verò*: Quod negamus. Nam Apoſtolus Paulus, qui ex inſtinctu DEI ſcripſit, expreſsè in Epiſtola ad Galatas, c. III. v. 17. tradit, à promiſſione, Abrahamo factâ, uſque ad datam legem, ſeu Exodum ex Ægypto, 430. annos elapſos eſſe. Paulum ſequuntur Chriſtiani Chronologi plerique omnes, vid. Sethus Calviſius l. c. & Lud. Cappellus, in Chronologia Sacrâ, in Obſervationibus ad Tab. Chronolog. VIII. & alii. Sed quia Judæi increduli, Novi Teſtamenti Scriptori & Chriſtianis hominibus, fidem non adhibebunt, opponimus eis Contribulem Scriptorem, R. Davidem Gans, Chronologum præclarum, in Opere Chronologico, צמח דוד dicto, Parte I. ad An. M. 2448. qui æram 430. annorum, quæ Exod. XII. 40. traditur, à ſeptuageſimo ætatis Abrahami anno deducit, & auctores hujus ſententiæ vetuſtiſſimos laudat, Seder Olam Rabba, cap. 3. Mechilta, ad Paraſham בא אל פרעה, Gloſſam Exodi Magnam & Tanchuma in Exodum.

וַהֲוָה חֲמֵי לְהוֹן לְמִמְנֵי מִן
יוֹמָא דְאִיתְיְלִיד יִצְחָק וְנַפְקוּ
מִמִּצְרַיִם תְּלָתִין שְׁנִין מִן קֳדָם
דְאִיתְיְלִיד יִצְחָק הֲוָת דַּבִּירָא
דְמָרֵי עָלְמָא מִתְמַלֵּל עִם
אַבְרָהָם בֵּינֵי פַּסּוֹגְיָא
וּמַפְקְהוֹן מִמִּצְרַיִם הֲוָה עַמְּהוֹן
מָאתָן אַלְפִין גִּבְרִין בְּמָאנֵי
זֵינָא מְשֵׁיבְטָא דְאֶפְרַיִם
וּקְטָלוּנוּן אֱנָשֵׁי דְאִיתְיְלִיד
בְּאַרְעָא דְפְלִשְׁתָּאֵי אֲרוֹם
נָחֲתוּ לְמִבַּר גֵּיתֵיהוֹן ׃

Debebant enim ſupputationis *initium* facere â die, quo natus eſt Iſaacus, *ad id usque tempus*, quo ſunt egreſſi ex Ægypto, triginta autem annis, priusquam natus eſt Iſaac, collocutum eſt Verbum Domini Mundi cum Abrahamo inter ſegmenta, & educente eos *Domino Mundi* ex Ægypto, in numero eductorum fuêre Viri 200000 armati è tribu Ephraimi, quos occiderunt homines in terra Philiſtæorum nati, quòd deſcendiſſent deportatum pecora eorum.

---

מִן יוֹמָא דְאִיתְיְלִיד יִצְחָק ] *à die, quo natus eſt Iſaacus.* Inde deducunt hanc æram Hebræi recentiores, R. Aſarias, in libello eruditiſſimo, מאור עינים, cap. 35. & ante eum R. Moſes Ben Nachman, Comment. in Exod. Sect. בא. Rabbinu Bechai, Comment. in eundem locum, & apud eum Gaon Rabbinu Hananeel, Don Iſaacus Abarbenel, Comment. in Geneſin, c. XV. & in Sect. בא, ut & in Tractatu, זבח פסח, & denique R. Joſephus Karro, in libro תולדות יצחק, teſte R. Dav. Gans, l. c

מִתְמַלֵּל ] lege ut modò מִתְמַלְּלָא.

וּמַפְקְהוֹן ] reſcribo וּמַפֵּקְהוֹן.

מָאתָן אַלְפִין ] 200000. nimium hóc eſt, Num. I. 33. non niſi 40500. Ephraimitæ numerantur.

לְמִבַּר ] Colligo legendum eſſe, לְמִדְבַּר *ad abducendum* ſeu deportatum.

בל

| | | |
|---|---|---|
| וְאִתְאַבֵּל עֲלֵיהוֹן אֶפְרַיִם אֲבוּהוֹן יוֹמִין סַגִיאִין וְאָתוּ כָּל אֲחוֹהִי לְנַחֲמוּתֵיהּ׃ | v. 22. | Lugebatque eos Ephraim, Tritavus eorum, pluribus diebus, accedentibus conſanguineis ejus cunctis, ad conſolandum eum. |
| וְעַל לוּת אִתְּתֵיהּ וְעַדְיָאַת וִילִידַת בַּר וּקְרַת יַת שְׁמֵיהּ בְּרִיעָה אֲרוֹם בְּבִישְׁתָּא הֲוַת בְּבֵיתֵיהּ׃ | v. 23. | Supervenit itaque ſuæ Uxori, quæ facta gravida peperit ei filium, quem Beriam nominavit, quòd accidente hoc malo in domo ejus eſſet, *vel eſſe inciperet.* |
| וּבְרַתֵּיהּ שְׁאֵרָה דְּאִישְׁתַּיְירַת מִן קְטִילִין וּבְנַת יַת בֵּית חוֹרוֹן אַרְעָה וְיַת בֵּית חוֹרוֹן עִלָּאָה וְיַת אוּזֶן דִּשְׁאֵרָה׃ | v. 24. | Filia verò ejus Seera, *quæ ita dicta eſt, quòd* ex occiſis *eſſet* reſidua, condidit Beth-horon inferiorem & Beth-horon ſuperiorem, & Uſende-Seera. |

---

v. 22. כָּל אֲחוֹהִי] *omnes fratres*, vel, uti Kimchius & Vatablus rectè exponunt, conſanguinei *ejus*, in hebræo ſignum univerſale non extat.

v. 24. דְּאִישְׁתַּיְירַת] *quæ ſuperſtes fuit*, hoc de ſuo addit Targumiſta, ad Etymologiam nominis שְׁאֵרָה reſpiciens, ſimile ei eſt, quod in LXX. Virali verſione legitur: καὶ ἐν ἐκείνοις τοῖς καταλοίποις.

וְיַת אוּזֶן דִּשְׁאֵרָה׃] *Uſen Seeræ*, quæ urbs fuit, videtur verò duas urbes fuiſſe, Uſen dictas, quarum hæc diſcriminis cauſa Uſen Seeræ dicta eſſe videtur, Confer R. David Kimchi, Comment. in hunc locum. LXX. Interpretes Græci malè reddunt: Ἐ γὼ ὀζὰν σηρά.

v. 25. 26. deſiderantur.

Hæreditas verò eorum & ſedes Patria *fuére* Bethel, ejuſque villæ, verſùs orientem Naaran, & verſùs occaſum Geſer & villæ ejus, uſque ad Aiam & villas ejus.

v. 28. וְאַחֻזָּתָם וּבֵית מוֹשְׁבֹתָם בֵּיתְאֵל וּבְנֹתֶיהָ וְלִמְזְרַח נַעֲרָן וְלִמַּעֲרָב גֶּזֶר וּבְנֹתֶיהָ וְעַד אַיָּה וּבְנֹתֶיהָ׃

Et ultra Limitem Menaſſitarum, Bethſan, ejuſque villæ &c. in hiſce locis conſederunt filij Joſephi, filij Iſraëlis.

v. 29. וְעַל תְּחוּמָא דִבְנֵי מְנַשֶּׁה בֵּיתְשְׁאָן וּבְנֹתֶיהָ בְּאֵלִין יְתִיבוּ בְּנֵי יוֹסֵף בַּר יִשְׂרָאֵל׃

Hi omnes *fuére* Aſeritę, primores familiæ patriæ ſelecti, Viri ſtrenui, & primarij Præfecti, recenſiti verò ſunt in Exercitû & Militiâ numero 26000. capita.

v. 40. כָּל אִלֵּין בְּנֵי אֲשֶׁר רֵישֵׁי בֵּית אֲבָהָת בְּחִירֵיָא גִּבָּרֵי חֵילָא רֵישֵׁי אַמַּרְכְּלַיָּא וְאִתְיַחְסִין בְּחֵילָא בְּקְרָבָא סְכוּמְהוֹן גֻּבְרִין עֶשְׂרִין וְשִׁתָּא אַלְפִין׃

---

v. 28. מוֹשְׁבֹתָם ] lege מוֹשְׁבֹתֵיהֶם.

וְעַד אַיָּה ] vitiosè, in hebræo eſt עַד עַזָּה, & præcedit, שְׁכֶם וּבְנוֹתֶיהָ, quod in Chaldæo deeſt.

v. 29. וְעַל תְּחוּמָא דִבְנֵי מְנַשֶּׁה בֵּית שְׁאָן ] *& ultra Limitem Menaſſitarum, Bethſan.* In hebræo eſt, וְעַל יְדֵי וגו׳, quod & LXX. Interpretes Græci, Tremellius, Juniusque, Kimchius &c. ita interpretantur. Bethſan verò, Stephano Byzantio & Joſepho, lib. V. Judaic. Antiquitat. *Scythopolis* appellatur, in Notitia Provinciarum Imperii Romani, ſub diſpoſitione Viri ſpectabilis, Ducis Paleſtinæ, *Bithſama* audit. Deficit hîc verſuum Decas.

CAP. VIII.

| | | |
|---|---|---|
| וְאֵלֶּה בְּנֵי אֵהוּד אֵלֶּה הֵם | v. 6. | Hi filij ſunt Ehudis, ſuntque |
| רָאשֵׁי אָבוֹת לְיוֹשְׁבֵי גֶּבַע וַיַּגְלוּם | | primores patrum, qui inhabi- |
| וְאֲגַלִּי אֵינוֹן לְמָנַחַת לְאַרְעָא | | taverunt Gibeatam, quoſque |
| דְּבִית עַשְׁו׃ | | abduxit *Gera* Manahatum in- |
| | | terram Edomi. |
| וְנַעֲמָן וַאֲחִיָּה וְגֵרָא הֵינוֹן | v. 7. | Naaman, Achia & Gera, hi |
| אַגְלִיאוּנוּן וְאוֹלִיד יָת עֻזָּא | | abduxerunt eos, *Gibeatenſes*, ge- |
| וְיָת אֲחִיחוּד׃ | | nuitque *horum poſtremus* Uſam |
| | | & Ahihudum. |
| וְשַׁחֲרַיִם אוֹלִיד בְּחַקְלֵי | v. 8. | Saharaim verò in agro Mo- |
| מוֹאָב מִן בָּתַר דְּיִפְטַר יָתְהוֹן | | abitarum genuit, poſtquam di- |
| וְתָב וּנְסִיבְהוֹן יָת חֻשִׁים וְיָת | | miſiſſet eos, & redux Huſimam |
| בַּעֲרָה נְשׁוֹהִי׃ | | & Baaram, uxores, duxiſſet: |
| וְאוֹלִיד יָת בַּעֲרָה יָת הֹדֶשׁ | v. 9. | Genuitque cum Baarâ, (ea |
| אִתְּתֵיהּ | | eſt Hodſa, uxor ejus, |

## CAP. IIX.

Quinque priores verſus deficiunt,

לְמָנַחַת לְאַרְעָא דְּבִית עַשְׁו׃ ] *Manahatum, in terram Edomi.* Hoc de ſuo Targumiſta addit: de Manahat vide ſuprà II 52. & 54. v. 6.

וְאוֹלִיד יָת בַּעֲרָה יָת חֹדֶשׁ וגו׳ ] *& generavit eum Baarà, quæ Hodſa eſt.* Pro poſteriori יָת lege הִיא, ita enim legendum eſſe, in margine Codicis, quo ſumus uſi, Mſc. annotatur. Facere verò huc poſſunt, quæ in Medraſch Ruthæ, Paraſcha 4. & in Jalcut, comment. in h. l. ſequuntur, ea ita habent: ואת חושים ואת בערה נשין וכי יש לך אדם שהוא מוליד נשיו אלא חשש בבערה וביאר את ההלכה ויולד מן חדש אשתו שבימיו נתחדשה הלכה עמונית מואבי ולא מואבית Genuit Saharaim Uxores suas, Husimam et Baaram, I. Paral. VIII. 8.) *At verò, num quis Uxores ſuas ipſemet generare* poteſt? Senſus *igitur* eſt, Saharaimum *de Baara* ejuſque ſterilitate *ſolicitum*, *Halacham* ſeu conſuetudinem, ſtatim indicandam, exemplo ſuo *comprobaſſe*, ET REM CUM HODESCH UXORE SUA HABUISSE, ita dictâ, *quia tempore ejus renovata eſt halacha*; AMMONITÆ, NON AMMONITIDI, MOABITÆ, NON MOABITIDI, nefas v. 9.

*quæ ita dicta eſt, quòd* reſtauraverit filios Suæ) Jobabum, Meſam, Milcamum.

וְאִיתְחֲדַתָא בְנֵי שׁוּאָה יָת יוֹבָב וְיָת צִבְיָה וְיָת מִישָׁא וְיָת מַלְכָּם׃

Porrò Jeuzum, Sabiam & Mirmam, hi filii ejus fuere, Familiæ Paternæ primores.

v. 10. וְיָת יְעוּז וְיָת שַׁבְיָה וְיָת מִרְמָה אִלֵּין בְּנוֹי רֵישֵׁי בֵּית אֲבָהָתְהוֹן׃

Ex Huſima verò generavit Abitubum & Elpaalem.

v. 11. וּמִן חֻשִׁים אוֹלִיד יָת אֲבִיטוּב וְיָת אֶלְפַּעַל׃

---

fas eſt, in cœtum Iſraelis venire. Halacha hæc extat in Talmude, ejusque Compendio, *Beth Jacob*, Tract. Jebammoth, cap. 8. fol. 6. b. edit. Prag. *quæſtionem* ibi *movet* Davidi hoſtis *Doeg*, *non de Regno, ſed de cœtu Iſraelitico adeundo, utrum capax ejus ſit*, cum *ex Ruth*, Moabitide, *ſit ortundus*? *Reſpondit* autem ei *Abner*, Conſiliarius Saulis Primarius, quod ſic. *Traditio enim eſt*, inquit: עמוני ולא עמונית מואבי ולא מואבית AMMONITA, NON AMMONITIS, MOABITA, NON MOABITIS à cœtu Iſraelis excluduntur, & ſubijcitur: Eſſe hanc traditionem מבית דינו של שמואל הרמתי *Synedrii Samuelis Ramathenſis*. Sicuti igitur olim Elimelechi Uxor vidua, Rutha, ita & hîc Saharaimi Uxor, Baara, itidem Moabitis, in cœtum Iſraelis eſt admiſſa, ſicque Halacha eſt novo exemplo comprobata, unde quoque nomen חדש *Hodes*, id eſt, *Nova* ei ſit inditum. Habet verò hîc Medraſch Ruth & Jalkut, Hodeſam & Baaram pro diverſis, Alii tamen pro una binomine Uxore habent: Ita Prior Poſſeſſor, Italus Judæus, Exemplaris Bibliothecæ Jenenſis Medraſch Ruth, ſive is fuerit Caſpi quidam, ſive R. Jacobus Tarſa, vel etiam R. Samuel Manoz, horum enim omnium Poſſeſſorum nomina Exemplare illud præfert, manu ſua ad verba ſuperiùs citata in margine adſcripſit:

צל לא צורכא דה ויולד מן בערה ואת אמרת מן חדש אשתו׃

expreſſi utcunque Manuſcriptas literas, quas cum R. Jehuda Leb, Pferſenſis in Vicinia Synagogæ Moderatore, ita correctè lego:

צל לא צורכא אלא ויולד מן בערה ואת אמרת מן חדש אשתו *dicendum eſt, non*

| | |
|---|---|
| וּבְנֵי אֶלְפַּעַל עֵבֶר וּמִשְׁעָם וְשֶׁמֶר הוּא אֶלְפַּעַל הִבְנָא יַת אוֹנוֹ וְיַת כְּפַרְנָהָא דְצַדְיָאוּ בְּנֵי יִשְׂרָא׳ וְאוֹקִדוּנוּן בְּנוּרָא כַּד אֲגָחוּ קְרָבָא בְּגִבְעָת׳ עִם שִׁבְטָא בְנְיָמִין : | v. 12. Filii verò Elpaalis *fuerunt* Eber, Miſam & Semer, ille, Elpaal *nimirum*, *fuit*, qui condidit Onon, ejuſque villas, quas devaſtârunt, igneque exuſſerunt Iſraelitæ, quando bellum commiſerunt contra Gibeatam cum tribu Benjaminis. |

---

*non neceſſe* eſſe, ut eò deſcendamus, atque cum Auctore hoc Noſtro Baaram & Hodeſam aliam atque aliam fuiſſe dicamus : *Sed* ſenſus eſt, quòd *ex Baara genuerit* Saharaimus ; *At verò Tu* (Commentator) *dicis* : *ex Hodeſa, Uxore ſua* alia, eum genuiſſe : non bene. Confer Tremellium atque Junium in Scholiis, qui itidem de una binomine Uxore hoc intelligunt.

וְדִאיתְחַדְתָא בְנֵי שׁוּאָה ] *namque renovavit filios Sueh.* Hanc Noſter rationem inditi nominis חֻדָּשָׁה tradit, videtur dicere velle, eum Sueh fratri, ſine prole defuncto, ex Fratria, Hodſa, ſobolem ſuſcitaſſe, ſed unde hoc Noſtro conſtet, dicere non habeo.

וְשֶׁמֶר ] *& Samer*, ita quoque LXX. Interpp. Græci, Σεμήρ. In hebræo legitur cum daleth, וְשֶׁמֶד *& Semed* : ſed frequenter ד & ר ob ſimilitudinem permutantur. v. 12.

הוּא אֶלְפַּעַל ] *Elpaal nimirum*, hoc de ſuo addit Targumiſta Noſter Exegeſeos causâ.

יַת אוֹנוֹ ] *Onon*, de qua videatur Eſræ, II. 33. & Neh. VII. 37. XI. 35. & Matth. Aurogallus, l. c. & Jo. Lightfoot, in Chorographia Marco præmiſſa, cap. 9. §. 3. deficit verò in Chaldæo, יַת לוֹד *& Lyddam*, quod in hebræo eſt additum.

דְצַדְיָאוּ וגו׳ ] *quas devaſtarunt &c.* Hoc etiam Targumiſta Noſter de ſuo addit, cui Talmudici apud Jo. Lightfoot l. c. aſſentiuntur, *muris* ſcribentem, *cinctam hanc urbem*, Onon, *opinantur Talmudici, jamdudum à diebus Joſuæ, at flammis abſumptam in bello Gibeitico, quia dicitur* : OMNES ETIAM CIVITATES, AD QUAS PERVENERUNT, MISERUNT IN IGNEM, Jud. XX. 48. *Readificatam verò ab Elpaal Benjamita*, I. Paral.

Præterea Beria & Sema, hi *fuére* Primores Patrum, Aialonis incolarum, Hi ſtrenui pugnatores in fugam converterunt in bello Gatenſes.

v. 13 וּבְרִיעָה וְשֶׁמַע הֵנּוֹן רָאשֵׁי
דַּאֲבַהַת לְיֹתְבֵי אַיָּלוֹן הֵנּוֹן
גִּבְּרִיא אַפָּכוּ בְקָרְבָא יַת יָתְבֵי
גַּת׃

Hi Primores *ſunt* Patrum juxta generationes eorum primarias, hiíque conſederunt in Jeruſalem.

v. 28. אִלֵּין רֵאשֵׁי אֲבָהַת לְגֵנֵיסַתְהוֹן
רֵישִׁין אִלֵּין יָתְבוּ בִּירוּשְׁלֶם׃

Gibeonem verò inhabitaverunt Præfecti Gibeonis, *cujus urbis Conditoris cognominis* uxori nomen *fuit* Maacha.

v. 29. וּבְגִבְעוֹן יָתְבוּ רַבְּנֵי דְגִבְעוֹן
וְשׁוֹם אִתְּתֵיהּ מַעֲכָה׃

---

ral. VIII. 12. *dicit R. Lazar, Ben R. Joſah* : EXCISA ERAT IN DIEBUS CONCUBINÆ IN GIBEAH, AT PROSTITIT ELPAAL, ATQUE EAM RESTAURAVIT.

v. 13. דַּאֲבַהַת ] malim legas דַּאֲבָהַת.

Verſus ſequentes quatuordecem abſunt, in quibus mera nomina propria occurrunt.

v. 28. אֲבָהַת ] vel אַבָהַת.
יָתְבוּ ] vel יְתִיבוּ.

v. 29. יָתְבוּ ] meliùs יְתִיבוּ.

Cujus urbis conditoris cognominis &c. ] Kimchius in Comment. hujus loci ita ſcribit : ובגבעון ישבו׳ גבעון היתה וגו׳ ואולי אבי גבעון זה בנה אותה ונקראת על שמו׳ או שמו המיוחד היה יעואל כמו שזכר אותו למטה בפעם השנית בזכור זה היחס IN GIBEONE HABITAVERUNT) GIBEON FUIT *&c. Fortaſſis verò Princeps hic Gibeonis*, nomine Gibeon, *urbẽ eam condidit, ſuo nomine appellatam, vel nomen ejus proprium Jeuel fuit, prout inferius*, cap. 9. v. 35. *ejus, altera vice, in recenſione hujus Genealogiæ meminit*. Nos hic primam Kimchii conjecturam amplectimur, Tremellio & Junio altera placet.

v. 30. & 31. deficiunt.

אוליד

| | |
|---|---|
| וּמִקְלוֹת אוֹלִיד יָת שִׁמְעָה | v. 32. Mikloth genuit Simam, qui |
| וּבְרַם אִינוּן קֳבֵל אֲחֵיהוֹן יָתְבוּ | & ipſi cum conſanguineis ſuis |
| בִּירוּשְׁלֵם עִם אֲחוֹהוֹן : | è regione agnatorum ſuorum |
| | in Jeruſalem habitaverunt. |
| וְנֵר אוֹלִיד דְּמִתְקְרֵי אֲבִיאֵל | v. 33. Ner verò, qui & Abiel eſt |
| יָת קִישׁ וְהַוּוֹ צַוָּוחִין לֵיהּ נֵר | dictus, genuit Kiſum; vocave- |
| מִשּׁוּל דַּהֲוָה מַדְלֵק שְׁרָגַיָּא | runt autem eum Nerem, quia |
| בְּבֵית מַדְרְשַׁיָּא וּבְבָתֵּי | in Scholis & Synagogis lucer- |
| כְּנִשְׁתָּיָא וְהִיא זְכוּתָא גְּרִמַת | nas accendit, quod meritum |
| לְשָׁאוּל בַּר בְּרִיהּ לְמֶהֱוֵי | cauſa fuit Saulı, ejus Nepoti, |
| מַלְכָּא אֲרוֹם מַלְכוּתָא אֶתְחֲיָל | ut Rex fieret, quare Regnum e- |
| לֵיהּ לְשַׁרְגָּא וְקִישׁ אוֹלִיד | jus cum lucerna fuit compara- |
| יָת שָׁאוּל : | tum, Kis verò genuit Saulem. |

---

v. 33. דמתקרי אביאל אוליד אוליד דמתקרי אביאל ] ita transponendum eſt, ut Correctoris manus, in margine Codicis, quo uſi ſumus, rectiſſimè notat. Benè autem Targumiſta hoc addit, nam Pater Kiſi binominis fuit, Ner atque Abiel nominatus eſt, Vid. I. Sam. IX. 1.

והַוּוֹ צַוָּוחִין לֵיהּ וגו' ] *appellaverunt verò eum Ner &c.* Hæc Deraſch ſeu Allegoria ex Etymo nominis נֵר, quod *lucernam* notat, eſt deſumta, traditur autem ea quoque in *Vaiikra Rabba* ſeu Gloſſa Levitici M. Paraſcha aut Sectione 9. hiſce verbis: אמר ר' שמעון בן לקיש שאול לא זכה למלכות אלא על ידי שהיה זקינו מדליק נרות לרבים' אמרו מבואות אבילות היו מביתו לבית המדרש והיה מדליק נרות בהם כדי להאיר בהם לרבים כתוב א אומר ונר הוליד את קיש וכתוב א אומר קיש בן אביאל הא כיצד אביאל היה שמו אלא על ידי שהיה זקנו מדליק נרות לרבים זכה ונקרא שמו נר : *dixit R. Simeon F. Lakis : Saul non potitus eſt regno, niſi propter* merita *Avi, lucernas multitudini accendentis.* Doctores Noſtri *dicunt : Tranſitus perobſcuri fuerunt, à domo ejus,* Neris, *ad Synagogam, diſpoſuit igitur* Ner נרות *lucernas, per illa tenebricoſa ambulachra, ut multitudini* ſubminiſtrata *luce* prodeſſet. *Quædam verò Scriptura dicit,* I. Paral. VIII. 33. NER GENUIT KISUM. *Alia autem,* I. Sam. IX. 1. KIS FILIUS ABIELIS. *Ergo Abiel nomen ejus* proprium *fuit, quia verò* נרות *lucernas multitudini accendit, cõmeritus eſt* נר *Neris quoq; cognomen.* Fuit autẽ hic Ner alius ab eo, cujus I. Sam. XIV. 50. mentio fit, Pater enim illius extitit,

Fuêre autẽ filii *Ulamis* ſtrenui milites, ſubjicientes *ſeu rectificantes* appetitum ſuum, inſtar Viri arcu ſapienter jaculantis, ex quo factum eſt, ut filios Nepoteſq; quã plurimos procrearent, *benedicente ſcil. Jehova*, eorúmque familia 150. capitum eſſet, hi omnes ê filiis tribûs Beniaminis fuerunt.

v. 40. וַהֲוּ בְּנֵי גִּבָּרִין גַּבְּרֵי חֵילָא כַּבָּשִׁין יְצֵרֵיהוֹן הֵי כְּגַבְרָא דְּנָגִיד בְּקֶשְׁתָּא בְּחָכְמָא כֵּן הֲוּ מַסְגְּיָא בְּנִין וּבְנֵי בְּנִין גְּנִיסָתְהוֹן מְאָה וְחַמְשִׁין כָּל אִלֵּין מִבְּנֵי שִׁבְטָא דְּבִנְיָמִין׃

---

titit, uti bene Kimchius in Comment. obſervat, Schematiſmus eorum Genealogicus, quod ad præſens attinet, hic eſto.

Ner ſeu Abiel.

| Ner. | Kis. |
|---|---|
| Abner. | Saul. |

כְּנַשְׁתָּא ] meliùs כְּנַשְׁתָּיָא.

אַסְתִּיל ] rectiùs in hithpael אִסְתַּיָּל.

לְשַׁרְנָא ] meliùs לְשַׁרְנָה. Ratio verò comparationis obſcura non eſt, nam quemadmodum lumen citò extinguitur & conſumitur, ita quoque Saulis regnum citò finem ſuum eſt aſſecutum.

יַת שָׁאוּל ] Saulem, reliqua, quæ in hebræo leguntur, in Chaldæo abſunt.

Deficiunt hic ſex verſiculi.

v. 40. בְּנֵי ] deficit nomen Patris, אוּלָם, quod in margine à correctore Codicis, quo ſumus uſi, rectè eſt additum.

יְצֵרֵיהוֹן (כַּבְּשִׁין ſeu) כַּבָּשִׁין *ſubjugantes vel rectificantes motûs* ſuos facultatis appetitivæ, affectus ſcil. & paſſiones animi, quæ allegorica & homiletica eſt expoſitio, de figmentis ſeu geniis malis, ex Judæorum Theologia annotavimus nonnulla ſuperiùs ad cap. IV. v. 10.

מַסְגְּיָא ] lege מַסְגִּין.

וְכֹלְהוֹן יִשְׂרָאֵל אִתְיַחְסוּ וְהָא אִנּוּן כְּתִיבִין עַל סִפְרָא דְמַלְכֵי דְיִשְׂרָאֵל וּמַלְכֵי דְבֵית יְהוּדָה אִתְגְּלוּ בִגְלוּתָא לְבָבֶל מִטּוּל שְׁקָרֵיהוֹן׃

v. 1. Omnes ſic Iſraelitæ recenſiti fuerunt, ecce verò conſignati ſunt in libro Regum Iſraelis, Reges autem domûs Judæ propter mendacia ſua profecti ſunt in exilium, Babelem.

וְדָהוּ יָתְבִין קַדְמָאִין דִי בַאֲחֻסָּנַתְהוֹן בְּקִרְוֵיהוֹן יִשְׂרָאֵל כָּהֲנַיָּא וְלֵוָאֵי וּנְתִינָאֵי׃

v. 2. Ut & incolæ priores, ſecundùm hæreditates & urbes eorum, *ſunt recenſiti*, Iſraelitæ pariter ac Sacerdotes, Levitæ & Netinæi.

וּבִירוּשְׁלֶם יָתְבוּ מִן בְּנֵי יְהוּדָה וּמִן בְּנֵי בִנְיָמִין וּמִן בְּנֵי אֶפְרַיִם וּמְנַשֶּׁה׃

v. 3. In Hieruſalem verò & de filiis Judæ, & Biniaminis, & Ephraimi, & Menaſſis *quidam* cohabitavêre.

וּמִן בְּנֵי זֶרַח יְעוּאֵל וְאַחוֹהִי שִׁית מְאָה וְתִשְׁעִין׃

v. 6. Ut & de filiis Seræ, Jeiel, ejuſque conſanguinei, *numero* 690.

וְאַחוֹהִי לְרַעְיָתְהוֹן תִּשַׁע מְאָה וְחַמְשִׁין וְשִׁתִּין כֹּל אִלֵּין גַּבְרֵי רֵישֵׁי בֵית אֲבָהָן לְבֵית אֲבָהָתְהוֹן׃

v. 9. Eorúmq; Agnati ſecundùm familias ſuas, *numero* 956. hi omnes Viri primores, familiæ paternæ quisque ſuæ *fuit*.

---

## CAP. IX.

v. 1. מִטּוּל שְׁקָרֵיהוֹן ] *propter mendacia ſua*, i. e. propter mendacem & falſum cultum, idololatriam, in hebræo eſt בְּמַעֲלָם, quod LXX. Interpp. Græci reddunt: ἐν ταῖς ἀνομίαις αὐτῶν.

v. 4. & 5. deficiunt.

v. 6. וְאַחוֹהִי ] melius וְאַחוֹהוֹן

v. 7. & 8. deſunt.

v. 9. וְשִׁתִּין ] lege וְשִׁתְּאָ

אֲבָהָתְהוֹן ] lege אֲבָהָתְהוֹן

v. 10-11. & 12. abſunt.

Eorumque Agnati, Familiæ ſuæ paternæ præfecti, *numero* 1760. Viri Strenui, Præfecti Miniſterio cultûs Sanctuarii Domini.

וַאֲחוֹהִי מִמַּנָּן לְבֵית אֲבָהָתְהוֹן אַלְפָּא וּשְׁבַע מְאָה וְשִׁתִּין גִּבְרֵי חַיִל מִמַּנָּן עַל עֲבִידַת פֻּלְחָן בֵּית מַקְדְּשָׁא דְיָי׃ v. 13.

Qui incolebat urbes Netophatenſis.

דְיָתִיב בְּקִרְוֵי נְטוֹפָתִי׃ v. 16.

Janitoresque Sallum, Akob, Talmon, Ahiman, & eorum fratres *ſeu agnati*, Sallum autem Primarius fuit.

וְתַרְעָיָא שַׁלּוּם וְעַקּוּב וְטַלְמוֹן וַאֲחִימָן וַאֲחוֹהִי שַׁלּוּם רֵמְמַנָּן בְּרֵישָׁא׃ v. 17.

Qui hactenus in porta Palatii Regis Orientali *ſtationem habet*, fuerunt autem illi janitores de turba *ſeu claſſe vel ordine* Levitarum.

וְעַד הָכָא בְּתַרְעָא דְּפַלְטִירִן דְּמַלְכָּא דְּמַדִּינְחָא הֵינוֹן תַּרְעָיָא לְמַשְׁרִיַּת בְּנֵי לֵוִי׃ v. 18.

Sallum F. Korei, N. Abiaſaphi, Pron: Korachi, ejuſque conſanguinei, ſecundùm Familiam paternam, Korahenſes, Miniſterio cultûs cuſtodiendi ſuperliminaria tentorii, Patres verò eorum turbæ Domini, introitum cuſtodienti, erant præfecti.

וְשַׁלּוּם בַּר קוֹרֵא בַּר אֶבְיָסָף בַּר קָרַח וַאֲחוֹהִי לְבֵית אֲבוּהִי קָרְחָיֵא עַל עֲבִידַת פּוּלְחָן נְטַר שְׁקוּפֵיָא לְמַשְׁכְּנָא וַאֲבָהָתְהוֹן מִמַּנָּן עַל מַשְׁרִיְתָא דְיָי נְטַר מַעֲלָנָא׃ v. 19.

---

v. 14. & 15. deficiunt.

v. 16. in Codice Mſc. quo uſi ſumus, poſterius ſolummodo commatis fruſtum exhibetur.

v. 17. דְּמַמַּנָּא ] lege דְּמְמַנָּא *qui conſtitutus eſt.*

v. 19. בַּר אֶבְיָסָף ] reêtè, ita quoque Kimchius in Comment. conijcit, ex Exod. VI. 24. In hebræo eſt אֶבְיָסָף.

אֲבוּהִי ] vel אָבוּהִי.

מַשְׁרִיְתָא ] lege מַשְׁרִיַּת,



Digitized by Google

| | |
|---|---|
| וּפִינְחָס בַּר אֶלְעָזָר סַרְכָּן הֲוָה עֲלֵיהוֹן מִלְקַדְמִין מִן יוֹמָא דְאִתְּוְקֵם מַשְׁכְּנָא זִמְנָא בְּמַדְבְּרָא וּמֵימְרָא דַיְיָ הֲוָה בְּסַעֲדֵיהּ׃ | v. 20. Pinehas autẽ filius Eleaſaris, præfectus eis olim fuit, abeo jam die, quo Tentoriũ tempore *migrationis* per deſertum fuit erectum, ὁ δὲ λόγος *vel* verbum Domini fuit ei auxilio. |
| זְכַרְיָה בַּר מְשֶׁלֶמְיָה מְמַנָּא עַל תְּרַע מַשְׁכַּן זִמְנָא׃ | v. 21. Zacharias verò fil. Meſelemiæ præfectus eſt januæ habitaculi tentorij. |
| כֻּלְּהוֹן אִתְחַבְּרוּ לְתַרְעַיָּה בְּשַׁקּוּפַיָּא מְאָתַן וּתְרֵיסַר הֵינוּן בְּקִרְוֵיהוֹן וְאִתְיַחְסוּתְהוֹן הֵנוּן עֶשְׂרִין וְאַרְבְּעָא מַטַּרְתָּא דְתַקִּינוּ דָּוִיד וּשְׁמוּאֵל בְּהֵימְנוּתְהוֹן׃ | v. 22. Omnes hi conjuncti janitoribus ſuperliminarium *efficiunt* 212. *habitantes* in civitatibus ſuis, *complectebatúrque* proſapia eorum 24. cuſtodias, quas ordinaverunt David & Samuel fideliter. |

---

מִלְקַדְמִין מִן יוֹמָא דְאִתְּוְקֵם וגו׳ ] *olim inde, ex quo conſtitutum eſt &c.* Rectè ſic Noſter explicat vocem לפנים. Conf. R. David Gans in Opere Chronologico, *Zemach David*, Parte I. ad Annum Mundi 2892. Priſcorum Rabbinorum alienæ ſunt commentationes, quas recenſet Kimchius, comment. in h. l. v. 20.

וּמֵימְרָא דַיְיָ הֲוָה בְּסַעֲדֵיהּ׃ ] & ὁ λόγος ſeu Verbum *JEHOVÆ fuit in auxilio ejus*, hinc tale Nobis Targumiſta adversùs contribules Judæos ſuppeditat argumentum. Qui cum Pinehas fuit, eſt יהוה JEHOVA, verus DEUS, atqui ὁ λόγος ſeu Filius DEI cum Pinehas fuit, teſte Targumiſta, ergo ὁ λόγος ſeu Filius DEI eſt יהוה JEHOVA, verus DEUS.

לְתַרְעַיָּה ] lege לְתַרְעָיָא. v. 22.

בְּשַׁקּוּפַיָּא ) lege ut ſupra בְּשַׁקּוּפָיָא.

וְאִתְיַחְסוּתְהוֹן ] vel וְהִתְיַחְסוּתְהוֹן.

עֶשְׂרִין וְאַרְבְּעָא מַטַּרְתָּא ] *viginti quatuor Cuſtodiæ.* Hocaddit Targumiſta Noſter ex I. Paral. XXIV. Cæterùm pro מַטַּרְתָּא malim hic & deinceps legas מַטְּרָתָא.

וּשְׁמוּאֵל ] & *Samuel*, in hebræo additur הָרֹאֶה *Videns* ſeu Propheta.

His

Hi itaque,& filij eorum præfecti erant ianitoribus ſanctuarij,& ſanctuario Domini, juxta cuſtodias.

In quatuor τριγώνοις *triangulis* præfecti ianitoribus fuerunt, in orientali ſex cuſtodiæ, in occidentali ſex cuſtodiæ, in Aquilonari ſex cuſtodiæ, & in Auſtrali ſex cuſtodiæ.

v. 23. וְהִינוּן וּבְנֵיהוֹן מִמַּנֵי עַל
תַּרְעֵיָא וּבֵית מַקְדְּשָׁא דְיֵי
לְבֵית מַקְדְּשָׁא לְמַטַּרְתָּא׃

v. 24. לְאַרְבְּעַת טַרִיגוֹנוֹ דְהוֹן מְמַנָן
עַל תַּרְעֵיה מַדִינְחָא אַשְׁתָּא
מַטַּרְתָּא מַעַרְבָּא אַשְׁתָּא
מַטַּרְתָּא צִפוֹנָ׳ אַשְׁתָּא
מַטַּרְתָּא דְרוֹמָ׳ אַשְׁתָּא
מַטַּרְתָּא׃

---

v. 23. מְמַנֵי ] vel מַמַּנָן.
וּבֵית מַקְדְּשָׁא דְיֵי ) puto reſcribendum eſſe לְבֵית דְיֵי.

v. 24. לְאַרְבְּעַת טַרִיגוֹנִין וגו׳ ) *in quatuor* τριγώνοις ſeu Triangulis, inſigniter Targumiſta textum hic illuſtrat; Schema tale eſto:




מְמַנָן ) lege מַמַּנָן.
אַשְׁתָּא ) pro שִׁיתָּא, quod non memini me uſpiam alibi legiſſe.
נאחיהן

| | |
|---|---|
| וַאֲחֵיהוֹן בְּקִרְוֵיהוֹן לְמֵיתֵי לְשִׁבְעַת יוֹמִין מִזְמַן לְזִמְנָן עִם אִלֵּין : | v. 25. Et agnati eorum in ſuis *ſinguli conſederunt* urbibus, *ut commodè poſſent* ſtatutis temporibus poſt ſingulas ſeptimanas cum ſociis ſuis ingredi. |
| אֲרוֹם בְּהֵימְנוּתָא הִנּוֹן תַּבְרִין אַרְבְּעָתֵי גַּבְרַיָּא תַּרְעַיָּא הִינוֹן לֵיוָאֵי וְהֵנּוֹן מְמַנָּן עַל לִשְׁכָתָא וְעַל תֵּסְבְּרַיָּא בְּבֵית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ : | v. 26. Nam fideliter illos quatuor *Ordines* Virorum Janitorum, Levitarum, conſtituerunt, fuerunt̃que Præfecti conclavibus & Gazophylaciis Sanctuarii Domini. |
| וְחַזְרִנוּת בֵּית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ בֵּיתוֹן אֲרוֹם עֲלֵיהוֹן מַטְרְתָּא וְהִנּוֹן מְמַנָּן עַל אַקְלִידְיָא לְמֵיחַד וּלְמִפְתַּח בְּעִדָּן צַפְרָא בְּצַפְרָא : | v. 27. Excubârunt autem circa totum Sanctuarium Domini, quia eis cuſtodia *incumbebat*, ipſis quoque claves ſunt traditæ, occludendi *fores*, aperiendi̇que, cum primâ quaque luce. |
| וּמִנְהוֹן מְמַנָּן עַל מָאנֵי פּוּלְחָנָא אֲרוֹם בְּמִנְיָן יַעֲלוּנוּן וּבְמִנְיָן יְפִיקוּנוּן : | v. 28. Ex eorum quoque numero erant, qui ſupellectili miniſterii præerant, nam ſub certo numero promebant eam, condebant̃que. |
| וּמִנְהוֹן מְמַנָּן עַל מָאנֵיָא וְעַל כָּל מָאנֵי קוּדְשָׁא וְעַל סֹלְתָּא דְּמִנְחְתָּא וְחַמְרָא נְסוּכָא וּלְבוּנְתָּא אַדְכַּרְתָּא וּבְסָמָא דְּקְטֹרְתָּא : | v. 29. Simili modo erant ex eis, qui vaſibus, omni̇que inſtrumentorum ſacrorum *apparatui*, Similæ veſpertini ſacrificii, vino libaminis, thuri ſuffimenti, & unguentis ſuffitûs præficiebantur. |

וּמִנְהוֹן ] lege hic & deinceps וּמִנְהוֹן. v. 28.

יְפִיקוּנוּן ] lege יַפִּיקוּנוּן.

נְסוּכָא וּלְבוּנְתָּא ) in hebræo eſt interpoſitum וְהַשֶּׁמֶן *& oleum*, quod in Chaldæo deſideratur. v. 29.

וּלְבוּנְתָּא אַדְכַּרְתָּא וּבְסָמָא ) quæ ita punctari debent : וּלְבוּנַת אַדְכַּרְתָּא וּבוֹסְמָא.

E Sacerdotibus verò erant artifices in conficiendo ſuffimento pharmaceutico aromatum.

v. 30. וּמִן בְּנֵי כְהֲנַיָּא הֲוָה אוֹמָנוּן בַּעֲבַדַת קְטֹרֶת בּוֹסְמִין בּוֹשְׁמָנִין לִבְשָׂמִין :

Mattithias autem ex Levitis fuit primogenitus Sallumi, è familia Korachi *oriundus*, qui Miniſterio oblationis Sartaginum fideliter præerat.

v. 31. וּמַתִּתְיָה מִן לֵיוָאֵי הוּא בּוּכְרָא לְשַׁלּוּם דְּמִן זַרְעִית קָרַח מְמַנָּא בְּהֵימָנוּתָא עַל עוּבַד מַנְחַת מַסְרִיתָא :

Ex Kehatenſibus quoque, agnatis eorum, erant, qui panib⁹ diſpoſitionis, in menſa hebdomadatim apponendis, præficiebantur.

v. 32. וּמִן בְּנֵי קְהָת מִן אֲחוֹהִי מְמַנָּן עַל לַחְמָא סְדוּרָא לְתַקָּלָא עַל פְּתוּרָא שַׁבָּא בְּשַׁבָּא :

---

v. 30. אוֹמָנוּן ) vel cum ſimplici vav, אוֹמָנִן.

בַּעֲבַדַת ] vel בַּעֲבֹדַת.

v. 31. קָרַח ] vel קָרְחִי.

מַנָּחַת ] reſcribo מִנְחַת, *oblationis.* Inde LXX. Interpp. Græci quoque reddunt : ἐπὶ τὰ ἔργα τῆς θυσίας τῦ τηγάνυ τῦ μεγάλυ ἱερέως. Hæc illuſtrare poſſunt, quæ R. Sal. Aben Melech in præſentem locum comentatur : עַל מַעֲשֵׂה הַחֲבָתִים : הדגש וגו' ופרושו שהיה כהן גדול מקריב בכל יום עשירית האיפה במחבת מחציתה בבקר ומחציתה בערב כמו שכתוב זה קרבן אהרן ובניו וגומר : OPERI SARTAGINUM ) *Dageſch* &c. *Senſus autem eſt*, eum, Mattithiam, *Pontificem maximum fuiſſe, ſingulis diebus decimam partem Ephe in Sartagine, dimidiam quidem partem mane*, alteram *verò dimidiam partem veſperi obtuliſſe, prout dicitur* Lev. VI. 20. & ſeqq. Hoc ESTO SACRIFICIUM AARONIS ET FILIORUM EJUS &c. Jo. Lightfoot, in Horis Talm. Actibus Apoſt. impenſis, in Appendice ad cap. 14. hunc quoque locum ex LXX. Virali Verſione adducit, & inter ea recenſet, in quibus LXXII. Seniores ad Traditiones Judaicas reſpiciant, ſcribens : *ex Celebri famâ fuerunt* חביתי כהן הגדול SARTAGINES PONTIFICIS MAXIMI, *vide Menachoth, cap. II. Hal.* 3. *alibique frequentiſſimè.*

v. 32. לְתַקָּלָא ) reſcribo לְתַקָּנָא.

ואלין

| | | |
|---|---|---|
| וְאִלֵּין מְשֻׁבְּחַיָּא וְרִישֵׁי אֲבָהָת | v. 33. | Hi fuere Cantores, Primores |
| לְלֵיוָאֵי בְּלִשְׁכַּת אַטּוּנִין אֲרֵי | | Patrum inter Levitas, in con- |
| יְמָם וְלֵילֵי עֲלֵיהוֹן | | clavibus funium, quoniam eo- |
| בְּעִיבִּידְתָּא׃ | | rum erat, nocte dieque in Mi- |
| | | niſterio eſſe. |
| אִלֵּין רִישֵׁי אֲבָהָתָא לְלֵיוָאֵי | v. 34 | Atque *hi ſunt* Primores Pa- |
| לְזַרְעִיתְהוֹן רִישַׁיָּא אִלֵּין יָתִיבוּ | | trum inter Levitas, ſecundùm |
| בִּירוּשְׁלֶם׃ | | Familias eorum præcipuas, iiq; |
| | | Hieroſolymis habitârunt. |
| וּבְגִבְעוֹן יָתִיבוּ אֲבָהַת גִּבְעוֹן | v. 35. | Gibeone autem habitave- |
| יְעִיאֵל וְשׁוּם אִתְּתֵיהּ מַעֲכָה׃ | | runt Patres ſeu Principes Gibe- |
| | | onis, Jeiel, cujus uxori Maachæ |
| | | nomen fuit. |

בלשכת אטונין ) *in conclavibus funium* ſeu Orbium cælatorum. In hebræo eſt בְּלִשְׁכַת פְּטִירִים, ubi, monente Maſora, legitur פְּטוּרִים, quæ vox etiam I. Reg. VI. 18. occurrit, וּפְטוּרֵי צִצִּים, & innuuntur *calatura florum patulæ*, uti Commentatores Hebræi volunt, reddit verò ibid: Jonathan vocem priorem, uti hic Noſter Targumiſta, אַטּוּנִין. Erant igitur לִשְׁכַת אַטּוּנִין conclavia orbium inſtar rotunda, vel orbium figuris cælata, Vid. Joh. Buxtorffius, in Lexico, in voce אטונים. LXX. Interpp. Græci reddunt: διατεταγμέναι ἐφημερίαι, uti legitur in Codice Vaticano, & juxta eum impreſſis exemplaribus, vel, uti in aliis libris plenius legitur: ἐν τῷ παστοφορίῳ διατεταγμένοι εἰς ἐφημερίας. Eſt verò παστοφόριον, Helychio auctore, τὸ τὸν παστὸν φέρον, ἢ οἰκονομία, ἢ συναγωγὴ, ἢ ναὸς εὐανθής, hoc eſt, *id quod* τὸν παστὸν *paſtum affert* v. d. refectorium (nam paulò ante dixerat; παστάδαι, τόποι ἔνθα ἐδέοντο, ἀπὸ τῦ πάσασθαι i. e. *à paſcendo*) *aut* eſt *œconomia, vel Synagoga, vel* etiam *templum*, aut conclave *beneſloridum*, floribus ornatum, vel cælatum, vel, uti paulò ante vocaverat, ποίκιλον *variegatum*, quæ hunc Targumiſta Noſtri locum planè illuſtrant. Conf. quæ inf. ad cap. XXIII. 28. annotamus. v. 33.

אַבְהָתָא ] vel אֲבָהַת.

אִלֵּין ] vel אִלֵּין. v. 34.

וְשׁוּם אִתְּתֵיהּ ] in Codicibus impreſſis hebraicis, quî mihi ſunt viſi, v. 35.

Mikloth genuit Simamum, qui & ipſi è regione agnatorum ſuorũ cum conſanguineis ſuis Hieroſolymis habitarunt.

| | |
|---|---|
| v. 38. | וּמִקְלוֹת אוֹלִיד יָת שִׁמְעָם וְהִנּוּן אִינּוּן קֳבֵל אֲחוֹהִי יְתִיבוּ בִּירוּשְׁלֶם עִם אֲחוֹהִי׃ |

## CAP. X.

Philiſtæi bellum geſſerunt contra Iſraelem, in quo miles Iſraeliticus à Philiſtæis in fugam eſt converſus, & gladio interfectus cecidit in Gilboa.

| | |
|---|---|
| v. 1. | וּפְלִשְׁתָּאֵי אַגְחוּ קְרָבָא בְּיִשְׂרָאֵל וְאִתְבְּרִי אֱנָשׁ יִשְׂרָאֵל מִן קֳדָם פְּלִשְׁתָּאֵי וּנְפָלוּ קְטִילִין דְּחִירְבָּא בְּטוּרָא דְּגִלְבַּע׃ |

Perſequentes verò Philiſtæi Saulem, ejuſque filios, Jonathanem, Abinadabum & Malchiſuam, eos comprehenſos interemerunt.

| | |
|---|---|
| v. 2. | וְאַדְבִּיקוּ פְּלִשְׁתָּאֵי בָּתַר שָׁאוּל וּבָתַר בְּנוֹהִי וּמְחוּ פְּלִשְׁתָּאֵי יָת יוֹנָתָן וְיָת אֲבִינָדָב וְיָת מַלְכִּישׁוּעַ בְּנֵי שָׁאוּל׃ |

Ubi verò milites *hoſtiles* Saulem urgerent, & inprimis jaculatores, qui in tendendis arcubus artifices *erant*, ei immine-rent, *plurimũ* ab eis *ſibi* metuit.

| | |
|---|---|
| v. 3. | וְתַקִּיפוּ עֲבִידֵי קְרָבָא עַל שָׁאוּל וְאַשְׁכְּחוּ קַשָּׁתַיָּא דְּאוּמָנִין מִיגַּר בְּקַשְׁתָּא וּדְחִיל מִן קַשָּׁתַיָּא׃ |

---

vifi, legitur וְשֵׁם אֲחוֹתוֹ *& nomen Sororis ejus;* In antiquo tamen Mſc. & in vetuſtioribus Exemplaribus excuſis וְשֵׁם אִשְׁתּוֹ ſcriptum inveniri, Auctores ſunt Em. Tremellius, atq; Franc. Junius in Scholiis h.l. quam Lectionem Noſter Targumiſta quoque & LXX. Interpretes Græci ſequuntur.

v. 36. & 37. deſunt.

v. 39. & ſequentes verſiculi uſque ad capitis finem deſunt.

---

## CAP. X.

v. 1. וְאַפְּחוּ ] lege cum Caph, וַאֲפָּחוּ.

קְטִילִין ] vel קְטִילִין

דְּחִירְבָּא ] niſi forte ſit legendum, בְּחַרְבָּא.

v. 3. וְאִשְׁכּוֹחוּ ] vel וַאֲשָׁכְּחוּ.

לנטיל

| | |
|---|---|
| וַאֲמַר שָׁאוּל לְנַטִיל וְנַגְוִי שְׁלוֹף סֵיפָךְ וּקְטוֹלַנִי בֵּהּ דִּילְמָא יֵיתוֹן עָרֵילַיָּא אִלֵּין וְיִתְעַלְּבוּן בִּי וְלָא צָבֵי נְטִיל זֵינֵיהּ אֲרוֹם דְּחִיל וְנָסִיב שָׁאוּל יָת סֵיפָא וְאִתְרְמָא עֲלֵהּ׃ | v. 4. |
| וְחָמָא נְטִיל זֵינֵי אֲרוֹם מִית שָׁאוּל וְאִתְרְמָא אַף הוּא עַל סֵיפֵיהּ וּמִית׃ | v. 5. |
| וּמִית שָׁאוּל וּתְלַת בְּנוֹי וְכָל אֲנָשֵׁי בֵּיתֵיהּ בַּחֲדָא מִיתוּ׃ | v. 6. |
| וַחֲמוֹן כָּל אֱינָשׁ יִשְׂרָ' דִּי בְּמֵישַׁר אֲרוֹם אֲפָכוּ וַאֲרוֹם מִיתוּ שָׁאוּל וּבְנוֹי וּשְׁבָקוּ קִרְוֵיהוֹן וַאֲפָכוּ יָת פְּלִשְׁתָּאֵי וְיָתִיבוּ בְּהוֹן׃ | v. 7. |
| וַהֲוָה בְּיוֹמָא חָרָן וְאַתוּ פְּלִשְׁתָּאֵי לְעַרְטָלָא יָרַת קְטִילַיָּא וְאַשְׁכְּחוּ יָת שָׁאוּל וְיָת תְּלָתָא בְּנוֹי קְטִילִין רָמָן עַל טוּר דְּגִלְבֹּעַ׃ | v. 8. |

*Converſus igitur* ad armigerum ſuum, ſtringe, inquit, gladium tuum, & me eo interfice, *ne* fortè incircumciſi illi veniãt, & contumeliosè me tollant, nolente verò ex metu armigero, *ipſe* in arreptum enſem ruit.

Videns verò armiger Saulẽ ſublatum, ipſe quoq; in enſem ſuum procubuit, atque vixit.

Sicque Saul & tres filii ejus, omnesque ejus domeſtici ſimul occubuerunt.

Videns verò miles Iſraeliticus, qui erat in planitie, ſuos terga dediſſe, & Saulem occubuiſſe, civitatibus ſuis relictis, in fugam ſunt converſi; Philiſtæi verò invadentes eas occupaverunt.

Poſtera die accidit, ut Philiſtæi abirent denudatum & recognitum interfectos, repererunt̃que Saulis, ejusque trium filiorum eadavera ſupra montem Gilboa projecta.

---

לְנַטִיל ] rectiùs לְנַטִיל. v. 4.
דְּחִיל ] vel דְּחִיל.
וְאִתְרְמָא ] potiùs וְאִתְרְמָא. v. 5.
יָת פְּלִשְׁתָּאֵי ] reſcribo, וְאַתוּ פְּלִשְׁתָּאֵי. v. 7.
וַהֲוָה ] lego וְהַוָה. v. 8.
וְאַתוּ ] aut וַאֲתוּ.

Exutis igitur capita atq; arma abſtulerunt, & emiſerunt quaqua verſus in totam Paleſtinam, qui *lætiſſimum* nuncium de *auxilio* Fani Idolorum ſuorum & populi *victoriâ* proclamarent.

v. 9. וְחַלְצוּהוּ וְאֶת־רֹאשׁוֹ אֵת רֹאשׁוֹ וַיְשַׁלְּחוּ
וְאֶת כֵּלָיו וַיְשַׁלְּחוּ בְּאֶרֶץ
פְּלִשְׁתִּים סָבִיב לְמַבְשֶׂרֶת
אֶת בֵּית עֲצַבֵּיהֶם וְאֶת הָעָם׃

Armaque eorum depoſuerunt in Fano Idolorum ſuorum, & capita eorum è regione Idoli Dagonis de patibulo *vel palo* ſuſpenderunt;

v. 10. וַיָּשִׂימוּ אֶת כֵּלָיו בֵּית עַשְׁתָּרוֹת
וְאֶת גֻּלְגַּלְתּוֹ תָּקְעוּ עַל
חוֹמַת בֵּית דָּגוֹן׃

Cum verò Jabeſeni in Gileaditide hæc omnia, quæ à Philiſtæis Saulis cadaveri acciderunt, audirent;

v. 11. וַיִּשְׁמְעוּ כָּל אִישׁ יָבֵשׁ גִּלְעָד
אֵת כָּל אֲשֶׁר עָשׂוּ פְּלִשְׁתִּים
לְשָׁאוּל׃

Omnes, quotquot Viri erāt Strenui, profecti ſunt, & abſtulerunt Saulis filiorumq; ejus cadavera, & Jabeſum detulerunt, & poſtquam oſſa eorum ſub quercu ibi ſepeliviſſent, per ſeptiduum jejunârunt.

v. 12. וַיָּקוּמוּ כָּל אִישׁ חַיִל וַיִּסְעוּ כָּל
הַלַּיְלָה וַיִּקְחוּ אֶת
גְּוִיַּת שָׁאוּל וְאֶת גִּוְיֹת
בָּנָיו וַיְבִיאוּם יָבֵשׁ וַיִּקְבְּרוּ
אֶת עַצְמוֹתָם תַּחַת הָאֵשֶׁל
בְּיָבֵשׁ וַיָּצֻמוּ שִׁבְעַת יָמִים׃

---

v. 10. וַיְנִיהוּ) lege וַיְנִיחוּהוּ vel וַיְנִיחוּן.

v. 11. יָבֵשׁ) *Jabes*, LXX. Interpretes Græci reddunt: *οἱ κατοικοῦντες*, Gine dubio legerunt יֹשֵׁב.

| | | |
|---|---|---|
| וּמִית שָׁאוּל מִטּוּל שִׁקְרֵיהּ דְּשַׁקַּר בְּמֵימְרָא דַּיְיָ דְּלָא נְטַר בַּאֲגָחוּתֵיהּ קְרָבָא בְּדָבִית עֲמָלֵק וְאוֹף דְּשָׁאֵיל בְּבִרִין לְמִתְבַּע מִנְּהוֹן אִלְפָנָא : | v. 13. | Diem itaq; ſuum obiit Saul, propter mendacē & *hypocriticum* cultum, quem דְּמֵימְרָא λόγῳ ſeu Verbo Domini fallaciter exhibuit, dum in bello Amalekitico *divinum mandatum* non fideliter eſt executus, & etiam mendaces *ariolos* requiſivit, ut ab eis doctrinam impetraret. |
| וְלָא תְבַע אִלְפָנָא מִן קֳדָם יְיָ בְּאוּרַיָא וְתוּמַיָא עַל דְּקְטַל כָּהֲנַיָא דִּי בְנוֹב וְקַטְלֵי יְיָ וְסַקֵּף יַת מַלְכוּתָא לְדָוִיד בַּר יִשָׁי : | v. 14. | Neque à Jehova, per Urim atque Tumim, doctrinā quæſivit, ut & quòd Sacerdotes Nobenſes occidit, ideoq; ipſum quoque gladio perire permiſit, & occaſione hac in Davidem F. Iſai *transtulit* Regnum. |

בְּמֵימְרָא דַּיְיָ ] lege בְּמֵימְרָא דַּיְיָ. In hebræo eſt בַּיהוָה. Ex quo loco Targumiſtæ itid. Divinitas דְּמֵימְרָא λόγῳ ſeu Verbi DEI eſſentialis contra Judæos rectè adſtruitur, & vindicatur. v. 13.

בְּבִרִין ] malim legas בְּבַרִין aut בְּבַרְיָין.

וְסַקֵּף ) ſuſpectum videtur, num legendum וְסַלֵּק ? v. 14.

( בְּאוּרַיָא וְתוּמַיָא עַל דְּקְטַל כָּהֲנַיָא דִּבְנוֹב ) *per Urim & Tumim, quodque occidit Sacerdotes Nobenſes.* Hoc exegeſeos cauſa Targumiſta addit, in hebræo enim non extat. Conf. Talmud. Tract. Berachoth, cap. I. & compend. ejus, En Jacob, fol. 19. col. 1. Edit. Prag. ubi hæc leguntur: ולא ענני עוד גם ביד הנביאים גם בחלומות ואלו אורים ותומים הא קאמר משום דקטליה לנוב עיר הכהנים Non RESPONSUM DAT MIHI AMPLIUS DEUS, NEQUE PER PROPHETAS, NEQUE PER SOMNIA, I. Sam. XXVIII. 15. *Ubi Urim & Tumim non meminit, quia ſcil. occidit Nobenſes Sacerdotes.* Quæ, nonnihil obſcura, clariùs explanat adjecta Gloſſa R. Sal. Jarchi: גם בחלומות ולא הזכיר אורים לפי שיתביש ממנו שלא יאמר לו אתה גרמת שלא נענית באורים ותומים לפי שהרגת את הכהנים : NEQUE PER SOMNIA; *non verò meminit Urim ex pudore, ne ſcil. ei objiciatur: Tu in cauſa es, quòd per Urim & Tumim nulla reſponſa fiant, quia Sacerdotes* Nobenſes *occidiſti.*

אתגנסו

Confluentes igitur omnes Iſraelitæ Hebronem ad Davidē, dixerunt, ecce nos conſanguinei tui & caro tua ſumus.

v. 1. וַיִּקָּבְצוּ כָל יִשְׂרָאֵל לְדָוִד לְחֶבְרוֹן לֵאמֹר הִנֵּה קָרְיבְךָ וּבְשָׂרְךָ אֲנָחְנוּ׃

Quin & inde jam ab heſterno & ſuperiori tempore, ſub regimine Saulis, tu nos eduxiſti in prælium, & deduxiſti in Eccleſiam, & docuiſti Iſraelem, imò JEHOVA quoque DEUS tuus Tibi *obtulit*, Tu, inquiens, eſto Princeps & imperato populo meo, Iſraelemque gubernato, tuque eſto ἄρχων *ſeu Dux* ſuper populum meum Iſrael.

v. 2. גַּם תְּמוֹל גַּם שִׁלְשׁוֹם בְּהִיוֹת שָׁאוּל מֶלֶךְ אַתָּה הַמּוֹצִיא וְהַמֵּבִיא אֶת יִשְׂרָאֵל וַיהוָה אֱלֹהֶיךָ אָמַר לְךָ אַתָּה תִּרְעֶה אֶת עַמִּי אֶת יִשְׂרָאֵל וְאַתָּה תִּהְיֶה נָגִיד עַל עַמִּי יִשְׂרָאֵל׃

Venientibus igitur omnibus Iſraelis Senioribus Hebronem ad Regem, David Hebrone coram JEHOVA jurejurando ſeſe devinxit, tutelamq; ſuam *promiſit*, ipſi *verò viciſſim* Davidem in Regem ſupra Iſraelem ſecúndùm Verbū Domini, quod locutus eſt per Samuelem, inunxerunt.

v. 3. וַיָּבֹאוּ כָל זִקְנֵי יִשְׂרָאֵל אֶל הַמֶּלֶךְ חֶבְרוֹנָה וַיִּכְרֹת לָהֶם דָּוִד בְּרִית בְּחֶבְרוֹן לִפְנֵי יְהוָה וַיִּמְשְׁחוּ אֶת דָּוִד לְמֶלֶךְ עַל יִשְׂרָאֵל כִּדְבַר יְהוָה בְּיַד שְׁמוּאֵל׃

---

## CAP. XI.

v. 2. הַוִּינָתָא ] reſcribo הַוִּיתָא aut הַוִּירָת.

וּמַעֲיל יָתְנָא לְבֵית מַדְרְשָׁא ] *& deduxiſti nos in Eccleſiam*, de Ductore belli atque Rege hic ſermo eſt Chronicorum auctori, non Eccleſiæ Doctore.

| | |
|---|---|
| וַאֲזַל דָּוִד וְכָל יִשְׂרָאֵל יְרוּשְׁלֶם הִיא יְבוּס וְתַמָּן עַד דַּהֲיָא שַׁעְתָּא יְבוּסָאֵי יַתְבֵי אַרְעָא׃ | v. 4. Profectus autem est David omnisque Israel Hierosolymas, quæ Jebus *olim est dicta*, unde in hunc usque diem Jebusæi indigenæ ibi existunt. |
| וַאֲמָרוּ יַתְבֵי יְבוּס לָא תֵיעוֹל הַלְכָא וּכְבַשׁ דָּוִד יַת חֲקָרָא דְצִיּוֹן הִיא קַרְתָּא דְּדָוִד׃ | v. 5. *Prohibuerunt verò* cives Jebusæi, non, inquientes, huc ingredieris, sed expugnavit tamẽ David arcem Zionis, quæ *etiam inde* urbs Davidis *est dicta*. |
| וַאֲמַר דָּוִד כָּל דִּקְטוֹל יְבוּסָאָה וְיִכְבּוֹס יַת קַרְתָּא יְתַמֵּנִי לְרַב חַיָּלָא וּלְרֵישׁ אוּכְלוֹהִי וְסַלִּיק בְּקַדְמֵיתָא יוֹאָב בַּר צְרוּיָה וַהֲוָה לְרֵישׁ חַיָּלָא׃ | v. 6. Edixit verò David, quicunq; *inquiens*, Jebusæum cædet, & urbe potietur, is Imperator copiarum & Dux ἔχλας *seu militũ* constituetur, cumque Joabus F. Zeruiæ *urbis muros* primùm conscendisset, *salutatus* est Dux exercitûs. |
| וְיָתִיב דָּוִיד בְּחַקְרָא בְּגִין כֵּן צַוּוחִין לַהּ קַרְתָּא דְּדָוִיד׃ | v. 7. Quia autem David arcem inhabitavit, ideoq; eam *partem* urbem Davidis vocarunt. |
| וּבְנָא קַרְתָּא חַזּוֹר מִן מִלְיָתָא וְעַד חַזְרָנוּתָא וְיוֹאָב מְפַרְנֵס יַת שְׁיָיר קַרְתָּא׃ | v. 8. Excoluit verò David urbem circumcirca, ab *uno* valli *extremo* per circuitum usque *ad extremum alterum*: Joabo urbis reliquæ gubernationem *commissâ*. |

וּכְבַשׁ) vel וּכְבַס. v. 5.
יַת חֲקָרָא) est græcum ἄκρα, Hesychio est ἀκρόπολις *arx*.
דִּקְטוֹל) melius דִּיקְטוֹל. v. 6.
לַהּ) vel לֵיהּ, vel לָהּ. v. 7.
מְפַרְנֵס) *gubernans*, possit etiam significare *pascentem*, vel *alentem*. v. 8.

Sumpſitque David majores ſubinde vires & incrementa, & ὁ λόγος *ſeu* Verbum Domini exercituum erat ei ab auxilio.

וַאֲזַל דָּוִד אָזֵיל וְסַגִּי וּמֵימְרָא דַּיְיָ צְבָאוֹת הֲוָה בְּסַעְדֵּיהּ׃ v. 9.

Sunt verò hi præcipui bellatores, qui cum Davide fuerunt, quique una cum eo ſub regimine ejus fortitudine celebres fuêre, cumq; Iſraele ad regnum Iſraeliticum, ſecundùm Domini Verbum, *eum evexerunt.*

וְאִלֵּין רֵישֵׁי גִּבָּרַיָּא דִּהֲווֹ עִם דָּוִד דְּמִתְקְפִין עִימֵיהּ בְּמַלְכוּתֵיהּ עִם יִשְׂרָאֵל לְאַמְלָכוּתֵיהּ הֵי כְּפִיתְגָמָא דַּיְיָ עַל יִשְׂרָאֵל׃ v. 10.

Hi numeri ſunt heroum, qui cum Davide fuerunt, Caput & *primus* hujus Virorum turmæ *fuit* ſedens ſuper tribunali,

וְאִלֵּין סְכוּמֵי גִּבָּרַיָּא דִּהֲווֹ עִם דָּוִד גִּבָּרַיָּא רֵישׁ מַשְׁרִיתָא יָתִיב עַל כּוּרְסֵי דִּינָא v. 11.

---

quomodo intelligunt h.l. Talmudici Doctores: ויואב יחיה את שאר העיר אמר רב יהודה אמר רב אפילו מוניני וצחנתא טעים פרים להו: ET JOAB יחיה VIVIFICAVIT RELIQUAM URBEM) *Refert R. Jehuda de Rab, dixiſſe* eum, *etiam* מוניני h.e. GloſſatoreSalomone, דגים קטנים *piſciculos*, וצחנתא h. e. eodem Interprete, מין דגים קטנים certam *piſciculorum ſalitorum ſpeciem, deguſtans* Joabus *diſtribuit eis*, ſcil. לעניי העיר למזונות ופרס שנוטלין מבית המלך *pauperibus urbis, alimentorum* & muneris loco, *quæ* eis *ex aula Regis deferebant*, uti extat in Talmude, eiuſque Compendio, Beth Iſrael, Tract. de Synedrio, cap. 6. fol. 110. col. 2. Edit. Prag. Sed prior vocabuli acceptio magis huc quadrat. Neque tamen hæc ſenſum verbi hebræi, יָחַיָּה ſatis exprimit, *quod reſtaurare, readificare* metaphoricè hic notat: Vid. Commentatores Hebræi.

v. 9. וּמֵימְרָא דַּיְיָ ] & ὁ λόγος aut Verbum JEHOVÆ; In hebræo eſt יהוה JEHOVA, quod eſt Nomen vero & naturali DEO proprium. Unde Divinitas Filii DEI denuò ſit manifeſta.

v. 10. דְּמִתְקְפִין ] lege דְּמִתַּקְפִין.

v. 11. עִימֵיהּ ] lege עִמֵּיהּ.

סְכוּמֵי ] melius סְכוּמֵי.

יָתִיב עַל כּוּרְסֵי דִּינָא ] *tribunali inſidens.* More ſuo Targumiſta Noſter

וְכָל נְבִיָא וְחַכִימַיָא מַפְקִין לֵיהּ
מְרַבֵּי בְמִשְׁחָ קֻדְשָׁא כַּד הֲוָה
נָפִיק לְקָרָבָא הֲוָה מִסְתַּיַּע
מִלְעֵילָּ וּבְמִתְבֵיא לְאוּלְפָּן
אוֹרַיְתֵיהּ הֲוָת סַלְקָא
שְׁמַעְתָּא אֲלֵיבֵיהּ בְּחִיר
וּמְפַנַּק שַׁפִּיר בְּרִיוָה וְיָאֵת
בְּחֶזְוָא

Omnesq; Prophetæ & Sapientes produxerunt eum, unctum oleo ſancto, cumque profectus eſt in bellum, adjutus eſt deſuper; cum verò ſedit *pro Cathedra docens* legem ejus (*DEI*) doctrina ejus ſupremum attigit apicem, & juxta mentem *ſententiamq;* ſelectiſſimi *cujusq;* & delicatiſſimi *fuit*; elegans quoq; aſpectu erat, & vultu formoſus;

---

Noſter ἀλληγορεῖ, in hebræo eſt nomen proprium herois יָשְׁבְעָם *Jaſabeam*, quod Noſter appellativè transtulit, ſignificat enim *præſidentem populo*, idem ferè eſt quod græcum Δημόκριτος *populi Judex*. Unde R. Dav. Kimchi quoque in Comment. ישבעם ובספר שמואל וגו' והיה יושב בשבת עם המלך שהיה מיועציו וזהו שנקרא שמו ישבעם שהיה יושב בעצה עם המלך נגד העם או על ענייני העם JASABEAM): *in libro Samuelis &c. Aſſedit verò Regi per hebdomadem, fuit enim è Conſiliariis ejus, inde quoque nomen Jaſabeam eſt adeptus, namque Aſſeſſor fuit in Senatu Regio, coram populo, ſeu de re populi publica.* Sed quid de hujuſmodi Gloſſis, ex Etymologiis nominum erutis, ſentiamus, ſupra ad cap. I. v. 10. & 19. diximus.

נבִיא ] lege נְבִיאֵי.

וְחַכִימַיָא מַפְקִין לֵיהּ ] *& Sapientes produxerunt eum.* Pergit Noſter in cœpta allegoria, quia enim textus Jaſabeamum בן חכמוני *filium Hachmoni* facit, Noſter *à Sapientibus productum*, hoc enim notant, ſi appellativè accipiantur, hebrææ voces, myſticè enarrat.

וּבְמִתְבֵיא לְאוּלְפָּן וגו' ] lege וּבְמִסְתַּבְיָא. In hebræo ſaltem ſermo eſt de inſigni heroe, & ſtrenuo milite, de ראש השלישים *Capite* ſeu Principe *tribunorum*; Noſter verò latiùs ad omnem tribunitiam ἐξο-

בָּקִי בְּחָכְמְתָא וְסַכְלְתָנ
בְּעָצְתָא גִּבַּר בְּגְבוּרְתָא רֵישׁ
מְהֵימְנָתָא בְּסִים בְּקָלָא וְרַבְּנ
בְּשִׁירְתָא וְסַרְכָן עַל גַּבְרַיָּא
וְהוּא מְתַקָּנ בְּמָאנֵי זִינָא וְנַיְזִיל
מוֹרְנִיתֵיהּ דְּבֵיהּ תְּלִי אָתָא
דְּטַקְסָ מַשְׁרְיָת יְהוּדָה וְנָפַק עַל
פּוּם קָל רוּחָא דְּקוּדְשָׁא וְנָצַח

exercitatus quoque in ſapientia, conſilio prudens, fortitudine præſtans, Academiæ caput *ſeu Rector*, in voce *concentuque* ſuavis, inq; cantilenis Magiſter, & Heroum Princeps, armis perquam ſtrenuus, qui *aliquando* extulit haſtam ſuam, de qua inſigne τάξεως ſeu alæ militaris Judæ ſuſpenſum erat, & profectus eſt ex ore *ſeu inſtinctu* vocis Spiritus Sancti, Victorq;

---

χήν *excellentiam*, in reliquis quoque Doctrinæ, eruditionis, prudentiæ, Muſicæ ſtudiis, Dotibusque pulchritudinis, & muniis Rectoratûs Academici, malè extendit.

בְּרִיוֹה ] reſcribo בְּרִיָּא vel בְּרִיוֵיה.

בְּחִזְוָא ] vel בְּחָזוֹא.

בַּעֲצָתָא ] בְּעָצְתָא.

גִּבְרַיָּא ) lego גַּבְרַיָּא.

מְתַקָּן ] lege כְּתַקָּן, vel etiam מְתַקֵּף.

*Inſigne* τάξεως ſeu alæ *militaris Judæ*,) fuit illud Leo, quia huic animali à Patre moribundo, ob fortitudinem & imperium, comparatur, Gen. XLIX. 9. Unde etiam in Codice Bibliorum Manuſcripto Erfordienſi, ſub finem Lib. Geneſeos, Judæ & reliquarum tribuum inſignia artificiosè admodum, lineamentorum loco, inſervientibus litteris Maſoram complexis, depicta conſpiciuntur. Judæi quoque, qui ex tribu Judæ originem jactant, Leonis inſignibus in annulis ſignatoriis utuntur.

וְנָפַק עַל פּוּם קָל רוּחָא דְּקוּדְשָׁא ] *& egreſſus eſt ex ore* vel inſtinctu *vocis Spiritus Sancti.* Nos Chriſtiani interpretamur hoc de Tertia Divinitatis Perſona, & pro inſigni Divinæ Trinitatis teſtimonio habemus; Judæi increduli de בַּת קוֹל *filia vocis*, ſeu oraculo, & audita voce invi-

בִּקְרָבָ֔ וּמְתַבִּיב דְּעַל יְדָא
דְּמוֹרְנִיתָא תְּלַת מְאָה קְטִילִין
בְּזִמְנָא חֲדָא ׃

וּבַתְרוֹי אֶלְעָזָר בַּר אֲחוֹהִי
הוּא בִּתְלָתָא גִּבָּרַיָּא ׃

הוּא הֲוָה עִם דָּוִד בְּפַס דַּמִּי
וּפְלִשְׁתָּאֵי אִתְכְּנִישׁוּ תַּמָּן
לְסִדְרֵי קְרָבָא וַהֲוָת אַחְסָנַת
חַקְלָא מְלְיָא עֲדָשִׁים פַּלְגָא
טְלוֹפְחִין

prælio exceſſit, haſtæ vibratione ducentos hoſtes una vice *ſeu pugnâ* ad internecionem uſque fundens.

v. 12. Poſt eum *ſecutus eſt* Eleaſar F. Ahoi, qui è triumviratu *heroum maximorum fuit.*

v. 13. Is eſt, *qui* cum Davide in Pas-Damino *fuit*, cum Philiſtæi ad ordines *ſeu legiones* bellicas illuc congregarentur, & eſſet poſſeſſio agri plena frugibus ſuis, partim lentibus,

---

inviſibilis Genii, vel etiam de inſtinctu quodam divino, in animo hominis excitato, accipient. Videtur autem Targumiſta Noſter vocem עוֹרֵר, quæ in textu hebræo extat, exprimere voluiſſe, quod Spiritus S. hunc heroa excitârit, uti antehac Pulem & Tiglathpilneſarem, Aſſyriorum Tyrannos, I. Paral. V. 26. & Gigantes, ſeu mortuos, Eſ. XIV. 9. ubi itidem hoc verbum adhibetur. Sed Paralipomenon auctor dicit: *Haſtam ſuam commoviſſe*, vel evibraſſe, non ipſummet a Spiritu aut excitatum aut commotum eſſe.

וּמְתַבִּיב ] lege וּמְתַבִּיב, & confer Jonath. II. Sam. XXIII. 18. & inf. Noſtrum, v. 20.

דְּעַל ] vel עַל.

בַּר אֲחוֹהִי ] deeſt nomen דּוֹדוֹ, quod in hebræo eſt interpoſitum. v. 12.

בְּפַס דַּמִּים ] *Paſdamimi*, loci nomen eſt, dicitur I. Sam. XVII. 1. v. 13. אֶפֶס דַּמִּים. R. Johanan verò in Medraſch ſeu Allegorico Commentario libelli Ruth, Sect. 5. ab initio *Paſdamim* חקל חומקתא *Akal-Humketha* (quod ferè cum *Akal-Dama*, Act. I. 19. convenit) ejus ætate, uti videtur, notiſſimum locum, dictum *eſſe* ſcribit.

עַלַתְיָה ] vel עַלַתָּא.

פַּלְגָא טְלוֹפְחִין ] lege טְלוֹפְחִין. Addit autem hoc Targumiſta ex

partim verò hordeo: Populus autem *Iſraeliticus* à Philiſtæis in fugam verteretur.

וּפְלִגָא סְעָרִין וְעַמָּא אַפְקוּ מִן קֳדָם פְּלִשְׁתָּאֵי׃

Stabant verò *Iſraelitæ* in media poſſeſſione *ſeu fundo agri*, eamque hoſti, quem cæderunt, eripuére, JEHOVA inſignem per eos liberationem operante.

v. 14. וְאִתְעַתַּדוּ בְּמִצְעָא אַחְסַנְתָּא וְשֵׁיזְבוּתָא וּקְטָלוּ יָת פְּלִשְׁתָּאֵי וּפְרַק יְיָ עַל יְדֵיהוֹן פּוּרְקָנָא רַבָּא׃

Deſcenderunt quoq; Heroes tres, de Viris Primariis exercituum, ſuper rupe ad Davidem in ſpeluncam Odullamenſem, copiis Philiſtæorum in *contigua* planitie heroum *ſeu Gygantum* caſtra metantibus.

v. 15. וּנְחַתוּ תְּלָתָא גִּבָּרַיָּא מִן גִּבָּרֵי רֵישֵׁי מַשְׁרִיתָא עַל טִינָרָא לְוָת דָּוִד לְמְעָרַת עֲדֻלָּם וּמַשְׁרִיַת פְּלִשְׁתָּאֵי שְׁרָא בְּמֵישַׁר גִּבָּרַיָּא׃

Exiſtente verò tunc Davide in arce *ſeu munitione*, στρατηγὸς vel Dux exercitûs Philiſtæorum Bethlehemi eſt commoratus.

v. 16. וְדָוִד בְּכֵן הֲוָה בְּחַקְרָא וְאַסְטַרְטִיג פְּלִשְׁתָּאֵי בְּכֵן בְּבֵית לָחֶם׃

---

II. Sam. XXIII. 11. ubi dicitur, lentibus agrum illum plenum fuiſſe, hîc verò aſſerit Chronicorum Auctor, hordeo eum refertum fuiſſe, conciliaturus igitur Targumiſta Noſter Samuelem & Eſram, utrisq;, & lentibus & hordeo, plenum agrum fuiſſe tradit. R. David Kimchi aliter eos conciliat in Commentario, quem, ſi commodum eſt, vide.

סְעָדִין ] lege סְעָרִין, cum Reſch.

v. 14. וְאִתְעַתַּדוּ ] lege וְאִתְעַתַּדוּ.

וְשֵׁיזְבוּתָא ] legere malim וְשֵׁיזְבוּהָא.

v. 15. בְּמֵישַׁר גִּבָּרַיָּא ] *in planitie heroum* ſeu Gigantum, in hebræo eſt בְּעֵמֶק רְפָאִים, quod, utpotè nomen loci proprium, fuerat retinendũ.

v. 16. וְאַסְטַרְטִיג ] vox peregrina eſt, στρατηγὸς. In hebr. eſt: וּנְצִיב, quod R. Sal. Jarchi per שׁוֹפֵט *Judicem* exponit. LXX. Græci reddunt, Σύστημα, i. e. *turmam*, Tremellius & Junius *ſtationem*,

לחון

וְחַמִּידַת נַפְשָׁא דְּדָוִד
וַאֲמַרְמָאן יַשְׁקִנַנִי מַיָּא מִגּוּבָא
דְּבֵית לָחֶם בְּתַרְעָא ׃

v. 17. Appetivit verò anima Davidis, dixitque *ille*, quis potat me aquis ciſternæ Bethlehemiticæ, *quæ* prope portam *eſt*.

וְאִיתְגַּבְּרוּ תְּלָתָּ גִּבְרִין
וּצְלָחוּ לְחוֹן אֲרְחָא בְּמַשְׁרְיַת
פְּלִשְׁתָּאֵי וּמְלוּ מַיָּא מִגּוּבָא
דְּבֵית לָחֶם דִּבְתַרְעָא וּנְטָלוּ
וּנְסִיבוּ וְאָתוּ לְוָת דָּוִד וְלָא
צְבָא דָּוִד לְמִשְׁתֵּי יַתְהוֹן וַאֲמַר
לְנַסָּכָא יַתְהוֹן קֳדָם יְיָ ׃

v. 18. Auſi itaque tres Viri, viam felici ſucceſſu *ingreſſi*, per aciẽ Philiſtæorum penetrarunt, & cùm *vaſculo* aquis ciſternæ Bethlehemiticæ ad portam impleto, ſublato & aſſumpto, ad Davidem contenderunt, qui bibere eas noluit, ſed coram JEHOVA libare iis juſſit.

וַאֲמַר חָס לִי מִן קֳדָם יְיָ מִן
לְמֶעְבַּד דָּא אֵיפְשַׁר כְּאִלֵּין
אַדְמָא דְּגוּבְרַיָּא אִלֵּין דְּאָזְלוּ
בְּסַכָּנַת נַפְשָׁהוֹן אֵיתְיאוּנוּן
וְלָא צְבָא לְמִשְׁתֵּי יַתְהוֹן אִלֵּין
גִּבּוֹרָאתָא עֲבָדוּ תְּלָתָא
גִּבְרַיָּא ׃

v. 19. Abſit, inquiens, JEHOVA, ut hoc committam, annon enim *aquæ hæ tàm pretioſæ ſunt*, atque ſanguis horum Virorum, qui abierunt cum vitæ ſuæ periculo, & eas attulerunt; quare bibere eas noluit. Hæc fortitudinis ſpecimina ediderunt hi tres heroes.

---

לְחוֹן ] lege omninò לְהוֹן, cum He. v. 18.

*Per aciem Philiſtæorum* penetrarunt, vel perruperunt;) In hebr. eſt וַיִּבְקְעוּ, quod Raſchi, Judæus Gallus, Teutonice ita exponit: ויבקעו בלשון אשכנז דורך ברכן די שארא & PERRUPERUNT &c. *Germanicè* dicitur: durchbrechen die Schaare.

אַדְמָא ] *Sanguis*, ſub hac forma uſitatam hanc vocem eſſe Jonathani in Legẽ Hieroſolymitano & Targumiſtæ Pſalmorum, Buxtorffius auctor eſt, in Lexico, in voce דם. v. 19.

דְּאָזְלוּ בְּסַכָּנַת נַפְשָׁהוֹן ] *qui abierunt cum vitæ ſuæ periculo.* Ita quoque plenius Tremellius Juniusque hæc reddunt: In hebræo ſaltem eſt כי בנפשותם הביאום,

Abi-

Abiſai verò, frater Joabi, heroum caput *vel Primarius* fuit, qui haſta evibratâ 300. hominum ſtragem fecit, quare nomen *ejus merito* inter Trium-Viros *fuit recenſitum.*

E Trium-*Viris*, duobus *reliquis* honoratior *fuit Abſai*, eorumque Princeps, Trium-Virorum tamen *ſuperiorum celebritatem* conſecutus non eſt.

Benaias, Viri ſibi caventis à peccatis, & bonis operibus conſpicui filius, Cabzelenſis, occidit duos Principes Moabiticos, leonibus validiſſimis ſimiles,

v. 20. וְאַבִישַׁי אֲחִי יוֹאָב הוּא
הָוָה רֵישׁ גַּבְרַיָא וְהוּא מְתַבֵּיב
יַת מָרְנְיָתֵיהּ עַל תְּלַת מְאָה
קְטִילִין וְלֵיהּ שׁוּם בִּתְלָתָא
גַּבְרִין :

v. 21. מִן תְּלָתָא אַגַּב תְּרֵין הָוָה
יַקִּיר וְהָוָה לְהוֹן לְרַבְנָא
וּלְתַלַת גּוּבְרִין לָא בְּאָא :

v. 22. בְּנָיָה בַּר גְּבַר דְּדָחִיל חֲטָאִין
וְלֵיהּ עוֹבָדִין טָבִין מִן קַבְצְאֵל
הוּא קְטַל יַת תְּרֵין רַבְרְבֵי
מוֹאָב דַּהֲווֹ דַמְיָין אַרְיָוָן

---

v. 20. וְלֵיהּ ] *& ei*, in hebræo, in textu, ſcribitur : וְלוֹא, in margine verò Maſora notat : וְלוֹ ET EI *lectum* omni tempore fuit ; & ſanè ita quoque legit Targumiſta Noſter, ita legunt LXX. Græci ; Tremellius tamen & Junius, quod miror, lectionem priorem in verſione ſua expreſſerunt.

v. 22. בְּנָיָה ) *Benaias*, adde בַּר יְהוֹיָדָע, quod deeſt.

בַּר גְּבַר דְּדָחִיל חֲטָאִין ) *Filius Hominis metuentis peccata*, vult exprimere, quod in hebræo eſt, בֶּן אִישׁ חַיִל. Ita quoque transtulit Jonathan, II. Sam. XXIII. 20. Sed hebræus textus Joiadæ fortitudinem, non pietatem hic commendat.

וְלֵיהּ עוֹבָדִין טָבִין ] *ei bona opera* fuerunt, ita quoque Kimchius & Jonathan, l. c. ſed defectivè : דִּילֵיהּ עוֹבָדִין ; ſupplendus eſt ex Noſtro Turgumiſta. In hebræo eſt רַב פְּעָלִים, ubi rurſum de rebus ſtrenuè geſtis heroicisque factis Joiadam Scriptores Sacri commendant, non de operibus bonis ; Targumiſtas etiam R. David Kimchi, & R. Levi Ben Gerſon, comment. in II. Sam. XXIII. ſequuntur.

רַבְרְבֵי מוֹאָב ] *Principes Moab*, ita quoque Jonathan, l. c. & omnes, quos vidimus, Interpp. Commentatoresq ;, in hebræo eſt אֲרִיאֵל מוֹאָב.

הוּא

אַרְיָוָן ) vel לְאַרְיָוָן.

תַּקִּיפִין הוּא נְחַת וּקְטַל יַת אַרְיֵי׳
בְּמַצַע גוּבָא בְּיוֹמָא דְּחַלְגָא
הוּא הֲוָה צַדִּיקָא רַבָּא
דְּלָא הֲוָה דְּכְמֵהּ לָא בְּמַקְדְּשָׁ׳
קַדְמָאָה וְלָא בְּמַקְדְּשָׁא תִּנְיָנָא
יוֹמָא חַדָּא דְּחַקַּת רַגְלֵיהּ
בְּחַרְדְּנָא

is quoque deſcendens, in foveâ, nivis *vel hyemis* tempore, leonem occidit. Fuit verò is Vir juſtiſſimus, neque ſub primo, neque ſub ſanctuario ſecundo ſimilis ei fuit; hic cùm aliquando pedem ſuum bufoni

---

הוּא הֲוָה צַדִּיקָא רַבָּא ] *is fuit juſtus magnus*, Chaldaiſmus eſt, i. e. juſtiſſimus, ita enim Chaldæi Hebræique ſuperlativum exprimere inter alia ſolent. Incipit verò hic nova Gloſſa, eaque Allegorica ſeu Myſtica; quia enim II. Sam. XXIII. 20. ſcribitur: בְּנָיָהוּ בֶן יְהוֹיָדָע בֶּן אִישׁ חַי *Benaias filius Joiadæ, hominis* חַי VIVI, Targumiſta Noſter, & Judæi Priſci, Joiadam, ſanctum abſolutiſſimum fuiſſe volunt. Ita docet Kimchius l. c. ומה שכתוב חי דרשו בו שהיה צדיק גמור וצדיקים אפילו במיתתם קרואים חיים *quia verò ſcriptum eſt* חי *VIVI*, hinc ἀλληγορήσιν *ſuper eo* Talmudiſtæ puta, (vide ſis Tract. Berachoth, cap. 3. ab init. Gemaræ, ubi Gloſſa hæc ſeu commentum itidem narratur) *fuiſſe eum juſtum* ſeu ſanctum *perfectum*, abſolutumque. *Namq; Sancti etiam poſt mortem vivi dicuntur.* Unde ſequitur

דְּלָא הֲוָה דְּכְמֵיהּ וגו׳ ) *ei ſimilis non fuit &c.* Ita quoque R. Sal. Jarchi, ex Rabbinorum Priſcorum traditis, docet in Comment. את שני אריאל מואב׳ ורבותינו אמרו שלא הניח כמותו לא במקדש ראשון ולא במקדש שני *DUOS ARIEL MOAB:* ] *Magiſtri Noſtri dicunt*, in Tract. Talmudico, Berachoth, cap. 3. *Non extitiſſe ei ſimilem* Sacerdotem ita ſanctum, atque ille fuit, *neque in Sanctuario primo, neque in Sanctuario ſecundo.* Confer R. Davidem Kimchi, Comment. in hunc locum, qui eadem verba habet; hoc verò dixerint Judæi: Nos Chriſtiani aſſeveramus, JESUM Nazarenum, Virum eſſe juſtiſſimum, is enim eſt יהוה צדקנו Jer. XXIII. 6. neque ſub primo, neque ſub ſecundo Templo ſimilis ei fuit.

וְחַקַּת ] vel וְחַקָּה, legit tamen & Jo. Lightfoot in Horis Talmud. Evang. Johannis impenſis, cap. V. 2. in Codice Mſc. Anglicano דחקת דמית *& impegit* ſcil. *pes ejus.*

| | |
|---|---|
| mortuo infixiſſet, deſcendit ad Syloam, fractoque fruſto grandinis *ſeu glaciei*, | דְּמִית וּנְחַת לְשִׁילוֹחַ<br>וְתַבַּר גּוּיְזָא דְּבַרְדָּא |

דְּמִית) *mortuo*, hæc rurſum in Sacerdotem conveniunt, ex Cadaveris attactu immundum, unde Kimchius, loc. cit de Benaia loquens: ואעפ"י שהיה בניה כהן ואסור לטמא למתים וגו'. *Ut verò Benaias Sacerdos fuerit, cui illicitum fuit cadavere pollui, &c.* Cæterùm Allegoria hæc eſt, vel myſtica & homiletica Expoſitio, ubi Benaias, Moabitam ſeu incircumciſum cædens, homini bufonem enecatum attingenti, comparatur; apparet verò hinc faſtus intolerabilis judæorum, Gentium tactu vel conſuetudine pollui ſe, ſtultè exiſtimantium. Raſchi tamen in Gloſſa ſuper Tract. Talm. Berachoth, cap. 3. aliam ablutionis factæ cauſam prodit, dum ſcribit: ונחת וטבל לקריו כדי לעסוק בתורה DESCENDIT ATQUE LAVIT] ſcil. *propter* Γονορρύαν, [vid. Lev. xv. 16.] *ut poſſet Legi vacare.*

לְשִׁילוֹחַ] *Syloam.* Quamvis Parabola hæc ſit, quod concionandi Genus antiquis temporibus apud judæos uſitatum valdè fuit, non hiſtoria verè acta, tamen fabuloſa omnia hæc non ſunt, ſed quidem animo ingeniosè concepta & compoſita, ex circumſtantiis tamen veris & reapſe exiſtentibus: harum aliqua eſt, quæ hic de Syloæ ſalubribus aquis recenſetur, quæ illuſtrare poteſt locum Joh. ix. 7. & viciſſim ex illo lucem fœnerari.

וְתַבַּר גּוּיְזָא דְּבַרְדָּא) *& effracto fruſto grandinis.* Vult illud explanare, quod in textu dicitur, בְּיוֹם הַשֶּׁלֶג *die nivis*, unde Kimchius l. c. ומה שאמר ביום השלג דרשו בו איכא דאמרי תבר גזיזי דברדא ונחית וטביל: *quod verò* Scriptura *dicit: DIE NIVIS: Illud myſticè* ita *exponunt: Sunt qui dicunt, quod effracto fruſto grandinis deſcenderit, & ſe abluerit*; ubi ita ſtatuant Magiſtri, non indicat Kimchius: Vir Clariſs. Jo. Buxtorff. in Lexico Rabb. Talmud. Chald. in explicatione vocis גזיזין, citat Tract. Berachoth, fol. 59. col. 1. Edit. Venetæ, quæ verò ad manus jam non eſt, unde dicere non habeo, quæ fruſta grandinis Syloenſia hùc innuantur; grandines nonnunquam, lapidibus & ſaxis manuariis majores, fruſta 8. librarum, 12. & 16. pedum longitudine, unciarum duodecem &c. cecidiſſe, Auctor eſt poſt alios, Jo. Sperlingius, in Inſtitution.

| | |
|---|---|
| וטבל וסלק ותנא ספרי דבי רב ספרא דאוריתא׳ | ibi ſe lavit, *ſanusq; inde* diſceſſit. Is quoque docuit librum familiæ Rab *ſeu Doctoris*, librum legis. |

ſtitution. Phyſ. lib. 5. cap. 8. Sed quantum ex Kimchii verbis colligo, glacies hîc intelligitur, quâ ſtagnum Syloenſe, brumali tempore, congelatum fuit, qua effractâ, Benaias ingreſſus eſt ſtagnum, & ſe lavit. Hæc prius annotaveramus: incidimus verò, poſtquam hæc ſcripſimus, in librum Aruch, quem una cum pluribus aliis melioris notæ libellis è Bibliotheca meritiſſimi Præceptoris Noſtri, Jo. Steudneri b. m. comparavimus, in eo fol. 48. ed. 1. Edit: Venetæ ad vocem גז hæc ſcribuntur: וברייש גמר׳ דפרק מי שמתו והוא ירד והכה את האריה בתוך הבור ביום השלג דתבר גזיזי דברדא וטבל פירוש חתיכות חזקות של ברד: *in initio Gemaræ cap. Qui moriuntur* (eſt cap. 3. tract. Barachoth) I. Paral XI. 22. legitur: *& is*, Benaias, *deſcendit, & occidit Leonem in medio foveæ die nivis.* ſcil. *confregit fruſta grandinis, atque lavit. Senſus eſt*, addit R. Nathan, eum *ſegmenta grandinis confirmata* confregiſſe. Ita quoq; exponit Gloſſator Talmudis, R. Sal. Jarchi, ſupra h. l. fol. 18. b, גזיזי דברדא חתיכות של ברד והקרח שקורין גלאנצא בלעז *FRUSTA GRANDINIS,*) ſunt *ſegmenta grandinis & glaciei, quam vocant Gallicè GLACE* Et paulò poſt, cap. 9. tract. Berachoth, fol. 59. a. גזיזי גלציש התיכות של ברד *FRUSTA,*) innuitur *GLACIES, ſegmenta grandinis.*

וטבל וסלק) *abluit ſe, & diſceſſit*, ita quoque Johannes de cæco: ἀπῆλθεν οὖν καὶ ἐνίψατο, καὶ ἦλθε βλέπων, in Evang. cap. IX. v. 7. ותנא ספרא דבי רב ] & *edocuit librum familiæ Rab* ſeu Doctoris &c. i. e. juxta Raſchi, Gloſſatorem Talmudis, תורת כהנים *Torath Cohanim*, qui SIPHRA vocatur, & eſt Antiquus Commentarius in Leviticum. Hæc alia Gloſſa eſt, & Allegorica verborum בְּיוֹם הַשֶּׁלֶג DIE NIVIS explicatio. Unde rurſum Kimchius, loco, quo diximus: ואיכא דאמרי דתנא ספרא דבי רב ביומא דשתו׳ Alii *ſunt, qui dicunt, quod docuerit librum Familiæ Rab* ſeu Magiſtri *in die hyemis.* Sed rectiſſimè judicat de Gloſſis hiſce allegoricis, quando ſubjicit: וכל אלה דברים רחוקים מדרך הפשט כי הבתוב מספר גבורות כל אחד מהם לא תלמודו וחסידותו וכן תרגם יונתן הפסוקים על דרך הפשט: *Sed tamen, omnes Gloſſæ* hæ multùm à vero, proprio & *genuino* ſenſu *abludunt*;

diebus decem, iisque hyemis breviſſimis.

בְּיוֹמָא דְּזוֹטָא דְּסְתָיָא בְּעַשְׂרָא יוֹמִין בִּירְחָא דְּטֵבֵת׃

Is quoque Ægyptium hominem, quinque *menſuras ſeu* Cubitos Regios altum, manuque haſtam tam craſſam, *ατῆ, ἄξων ſeu* jugum textorum *eſt*, *habentem*, interemit, accedens enim ad eum cum baculo, ei prævaluit, & haſta è manu extortâ, ei vitam ademit.

v. 23 וְהוּא קְטַל גַּבְרָא מִצְרָאָה אֱינַשׁ דְּמִשְׁחְתָּא חֲמֵשׁ בְּאַמָּת מִלַּךְ וּבִידָא דְּמִצְרָאָה מוֹרְנִיתָא דְּסוֹמְכִיָּה כְּאַכְסָן דִּגְרְדָּאִין וּנְחַת לְוָוֹתֵיהּ בְּחוּטְרָא וְתַקְפֵיהּ וְאַנַס יָת מוֹרְנִיתָא מִן יְדָא דְּמִצְרָאָה וְקַטְלֵיהּ בְּמוֹרְנִיתֵיהּ׃

Hæc facinora *ſunt*, quæ Benaias, Filius Jehojadæ, edidit, eique nomen *locusq;* inter Trium-Viros *poſteriores* fuit.

v. 24 אִילֵּין גְּבוּרָאתָא עֲבַד בְּנָיָהוּ בַּר יְהוֹיָדָע וְלֵיהּ שׁוּם בִּתְלָתָא גִּבָּרַיָּא׃

---

*Namque Scriptura uniuscujuque* herois *facinora recenſet*, *non eruditionem vel ſanctitatem*; *Unde Jonathan quoque verſus hoſce* literaliter & in *ſenſu* hiſtorico ſeu *proprio* exponit.

דְּבֵי ] obſervat Vir in hebraica & Chaldaica literatura Princeps, Jo. Buxtorffius, in Lexico ſæpius laudato, nunquam tamen ſatis laudando, ad vocem בּוֹר, eam per Apocopen בֵּי *apud POSTERIORES Paraphraſtas* aliquando inveniri, quæ obſervatio ſi vera eſt, ſequitur, Noſtrum quoque Paraphraſten, qui eâ hic utitur, è poſteriorum numero eſſe, quod perſuaderi mihi facilè permitto.

דְּסְתָיָא ] vel meliùs דְּסְתָוָא.

בִּירְחָא דְּטֵבֵת׃ ] *Menſe Tebeth.* Reſpondet noſtro Decembri, cujus dies breviſſimi exiſtunt.

v. 23. וְהוּא קְטַל וגו׳ ] *is cedit* &c. Conſer Jonathanem, II. Sam XXIV. 21.

סְלַךְ ( בְּאַמַּת סְלַךְ addit Targumiſta de ſuo ἐξηγήσεως ἕνεκα, ſunt autem Regii Cubiti majores, vid. Buxtorffius in Lexico ad אמם.

מִן תְּלָתִין אַגַּב תְּרֵין הוּא
יַקִּיר וּלְתַלַּת גִּבּוֹרָן לָא מְטָא
וּמַנִּי יְתֵיהּ דָּוִד רֵישׁ מְתִבְתָּא
עַל תַּלְמִידוֹי :

v. 25. Triginta *Viris*, *præter* duos, glorioſior fuit; Attamen tres *ſuperiores* non aſſecutus eſt; præfecit *igitur* eum David Rectorem Academicum Studioſorum.

וְגִבָּרֵי עַבְדֵי קְרָבָא עֲשָׂהאֵל אֲחוֹי
דְּיוֹאָב אֶלְחָנַן בַּר דֹּדוֹ דְּמִבֵּית
לָחֶם :

v. 26 Heroes verò inter milites *fuerunt* Aſael, Joabi Frater, Elhanan, Filius Dodonis, Bethlehemita.

אַתַּי בַּר רִיבַי :

v. 31. *Deinde* Itai, Filius Ribæi &c.

חוּרַי דְּמִן נַחֲלַיָּא דְּגַעַשׁ
אֲבִיאֵל דְּמִן עַרְבָתָא :

v. 32. *Rursum* Hurai, Nahalaiade-Gaaſinus, Abiel, Arbatenſis.

עַזְמָוֶת דְּמִן בַּחֲרוּם אֶלְיַחְבָּא
דְּמִן שַׁעַלְבוֹן :

v. 33. *Præterea* Aſmaveth, Baharumanus, Eliabba, Saalbonenſis.

בְּנֵי הָשֵׁם דְּמִן גִּיזוֹן יוֹנָתָן
בַּר שָׁגֵא דְּמִן הֲרָר :

v. 34. *Ampliùs* Benehaſim, Geſonenſis, Jonathan, Filius Sagæ, Hararenus.

אֲחִיאָם בַּר שָׂכָר דְּמִן חֲרָרִי
אֱלִיפָל בַּר אוּר :

v. 35. *Porrò* Ahiam, Filius Sacaris, Hararenus, Eliphal, Filius Uri.

---

אַגַּב תְּרֵין ] *præter duos*, repetit hoc ex ſuperiore verſu 21. quod in hebræo non repetitur. v. 25.

גִּבּוֹרָן ] meliùs גִּבָּרַיָּא.

רֵישׁ מְתִבְתָּא עַל תַּלְמִידוֹי : ] *Rectorem Academicum Studioſorum*, hoc etiam Sacerdoti magis quàm Militi convenit. In hebr. eſt מְשַׁמַּעְתּוֹ, id eſt, *ſubdita tribui*, quod noſter extulit acſi idem cum שְׁמַעְתָּא eſſet.

v. 27. 28. 29. & 30. deſunt.

בְּנֵי הָשֵׁם ] *Benehaſem*, hoc nomen homini fuit. LXX. Interpp. Græci & Tremellius, Juniusq; malè υἱὸς ἀσὰμ &, *è filiis Haſchemi* reddunt. v. 34.

| | | |
|---|---|---|
| *Ulteriùs* Hepher Micratenſis, Ahias Planita. | v. 36. | חֵפֶר דְּמִן מִכְרַת אֲחִיָּה דְּמִן פְּלֹן : |
| *Ut &* Hezro, Carmelita, Naarai, Filius Osbæi. | v. 37. | חֶצְרוֹ דְּמִן הַכַּרְמְלָא נַעֲרַי בַּר אָזְבִי : |
| *Item* Joel, Natanis frater, Filius Geræ. | v. 38 | יוֹאֵל אֲחוֹי דְּנָתָן בַּר גַּרְיָא : |
| *Deniq;* Zeleck Ammonita, Naharai Berytenſis, armigeri Joabi, Zerujadæ. | v. 39. | צֶלֶק דְּמִן בְּנֵי עַמּוֹן נַחֲרַי דְּמִן בְּאֵרוֹת נַטְלִי זֵינֵיהּ דְּיוֹאָב בַּר צְרוּיָה : |
| Era Itræus, Garab &c. | v. 40 | עִירָא דְּמִן יִתְרִי גַּרְבָ : |
| Urias Hittæus &c. | v. 41. | אוּרִיָּה חִתָּאָה : |
| *Tandem* Adina, filius Seſæ, Rubenita, ſuæque Tribus Caput, & cum eo triginta *alii* Viri. | v. 42. | עֲדִינָא בַּר שִׁיזָא דְּמִן שִׁבְטָ דְּרֵישׁ שִׁבְטָא דְּרָאוּבֵן וְעִמֵּיהּ תְּלָתִין גַּבְרִין : |
| Hanan filius Maachæ &c. | v. 43. | חָנָן בַּר מַעֲכָה : |
| *Ultimo* Uſias Aſterothenſis, Sama & Jeiel, filii Hotami, Aroerenſis. | v. 44. | עֻזִּיָּה דְּמִן הָעַשְׁתְּרוֹת שָׁמָע וְיִעִיאֵל בְּנֵי חוֹתָם דְּמִן עֲרוֹעֵר : |
| Jediel, filius Simri & Joha, ejus frater, Tizii. | v. 45. | יְדִיעֲאֵל בַּר שִׁמְרִי וְיוֹחָא אֲחוֹהִי דְּמִן תִּיזִין : |

---

v. 38. בַּר גַּרְיָא ] *Filius Geræ*, deeſt nomen Militis מבחר *Mibhar*, quod in hebræo exprimitur, & nomen Parentis quoque corruptè hîc traditur, In hebræo enim הַגְּרִי *Hagri* vocatur.

v. 39. נַטְלִי ] reſcribo נָטַיִל.

v. 40. דְּמִן יִתְרִי ] ambigo, an rectè hic legatur, puto reſcribendum eſſe, דְּמִן יִתֶר vel, uti, Joſ. XV. v. 48. vocatur, יַתִּיר.

v. 42. דְּמִן שִׁבְטָ ] omiſſum eſſe videtur nomen Tribûs רְאוּבֵן *Ruben.*

| | | |
|---|---|---|
| אֱלִיאֵל דִּמְן מְחַוְיָא וְיִרִיבַי | v. 46. | Eliel Mehaviæus, Jeribai & |
| וְיוֹשַׁבְיָה בְּנֵי אֶלְנַעַם וְיִתְמָה | | Joſabias, Filii Elnaami, Itma- |
| הַמּוֹאָבִי : | | Moabita. |
| אֱלִיאֵל דִּמְן צוֹבָא : | v. 47. | Eliel Zobanus. |

## CAP. XII.

| | | |
|---|---|---|
| וְאִלֵּין דְּאָתוּ לְדָוִיד לְצִקְלַג | v. 1. | *Hi ſunt*, qui profecti ſunt ad |
| עוֹד הַוָה כְּבִישׁ מִן קֳדָם שָׁאוּל | | Davidem Ziklagum, *occulta-* |
| בַּר קִישׁ וְהִנּוּן בְּגִבָּרַיָא | | *tum adhuc tùm* à Saule filio Ki- |
| דְּמְסַיְּעִין לֵיהּ בְּקְרָבָא : | | ſi, iiſque ſunt è bellatoribus, qui |
| | | in bello eum juverunt. |
| אוֹמְנִין לְמִיגַר בְּקֶשְׁתָּא רָמֵן | v. 2. | In jaculando & telis dextrâ |
| גִּירִין מִן יְמִינֵיהוֹן וּמִן | | juxta ac ſiniſtra manu jacien- |
| שְׂמָאלֵיהוֹן רַגְמִין בְּאַבְנַיָא | | dis, in lapidibus projiciendis, |
| וּמְגִיחִין קְרָבָא בְּגִירִין | | belloque ſagittis atque arcu in- |
| וּבְקֶשְׁתָּא מִקְרִיבֵי שָׁאוּל | | ferendo, agnati Saulis, Benja- |
| מִשִּׁבְטָא בִּנְיָמִין : | | minitæ, Artifices fuerunt. |

---

v. 46. דִּמְן מְחַוְיָא ] ac ſi legiſſet, הַמַּחֲוִי, unde quoque LXX. Interpretes Græci ita reddunt, ὁ μαωι.

הַמּוֹאָבִי ] vel etiam דִּמְן בְּנֵי מוֹאָב.

v. 47. אֱלִיאֵל דִּמְן צוֹבָא : ] *Eliel*, in hebræo additur : *Obed & Jaaſiel.* הַמְּצֹבָיָה *Meſobaus*, quod noſter דִּמְן צוֹבָא *Zobanus* vel Sophonenſis reddit.

---

## CAP. XII.

v. 1. כְּבִישׁ ] *occultum*. In hebræo eſt עָצוּר, quod R. Sal. Jarchi itidem per נחבא *occultatum* exponit.

v. 2. רַגְמִין ] lege מְרַגְמִין vel רָגְמִין.

וּמְגִיחִין ] reſcribo וּמַגִּיחִין.

Præcipuus eorum *fuit* Ahieſer, ut & Joas, filii Semaæi, Gibeateaſis, Jeſiel & Pelet, filii Aſmavethi, Beracha & Jehu Anathothenſis.

Præterea Iſmaias, Gibeonita, qui ex Heroibus fuit, heroumque fortitudinem eſt conſecutus, Jeremias, Jahaſias, Johanan & Joſabad, Gaderenus.

Haruphius.

Stirpe Korahenſes.

*Porrò* Joela & Sebadias, filii Jerohami, Gedudenſis.

E tribu Gadis diſceſſerunt ad Davidem, in munitum locum in deſerto, Viri ſtrenui & Milites ſcutati haſtatique, quorum vultus inſtar Leonum *terribilis* in bello *fuit*, *tanta verò pedum celeritate præditi fuêre, ut* capreolorum inſtar ſupra montes *leviſſimorum* feſtinatione delectarentur.

v. 3. דִּמְמַנָּא לִרְישָׁא אֲחִיעֶזֶר
וְיוֹאָשׁ בְּנֵי שְׁמָעָא דִּמְן גִּבְעָתָא
וְיִזִיאֵל וּפֶלֶט בְּנֵי עַזְמָוֶת
וּבְרָכָה וְיֵהוּא דִּמְן עֲנָתוֹת׃

v. 4. וְיִשְׁמַעְיָה דִּמְן גִּבְעוֹן גִּבָּרָא
בְּגִבָּרָא וּמְטָא לְגִבּוֹלַת גִּבָּרִין
וְיִרְמְיָה וְיַחֲזִיאֵל וְיוֹחָנָן וְיוֹזָבָד
דִּמְן גְּדֵרָה׃

v. 5. דִּמְן חָרוּף׃

v. 6. דִּמְן זַרְעִית קָרַח׃

v. 7. וְיוֹעֵאלָה וּזְבַדְיָה בְּנֵי יְרוֹחָם
דִּמְן גְּדוֹר׃

v. 8. וּמִן שִׁבְטָא גָּד אִתְפְּרִשׁוּ לְדָוִיד
בְּחַקְרָא בְּמַדְבְּרָא גִּבָּרֵי חֵילָא
אֲנָשֵׁי חֵילָא לְקָרָבָא מְסַדְּרֵי
תְּרִיסִין וְנַטְלֵי מוֹרְנִיתָא וּדְמוּת
אַרְיְוָא דְּמוּתְהוֹן בְּקָרָבָא וְהֵי
כְּטַבְיָא עַל טַוּרַיָּא דַּחֲטִין
לְאוּדָאָה׃

---

v. 3. דִּמְמַנָּא ] lego דִּמְסַנָּא.

v. 4. גִּבָּרָא בְּגִבָּרְיָא ] legendum eſſe puto גִּבָּרָא בְּגִבָּרְיָא. Obſervo autem hîc Targumiſtam Noſtrum pro שְׁלוּשִׁים utrobique שְׁלִשִׁים legiſſe, quod Codicem non punctatum præ manibus habenti facillimum fuit.

v. 5. & 6. Verſiculi hi capite truncati à ſcriba Codicis, quo uſi ſumus, exhibentur.

v. 7. : דִּמְן גְּדוֹר ] pravè, in hebræo eſt מִן הַגְּדוֹר, *è Gedora*.

v. 8. תְּרִיסִין ] *CLYPEIS*, in hebræo eſt, צִנָּה, quod R. Sal. Aben Melech Judæus

עֵזֶר רִישָׁא עֹובַדְיָה תִנְיָנָא אֱלִיאָב תְּלִיתָאי׃

v. 9. *Nominetenus* Eſer Primus, Obadias ſecundus, tertius Eliab.

מִשְׁמַנָּה רְבִיעָאָה יִרְמְיָה חַמִישָׁאָי׃

v. 10. Miſmanna quartus, Jeremias quintus.

עַתַּי אַשְׁתָּאָה אֱלִיאָב שְׁבִיעָאָה׃

v. 11. Attai ſextus, Eliab, *alius à priore*, ſeptimus.

יוֹחָנָן תְּמִינָאָי אֶלְזָבָד תְּשִׁיעָאָה׃

v. 12. Johanan octavus, Elſabad nonus.

יִרְמְיָה עֲשִׂירָאָה מַכְבַּנַּי חַד סְרָאָה׃

v. 13. Jeremias decimus, Machbanai undecimus.

אִלֵּין מִבְּנֵי גַד רֵישֵׁי חֵילָא חַד וְזַעִיר הֲוָה מִסְדַּד עִם מְאָה וְהוּא מִן זוּטְרִיא בְּרֵם רַבָּא דִּבְהוֹן הֲוָה מִסְדַּד קָרְבָא עִם אַלְפָא׃

v. 14. Hi Duces militares è Gadenſibus *fuêre*, ſinguli Centuriones, iiſque minores, ſed majores inter eos Chiliarchæ fuerunt.

אִלֵּין הִנּוּן דְּעָבְרוּ יַת יַרְדְּנָא בְּיַרְחָא קַדְמָאָה וְהוּא מְתְמְלֵי עַל כָּל פִּצְרוֹהִי וְאַפְקוּ כָּל יָתְבֵי מְשָׁרְיָא לְמַדִּינְחָא וּלְמַעַרְבָא׃

v. 15. Hi ſunt, qui Menſe primo Jordanem, cum is ripas ſuas egrederetur, trajecerunt, & incolas planitierum ad orientem juxta atque occidentem in fugam conjecerunt.

---

Judæus Feſſanus, ita interpretatur: צִנָּה כלי מלחמה דומה למגן מארגא׃ צִנָּה eſt *Inſtrumentum Militare, ſcuto ſimile, TARGA Hiſpanis* audit, *Arabicè quoque* אלדרקה *Eldaraka* vocatur. LXX. Interpretes Græci transtulerunt θυρεὸς, quod eſt *ſcuti genus, à forium ſimilitudine, quæ longiores, quam latiores eſſe ſolent, ita dictum.*

מִרְמְחִיתָא ) *haſtas.* In hebræo eſt מָגֵן, quod ſignificat *Scutum*, interpretantur verò & LXX. Græci, δόρατα *haſtas.*

וְהִי כְּטַבְיָא ] malo legere, וְהִי כְּמַבְיָא.

לְאוֹחָאי ] lege לְאוּחָאי cum Cheth, eſt Aphel ex יחא *feſtinare.*

אֱלִיאָב ] *Eliab*, Ita quoque LXX. Græci legunt, & Tremellius ac Junius, in hebræo verò lego אֱלִיאֵל, quomodo quoque Vulgata legit. v. 11.

מִן זוּטְרִיא ] malim legere, מִן זוּטְרֵיא. v. 14.

בְּיַרְחָא קַדְמָאָה וגו׳ ] *Menſe primo &c.* i.e. Niſan, Joſ. III. 15. v. 15.

De Benjaminitis quoq; & Judæis *nonnulli* ad Davidem, ad munitionem usque, sunt profecti.

Civibus obviam processit David eosq; allocutus est: Si, inquiens, animo pacifico ad me, auxilii ferendi causa, venistis, mihi vicissim in vos animus erit pacatus: Quod si verò doloso animo *huc accessistis* ad me, cujus tamen nulla in quemquam vestrûm injuria existit, comprimendum, manifestum illud fiat coram JEHOVA, DEO Majorum nostrorum, isq; vindicet.

v. 16. וְאֵתוּ מִן בְּנֵי בִנְיָמִין וִיהוּדָה עַד לְחַקְרָא לְוָת דָּוִיד׃

v. 17. וּנְפַק דָּוִד לְקַדְמֵיהוֹן וְאֲתֵיב וַאֲמַר לְהוֹן אִין לִשְׁלָם אַתְיתוּן לְוָתִי לְסַיָּעוּתִי יְהֵי לִי עֲלֵיכוֹן שְׁלָם לִבָּא כַחֲדָא וְאִין לִנְכָלָא יָתִי לְאָעָקוּתִי בְלָא חֲטוֹפִין בִּידַי יִתְגְלֵא קֳדָם יְיָ אֱלָהָא דַאֲבָהָתַנָא וְיִתְפְרַע׃

---

dicitur, fuisse hoc ex more Jordanis, ut singulis annis per æstatem ripas suas egrederetur, nam post brumam aquæ ex liquefactis nivib⁹ crescunt, Confer Kimchium, Comment. in h. l. & Jos. III. 15.

פְּצִירוּהִי ] reſcribo פְּצִידוּהִי per Daleth.

מַשְׁרְיָא ] lege מִשְׁרַיָא.

v. 16. לְמַדִינְחָא וּלְמַעַרְבָא ] lego לַמַדִינְחָא וְלַמַעַרְבָא

v. 16. לְוָת ] vel לְוָת.

v. 17. וְאַתִיב ] reſcribo וַאֲתֵיב.

אַתְיתוּן ] lego אֲתֵיתוּן.

לְנִכְלָא ] vel potius לְנַכְלָא, vel poteſt retineri לְנִכְלָא, ſed tunc emaculanda eſt particula יָתִי.

חַטוֹבִין ] lege חַטוֹבִין cum heth.

| | |
|---|---|
| וְרוּחַ גְּבוּרָה לְבֻשַׁת יַת עֲמָשַׂי | v. 18. Indutus igitur *vel impletus* Spiritu Potentiæ, *inter advenas*, Amasai, caput heroum, respondit: Propter te, *inquiens*, ô David, venimus & ut tecum Jessaida, tàm interdiu quàm noctu, cumque omnibus, qui te juvāt, pax esset; Nam ab auxilio Tibi est ὁ λόγος *seu* Verbum DEI tui. *Quibus auditis*, *benevolè* suscepit eos David, & Præfectos Militares eos constituit. |
| רֵישׁ גַּבְרַיָּא וַאֲתִיב אֲמִטּוֹלְתֵהּ | |
| דָּוִיד אֲתֵינָא וְלִמְהֵוֵי עִמָּךְ בַּר | |
| יִשַׁי שְׁלָמָא בִּימָמָא וּשְׁלָמָא | |
| בְּלֵילְיָא לְכָל דְּאִשְׁלָמָא לְמִסַּיְעִין | |
| לָךְ אֲרוּם בְּסַעְדָךְ מֵימַר אֱלָהָךְ | |
| וְקַבִּילִנוּן דָּוִיד וּמַנִּינוּן בְּרֵישֵׁי | |
| מְזַרְזֵי חֵילָא : | |

וְרוּחַ גְּבוּרָה ] *Spiritus Potentiæ*. In hebræo saltem est רוּחַ, quod Rabbini Commentatores de anima rationali, & quidem de voluntate, exponunt; Unde R. Salomo Jarchi: ורוח לבשה את עמשי' טלנש בלעז ולא רוח נבואה כלומר זה הרוח והרצון לבשו שקפץ בראש לדבר לפני בני בניתין ויהודה הבאים עמו ודוגמ' ותהי על יפתח רוח יי SPIRITUS verò INDUIT AMASAI] *Voluntas latinè* vocatur (puto enim Jarchæum hominem Christianum, vocem sibi peregrinam referentem, non satis percepisse, & pro פולונטש pravè scripsisse טלנש) sanè *Spiritus* vel donum *Prophetiæ* non significatur, *vult igitur dicere, tunc instinctum seu raptum & desiderium eum induisse* vel subiisse, *ut vellet* (rescribo שחפץ pro שקפץ *primus loqui è Benjaminitis & Judæis, comitibus suis*; *eisimilis* est locus, Judic. VI. 34. ubi itidem dicitur: ET FUIT SUPER JEPHTHAM SPIRITUS JEHOVÆ. Confer R. David Kimchi, & R. Salom. Aben Melech. Sed Enthusiastarum erroribus hæc sunt similiora, quàm veritati. Meliùs Noster Targumista transtulit, רוח גבורה, quomodo etiam ipse R. Salomo l. c. Jud. VI. 34. exponit. Est verò גבורה, teste Jo. Buxtorffio, in Lexico, apud Cabbalistas & Theologos Judæos epitheton, seu, uti nos hodie dicimus, attributum DEI, *Potentia*, & pro ipso DEO, à quo realiter non differt, accipitur. Spiritus igitur potentiæ, est Spiritus ipsius DEI; quod nobis Christianis de Tertiâ Divinitatis Personâ accipere licet. v. 18.

בְּלֵילְיָא ] vel בְּלֵילְיָא.

לָךְ ] puto omissum esse שְׁלָמָא, quod præmittendum esse videtur.

מֵימַר אֱלָהָךְ ] ὁ λόγος seu Verbum *DEI tui*, en testimonium Targumistæ & de secunda Divinitatis Personâ!

Similiter è tribu Menaſſis *nonnulli* caſtra cum Davide ſunt metati, quando is Philiſtæis in bello contra Saulem *adfuit*, eis tamen, *Philiſtæis*, auxilio non fuêre, quia eum conſulto dimiſerunt σατηγοι *ſeu* Duces Philiſtæorum, ſi enim, ratiocinabantur, Præfecti noſtri *fortè* interficerentur, ille ad Dominum ſuum, Saulem, iterũ transiret.

v. 19. וּמִשֶּׁבֶט מְנַשֶּׁה שָׁרוּ עִם
דָּוִיד כִּי אָתָא עִם פְּלִשְׁתָּאי
עַל שָׁאוּל לַאֲגָחָא קְרָבָא וְלָא
סְעָדוּנוֹן אֲרוּם בְּעֵטָתָא פַּתְרוּ
יָתֵיהּ אִסְטַרְטִיגֵי פְּלִשְׁתָּאֵי
לְמֵימַר בִּרִישָׁנָא לִמְקְטָלָא
יְתוּב לְוָת רִבּוֹנֵיהּ שָׁאוּל׃

Abeunte enim Davide Ziclagum, commorati & conjuncti *ſunt* cum eo è tribu Menaſſis, *nominatim* Adna, Joſabad, Jediael, Michael, Joſabad, *alius à priore*, & Ziltæus, præcipui heroum è tribu Menaſſis.

v. 20. כַּד אֲזַל לְצִקְלַג שָׁרוּ
וְאִתְחַבְּרוּ עִמֵּיהּ מִשֶּׁבֶט
מְנַשֶּׁה עַדְנָה וְיוֹזָבַד וִידִיעֲאֵל
וּמִיכָאֵל וְיוֹזָבַד וְצִלְתַּי רֵישֵׁי
גִּבְרַיָּא דְּמִן שֶׁבֶט מְנַשֶּׁה׃

Hi auxiliares fuerunt Davidis militibus Præfecti, quia enim Viri ſtrenui ſinguli fuêre, ideoque conſtituti ſunt Militiæ Duces.

v. 21. וְהִנּוּן סַיְּעוּ עִם דָּוִיד עַל
מְזָרְעֵי חֵילָא מְטוּל דְּגִבָּרֵי
חֵילָא הֲווֹ כְּלֶהוֹן וַהֲווֹ מִתְמַנְּן
רַבָּנֵי חֵילָא׃

---

v. 19. בְּעֵטָתָא ] vel בְּעֵטָתָא.
פַּתְרוּ ] lege פְּטָרוּ cum Teth.
עַדְנָה ] in hebræo eſt עַדְנָח cum Heth.
v. 20. וְיוֹזָבַד ) in hebræo ſubijcitur וְאֶלִיהוּא, qui hic eſt omiſſus. LXX. verò corruptè efferunt ιλιωηθ.
רֵישֵׁי גִּבְרַיָּא ] acſi legiſſent ראשי השלישים, ſed in hebræo eſt, רָאשֵׁי הָאֲלָפִים *Chiliarchæ*,
v. 21. סַיְּעוּ ) lege סַיְּעוּ vel סַיְּעוּ.

אורים

| | |
|---|---|
| אַדְרוּם לְזִמַן יוֹמָא בְיוֹמָא | v. 22. *Sed* quotidie Davidi auxilio |
| אַתַיִן לְוָת דָוִיד לְסַיְעוּתֵיהּ | venerunt *tàm copiosè*, ut castra, |
| עַד דַהֲוֹו לְמִשְׁרֵי אוּכְלוֹזִין | ὄχλοις populis, *numerum* copio- |
| מַגִיעִין מַשְׁרֵי מַלְאֲכַיָא דְיָי׃ | sissimi Exercitûs Angelorum, |
| | DEI attingentibus, implerent. |
| וְאִילֵין סְכוּמֵי רֵישֵׁי חֵילָא | v. 23. Atque hæc enumeratio est |
| דְמִזְדַיְנִין לְחֵילָא דְאָתוּ לְוָת | Ducum Exercitus Militum, |
| דָוִיד לְחֶבְרוֹן לְאַתְעָרָא | qui profecti sunt Hebronem ad |
| מַלְכוּתָא דִשְׁאוּל לְוָתֵיהּ | Davidem, ut deferrent ei, se- |
| כִגְזֵרַת מֵימְרָא דְיָי׃ | cundùm Decretum τῦ λόγυ *seu* |
| | Verbi Domini, Regnum Saulis. |
| בְנֵי יְהוּדָה נָטְלֵי תְרֵיסִין | v. 24. Judæorum scutatorum atq; |
| וּמוֹרְנִין אֲשִׁתָא אַלְפִין וְתַמְנֵי | hastatorum *fuerunt* 6800. *sin-* |
| מְאָה מְזָרְזֵי חֵילָא׃ | *guli* Milites expediti *exercitatiq.* |
| מִן בְנֵי שִׁמְעוֹן גִבָּרֵי חֵילָא | v. 25. E Simeonitis Milites strenui |
| לְחֵיוָלָא שִׁבְעָא אַלְפִין וּמְאָה׃ | ad militandum *fuêre* 7100. |
| מִן בְנֵי לֵיוַאי אַרְבַּעַת אַלְפִין | v. 26. E Levitis 4600. |
| וְשִׁית מְאָה׃ | |
| וִיהוֹיָדָע אַמְרְכוֹל לְבֵית | v. 27. Jehoiadas verò, Præfectus |
| אַהֲרֹן וְעִמֵיהּ תְלָתָא אַלְפִין | Aharoniticæ Familiæ *fuit*, & |
| וְשִׁבְעָ מְאָה׃ | sub se 3700. habuit. |

---

v. 22. לְמִשְׁרֵי ] vel לְמַשְׁרֵי.

v. 23. בְגִזְרַת מֵימְרָא דְיָי׃ ] *Secundùm Decretum* τῦ λόγυ, seu Verbi JEHOVÆ. In hebræo est בְּפִי יְהוָה.

v. 25. לְחֵיוָלָא ) acsi in hebræo esset לְצָבָא, sed legitur לַצָּבָא sicq; transferendum est לְחֵילָא.

v. 27. אַמְרְכוֹל ) aliàs legitur אַמַרְכַּל.

Zadok, admodùm juvenis, ſtrenuus miles *fuit*, & paterna ejus domus Ducibus viginti duobus *conſtabat*.

v. 28. וְצָדוֹק טַלְיָ גִּבָּר חֵילָא וּבֵית אֲבוֹי רַבְּנִין עֶשְׂרִין וְתַרְיִן :

Benjaminitarum, contribuliũ Saulis, *fuêre* 3000. & hucusque cuſtodes cuſtodiæ Sauliticæ ex poſteris eorum *ſuperſunt*.

v. 29. וּמִן בְּנֵי בִנְיָמִן קָרְבֵי דְּשָׁאוּל תְּלָתָא אַלְפִין וְעַד כְּעַן בְּנֵיהוֹן נַטְרִין מַטְרַת שָׁאוּל :

Ex Ephraimitis 20800. Viri ſtrenui, & magni nominis ſecundum familiam ſuam paternam *fuêre*.

v. 30. וּמִן בְּנֵי אֶפְרַיִם עֶשְׂרִין אַלְפִין וּתְמָנֵי מְאָה גִּבָּרֵי חֵילָא אַנְשֵׁי שְׁמָהָן לְבֵירַת אֲבָהָתְהוֹן :

E dimidia tribu Menaſſis 18000. qui nominibus ſunt expreſſi, qui venerunt ad evehendum Davidem ad Regnum.

v. 31 וּמִפַּלְגוּת שִׁבְטָא דִמְנַשֶּׁה תְּמָנֵי סַר אַלְפִין דְּאִתְפָּרְשׁוּ בְּשׁוּמָהָן לְמֵיעַל לְאַמְלָכָא יָת־דָּוִיד :

Ex Iſſaſcaritis *fuêre* periti ſcientiæ temporum *i. e. Chronologi*, & docti in figendis initiis annorum atque menſium,

v. 32. וּמִבְּנֵי יִשָּׂשכָר יַדְעֵי סוּכְלְתָנוּ לְעִדָּנַיָּא חַכִּימִין לְמִקְבַּע רֵישֵׁי שְׁנִין וְרֵישֵׁי יַרְחִין

---

v. 29. יְעַד ) videtur abeſſe, הֲבָא.

מַטְרַת ] vel מִטְּרַת. Cæterum placet hic Nobis R. Sal. Jarchi & Davidis Kimchii, Tremelliique atque Junii Gloſſa : hucusque Benjaminitas ſcil hoſce 3000. conſanguineæ Familiæ Saulis faviſſe, eamque, Regni legitimam hæredem, avo ſuccedere in animis votisque habuiſſe.

v. 31. *Qui nominibus ſunt expreſſi* ) ſine dubio in Archivis Regum Judæ, unde hæc exſcripſiſſe auctor Paralipomen. videtur.

v. 32. חַכִּימִין לְמִקְבַּע וגו' ] *docti in figendis &c.* Non interpretem, ſed Commentatorem, Targumiſta Noſter hic agit. Ita verò hæc exponunt etiam Judæi priſci, & recentiores, Kimchius & R. Sal. Aben Melech, in h. l Abarbenel Comment. in Exod. XII. 1. uti ex ſtatim dicendis patebit.

ולעברא

וּלְעַבְּרָא יַרְחָא וּשְׁנַיָּא
סוֹפִיסְטִין בְּמוֹלָדָא לְמִקְבַּע
מוֹעֲדַיָּא בְּעִדָּנֵהוֹן בְּקֵיעִין
בְּחֻקּוֹפְתָא דִּשְׁמְשָׁא
אִצְטְרוֹלוֹגִין בְּמַזָּלַיָּא וְכוֹכְבַיָּא

In intercalandis quoq; menſe & annis, Σοφισαὶ *in* novilunio *indagando*, ad definienda hinc feſta temporibus ſuis *celebranda*, exercitati quoque *in cognoſcenda* revolutione Solis *fuére*, Aſtrologiq; in ſignorum atque ſtellarum *ſcientia præſtantes*,

---

וּלְעַבְּרָא ] *ad intercalandum.* Hæc quoque Gloſſa eſt R. Joſe, Judæi perantiqui, uti traditur in Bereſchit Rabba, Paraſcha 72. מהו לעתים רִ' תנחומא אמר לקורניסין רִ' יוסי בן קצרי אמר לעבורים *Ecquid* ſibi vult, quod hic I. Paral. XII. 32. dicitur, לעתים ? *R. Tanhuma dicit*, idem eſſe, quod לקירסין (ita enim reſcribendum eſt ex Medraſch Megillath Eſther pro לקורניסין) h. e. καιρῶν [ ex καιρὸς ] *ſolennitatum. R. Joſe autem filius Kozeri putat*, idem eſſe, quod לעבורים i. e. ἐμβολισμῶν ſeu *intercalationum.* Eadem repetuntur in Medraſch libelli Eſther, ab init. Sect. 4. & in Jalkut ad h. l.

יַרְחָא ] *menſe*, puta Adar, niſi legendum ſit in plurali יַרְחַיָּא. Ita ſanè legiſſe videtur Jo. Lightfoot, in Chorographiâ Lucæ præmiſsâ, cap. III. Sect. 3. reddit enim in plurali: *in intercalandis menſibus.*

סוֹפִיסְטִין ] i. e. σοφισαὶ; ubi in bonam partem hæc vox accipitur, unde Suidas in Lexico τὸ δὲ παλαιὸν σοφιστὴς ὁ σοφὸς ἐκαλεῖτο. & paulò poſt: σοφισαὶ δὲ πάντες ὅσοι πεπαιδευμένοι.

מוֹעֲדַיָּא ] *Solennitates*, vel ſolennia Feſta, ita exponit quoque R. Tanhuma, uti ſuperius retulimus. In Codice Mſc. Anglicano hæc ſine dubio pravè leguntur: Lightfoot enim ibi legit: סופיסטין במולדא דסיהרא *Sophiſtæ de Noviluniis- - -* atque hîc hæret, paulò poſt pergens: איצטרולוגין במזליא וכוכביא *Aſtrologi circa Planetas & ſtellas &c.*

בְּקֵיעִין ] lege בְּקִיאִין cum Aleph.

בְּמַזָּלַיָּא וְכוֹכְבַיָּא וגו' ] *in aſtris & ſtellis, &c.* Facit huc, quod ſcribitur in Bemidbar Rabba ſeu Gloſſa Numerorum M. Paraſcha 2. ישששכר ספיר וספה שלו צבוע שחור דמה לכותל ומצויר עליו שמש וירח על שם

colligentes *ex eorum ſitu*, quid conveniat operari Domui Iſrael; horum primores, Capita Συνεδρίων, *numero* 200. *fuêre*: *Cæterùm* omnes conſanguinei eorum verba legis fecerunt, doctique *fuerunt* ex eorum informatione.

לְמֵדַע מַה כְּשָׁרִין לְמֶעְבַּד בֵּית
יִשְׂרָאֵל רַבָּנֵיהוֹן רֵישֵׁי סַנְדְּרַיָא
מְאָתָן כָּל אֲחוֹהוֹן עֲבָדִין
פִּתְגָמֵי אוֹרַיְתָא וְחַכִּימִין עַל
מֵימַר פּוּמֵהוֹן׃

E tribu Zebulonis, proficiſcentes in militiam, in quocunque armorum genere exercitati *fuere*, & negotiationi *ſeu mercaturæ*,

v. 33. וּמִשִּׁבְטָא זְבוּלוֹן נַפְקֵי
חֵילָא מְסַדְּרֵי קְרָבָא בְּכָל זֵינֵי
קְרָבָא וּלְמֶעְסַק

ומבני ישששכר יודעי בינה לעתים *Iſſaskaris tribûs Sapphirus* erat in pectorali Pontificis maximi, vide Exod. XXVIII. 18. *Mappa verò ejus* ſeu campus inſignium eſt *coloris ſubnigri* ſeu fuſci, *parietis inſtar* coloratus, in quo *depicta* ſunt *Sol atq; Luna*, (peritiæ ſcil. in aſtris teſtes atque indices) *quia* de eis dicitur, I. Paral. XII. 32. ET EX ISSASCARITIS PERITIS SCIENTIÆ TEMPORUM. Et ita inſignia Iſſaſcaris tribûs artificioſiſſimè depicta in Mſc. Codice Erfordienſi, quem hic exſcribimus, ſub finem Pentateuchi conſpicere licet.

רֵישֵׁי סַנְדְּרַיָא ] v. d. Συνέδρια: Ita quoque Priſci Judæi, in Bereſchith Rabba, loco nuperrimè citato, hoc intelligunt: מאתים ראשי סנהדראות היו ישששכר מעמיד תו׳ Capita eorum DUCENTA, I. Paral. XII. 32. *namque Iſſaſcaris* tribus *Capita* ſeu Præſides *Synedriorum conſtituebat*. Eadem quoque in Medraſch Megillath Eſther l. c. repetuntur. Antehac intercalatio menſium, & fixio feſtorum, ad Regem, ejusque Conſiliarios, uti Kimchius hic ſcribit, poſterioribus autem temporibus, ad Synedrium M. Hieroſ. ſpectabat, uti R. Iſaacus Sangar, in libro eruditiſſimo, Coſari, Serm. II. §. 64. & R. Iſaacus Abarbenel, Comment. in Exod. XII. 1. tradunt, quorſum fortaſſis Targumiſta Noſter & Gloſſatores libri Geneſeos magni hic reſpiciunt. Conf. etiam, quæ ſuperius cap. IV. 23. ſunt à Noſtro dicta, & à Nobis annotata.

v. 33. מְסַדְּרֵי בְּכָל זֵינֵי קְרָבָא ) *in omni armorum genere exercitati*, numerus vero eorum deeſt, qui in hebræo definitur, חַמְשִׁין אַלְפִין, 50000.

וּלְמֶעְסַק ] videtur legendum eſſe וּלְמֵיעַסַק. Obſervat verò Jo. Buxtorffius

בְּלֵא לֵבָב וּלְבָבָא :

v. 34. וּמִשִּׁבְטָ נַפְתָּלִי רַבָּנִין אַלְפִין וְעִמְּהוֹן בְּתְרִיסִין וּבְמוֹרְנִין תְּלָתִין וְשִׁבְעָא אַלְפִין :

v. 35. וּמִן שִׁבְטָא דְּן מְסַדְּרֵי קְרָבָא עֶשְׂרִין וְתַמְנֵי אַלְפִין וְשִׁית מְאָה :

v. 36. וּמִשִּׁבְטָא אָשֵׁר נַפְקֵי חֵילָא לְסַדָּרָא קְרָבָא אַרְבְּעִין אַלְפִין :

v. 37. וּמֵעִבְרָא לְיַרְדְּנָא מִשִּׁבְטָ רְאוּבֵן וּמִשִּׁבְטָ גָּד וּמִפַּלְגוּת שִׁבְטָא בִּמְנַשֶּׁה מְזָרְזִין בְּכָל זֵינִין לְחֵילָא מְאָה וְעֶשְׂרִין אַלְפִין :

sine tamẽ dolis, operã dederunt.

E tribu Naphtali *fuerunt* Duces mille, & sub iis scutati hastatique *milites* 37000.

E tribu Danis bellatores 28600.

E tribu Aseris proficiscentiũ in militiam ad belligerandum *capita* 40000. *fuerunt*.

E trans-Jordanensibus autem, tribu *scil.* Rubenis, Gadis, & dimidiæ tribûs Manassis, expediti in omni armorum genere *fuêre Viri* 120000.

---

torthus, in Lexico, hoc verbum Targumistis posterioribus, & Rabbinis usitatum esse. Ariolor quoque, omissum esse studium, cui Zebulonenses hi operam dabant, nempe פרקמטיא πραγματείαν seu *mercaturam*. Ita enim tradunt Prisci judæi in laudata aliquoties Glossa Geneseos M. Sect. 72. זבלון שהיה עושק בפרקמטיא שלו ZEBULON ) *is operam dedit* τῇ πραγματείᾳ *negotiationi suæ*. Et in Glossa Numerorum M. Sect. 2. ejus quoque insignia describuntur hoc modo : זבולון יהלם וצבע ספה שלו לבנה ומצוייר עליו ספינה *Zebulonensi* tribui *Adamas* in pectorali Pontificis maximi respondebat, vid. Exod. XXVIII. 18. *Mappa* verò seu campi *ejus color albus* fuit, *in quo navis*, mercaturæ Symbolum, *depicta* erat. Hæc insignia Zebulonensia itidem eleganter à Scriba Codicis Msc. Erfordiensis sub finem Pentatevchi depicta apparent. Mirum autem est, ni omnes judæi, qui hodie superstunt, ex Zebulonia tribu sint oriundi, omnes enim mercatores sunt, סְחֲרָנִים Sacherer. In hebræo tamen est לַעֲרֹךְ, quod Commentatores de *ordinatione militari* rectiùs interpretantur.

: בְּלֵא לֵבָב וּלְבָבָא ] de verbo, *non corde & corde*, i. e. non duplici corde, aut animo doloso.

Hi omnes Viri militares, bellatoresque, animo integro Hebronem profecti fuerunt, ad evehendum Davidem ad regnū Israeliticum, sed & Israelitis reliquis, *qui non venerunt*, mens *& voluntas* eadem fuit, deferendi Davidi regnum.

v, 38. כָּל אֵלֶּה אַנְשֵׁי קְרָבָא מְסַדְּרֵי סִדְרָא בְּלֵב שָׁלִים אָתוּ לְחֶבְרוֹן לְאַמְלָכָא יַת דָּוִיד עַל כָּל יִשְׂרָאֵל וְאַף כָּל שְׁאָרָא דְיִשְׂרָאֵל לִבָּא חַד לְאַמְלָכָא יַת דָּוִיד׃

Perstiterunt verò ibi per triduum edentes & bibentes; nā præparaverunt *cibum potumque* eis consanguinei eorum.

v. 39. וַהֲווֹ תַמָּן עִם דָּוִיד יוֹמִין תְּלָתָא אָכְלִין וְשָׁתָאן אֲרוּם דַּמִּינוּ לְהוֹן אֲחוֹהִן׃

Ii verò, qui vicini eis, *Hebronensibus, erant*, ad Issascaritas usque, Zebulonitas, Naphtalitasque, panem asinis, camelis & mulis, bovibus verò cibum & minas *seu libras ficuum*,

v. 40. וְאוֹף דְּקָרִיבִין לְהוֹן עַד יִשָּׂשכָר וּזְבוּלוֹן וְנַפְתָּלִי מַתְיָין לְהוֹן לַחְמָא בְּחַמָּרִין וּבְגַמָּלִין וּבְכוּדָנִין וּבְתוֹרִין מְזוֹנָן וּמָנָן דְּדִיבְלִין

---

v. 39. דַּמִּינוּ ] reſcribo זַמִּינוּ aut דְּזַמִּינוּ.

v. 40. וּמָנָן דְּדִיבְלִין ] *& libras ficuum.* In hebræo eſt קמח דבלים *farinā & ficus.* Quod Noſter conjungit, & ex eo maſſas ſeu *libras ficuum* facit. Ita quoq; R. Sal Aben Melech, in Coment: יפי כלל dicto, vocem hanc exponit: דבלים חתיכות תאנים יבשות מקוצבות ודרוסות יחד שנעשות גוף אחד hoc eſt, דְּבֵלִים innuuntur *portiones ficuum ſiccarum præciſarum & ſimul compreſſarum, ut unum Corpus* ſeu maſſam *efficiant.* LXX. Interpretes Græci, & qui eos ſequuntur, Vulgata Latina, Tremellius Juniusque, benè extulerunt: Παλάθας, *Palathas*, quæ Heſychio & Suidæ ſunt ἡ τῶν σύκων ἐπαλλήλου θέσις & Σύκων μᾶζα vel, ut Suidas legit, μάζαι. hoc eſt, *maſſa ficuum & caricarum, quas in morem laterum figurantes, ut diu illæſa permaneant, calcant atq; compingunt.*

וְאִתְכְּלִין

וְאַתְּנֵי דְעָנְבִין וְחֲמַר וּמְשַׁח וְתוֹרִין וְעָאן לְסוּגְעִי מְטוֹל דְּחֶדְוָה הֲוָת בְּיִשְׂרָאֵל :

Et botros uvarum, vinum atq; oleum, ut & boves ovesque in magna copia attulerunt eis, magna enim lætitia in Iſrael fuit.

## CAP. XIII.

v. 1. וְאִתְיָעַט דָּוִיד עִם רַבָּנֵי אַלְפַיָּא וּמֵאוֹתָא לְכָל סַרְכּוֹ :

Conſultavit autem David cum Chiliarchis, Centurionib⁹ & omnibus Præfectis.

v. 2. וַאֲמַר דָּוִיד לְכָל קְהָלָא דְיִשְׂרָ' אִין קֳדָמֵיכוֹן שַׁפִּיר וּמִן קֳדָם יְיָ אִית רַעֲוָא נִתְקַף וְנִשְׁדַּר מִטוֹל אַחֲנָא דְאִשְׁתַּיָּרוֹן בְּכָל אַרְעָתָא דְיִשְׂרָאֵל וְעִמְּהוֹן כַּהֲנַיָּא וְלֵיוָאֵי בְּקִרְוֵי פַּרְוֵילֵיהוֹן וְיִתְכַּנְּשׁוּן לְוָתָנָא :

Dixitq; ad univerſum Iſraelis cœtum : ſi vobis acceptum eſt, & JEHOVÆ eſt beneplacitũ, agite, emittamus *quosdam*, propter *cæteros*, qui reliqui ſunt ex univerſa Iſraelitide, populares noſtros, cumque iis Sacerdotes & Levitas, in urbes pagorum illorum, ut *& iſti* ad nos congregentur.

---

וְאִתְבְּלִין דְעָנְבִין ] *botrosq; uvarum*. In hebræo eſt צִמּוּקִים, quod LXX. Græci & Latini Interpretes meliùs reddunt per σαφίδας *Uvas paſſas*.

וַחֲמַר ] lege וְחֲמַר cum Heth.

---

## CAP. XIII.

: סַרְכּוֹ ] lege סַרְכָּן.

נִתְקַף *agite* ] de verbo, *propagabimur, corroboremur*, legas autem velim נִתְקַף. v. 1. v. 2.

וליואי ] lege וְלֵיוָאֵי.

פַּרְוֵילֵיהוֹן ] lege פַּרְוֵילֵיהוֹן aut פַּרְוֵילֵיהוֹן.

Arcam quoque DEI noſtri, cum *ſuperiori* Saulis tempore eam non requiſiverimus, ad nos reducamus.

Reſponditque univerſus cœtus, ut ita fiat, quandoquidem univerſo populo res recta *videbatur*.

Congregavit igitur David Iſraelem omnem, à Nilo *flumine* Ægypti, ad introitum Antiochiæ *uſque*, ad deducendam arcam Domini, è Kiriathjearim.

| | |
|---|---|
| v. 3. | וְנָסֵבָה גַּת אֲרוֹנָא דֶאֱלָהָנָא<br>לְוָתָנָא אֲרוֹם לָא תְבַעֲנָא<br>יָתֵיהּ בְּיוֹמֵי שָׁאוּל׃ |
| v. 4. | וַאֲמַרוּ כָּל קְהָלָא לְמֶעְבַּד<br>כְּדֵין אֲרוֹם תַּקִּין פִּתְגָמָא קֳדָם<br>כָּל עַמָּא׃ |
| v. 5. | וְאַכְנֵשׁ דָּוִד יָת כָּל יִשְׂרָאֵל<br>נִילוֹס דְּמִצְרַיִם עַד מֵעֲלָן<br>לְאַנְטוֹכְיָא לְאַעֳלָא יָת<br>אֲרוֹנָא דַיְיָ מִקִּרְיַת יְעָרִים׃ |

---

v. 3. דֶאֱלָהָנָא ונו׳ יָתֵיהּ] lege דֶאֱלָהָנָא & יָתֵיהּ.

v. 5. נִילוֹס *Nilus*) in hebræo eſt שִׁיחוֹר i. e. *μέλας*, quomodo quoque Nilus Græcis dictus eſt *Niger*, ex colore nigro, & nigra fertiliq; terra, quam vehebat, ita nominatus, per quem plerique omnes cum Targumiſta Noſtro Nilum intelligunt. Videantur è Judæis, R. Sal Jarchi, R. David Kimchi, R. Salomo Aben Melech, R. Iſaacus Abarbenel, Comment. in Eſaiæ c. XXIII. 3. è Chriſtianis verò Hieronymus, in Paulæ Epitaphio, Matth. Aurogallus, in libello חדר שמות עצמים, in nomine שחור, & Car. Stephanus in Dictionario Geographico, & complures alii I. Reg. IIX. 65. dicitur נחל *Naal*, i. e. *torrens*, amnis vel fluvius Ægypti *καὶ' ἐξοχήν*, unde quoque doctiſſimus Vir, Nic. Fullerus, in Miſcellaneis, lib. IV. c. 10. nomen Νεῖλος deducit. Tremellius tamen atque Junius, in Scholiis, Joſ. XIII. 3. cum Epiphanio Rhinocoluram intelligi arbitrantur. LXX. Interpp. Græci reddunt: *ἀπὸ ὁρίων à finibus* Ægypti, ſenſum magis, quàm vocem exprimentes.

לְאַנְטוֹכְיָא] in hebræo eſt חֲמָת. Vide quæ ſuperius annotavimus ad cap. I. v. 16.

בעלתה

| | | |
|---|---|---|
| וְסַלִּיק דָּוִיד וְכָל יִשְׂרָאֵל | v. 6. | Aſcendit verò David omnisque Iſrael Baalam ſive Kiriathjearimum, quæ in Judæa eſt *ſita*, deportatum *inde* arcam JEHOVÆ, is eſt JEHOVA, cujus divina gloria deſuper à Cherubinis reſidet, cujus, JEHOVÆ, nomen ei, *arcæ*, inditum fuit. |
| בַּעֲלָתָה לְקִרְיַת יְעָרִים | | |
| דִּי לִיהוּדָה לְאַעֲלָאֵת מִנָּהּ אֲרוֹנָא | | |
| דַּייָ הוּא יְיָ דְּשָׁכַן תִּיהּ שְׁרִיָּה | | |
| עַל מִן כְּרוּבַיָּא דְּאִתְקְרֵי | | |
| שְׁמֵיהּ עֲלוֹהִי׃ | | |
| וְאַסְחִיתוּ יָת אֲרוֹנָא בַּעֲגָלְתָּא | v. 7. | Deportarunt autem arcam in plauſtro novo è domo Abinadabi, deducentibus *vel gubernantibus* plauſtrum Uſa & Ahione. |
| חַדַּתָּא מִן בֵּית אֲבִינָדָב וְעֻזָּא | | |
| וְאַחְיוֹ מְדַבְּרִין בַּעֲגָלְתָּא׃ | | |

בַּעֲלָתָה לְקִרְיַת יְעָרִים ] *Baalam Kriathjearimum.* Baala enim fuit Kiriathjearim, vid. Joſ. XV. 9. LXX. Interpp. Græci reddunt Βαάλη Δαυὶδ, non benè, ea enim Bethlehem eſt, Luc. II. 4. vel arx Sionis Hieroſolymitana, I. Paral. XI. 5. v. 6.

דְּשָׁכַן תִּיהּ שְׁרִיָּה עַל וגו׳ ] lege דְּשָׁכַן שְׁרִיַת עַל׳.

דְּאִתְקְרֵי שְׁמֵיהּ עֲלוֹהִי׃ ] *cujus*, JEHOVÆ, *nomen ei*, arcæ, *eſt impoſitū*, II. Sam. VI. 2. dicitur nomen ei hoc inditum eſſe : שֵׁם יי צבאות יושב הכרובים עליו *Nomen JEHOVÆ exercituum, inſidentis eis* ſcil. *Cherubinis.* Notari verò hic debet, *Nomen JEHOVÆ* pro ipſo *JEHOVA* poni, & *nomen* pro *re ipſa*, tali nomine ſignificata. Conf. B. Glaſſius, in Rhet. S Tract I. c. 4. num. 7. & in Grammat. S. lib. IV. Tract. 3. Obſerv. 18. Senſus igitur eſt; arcæ nomen fuiſſe *JEHOVA*, vel *JEHOVA ZEBAOTH, inſidens Cherubinis*, vel juxta Targumiſtam Noſtrum, *JEHOVA, cujus divina gloria deſuper à Cherubinis reſidet.* Quia revera arca fuit ſedes JEHOVÆ, ejuſque gloriæ divinæ, & ſingulariſſimæ præſentiæ. Quod Socinianos, nomina divina præter Filium & Spiritum S. creaturis quoque & inanimatis rebus in Scriptura S. tribui contendentes, nihil quicquam juvabit, diximus enim, res ipſas, non nomina, ſignificari, aut, ſi etiam nomina alicubi eis tribuantur, tribuuntur eis non in recto, ſed in caſu obliquo, Filio & Spiritui S. in recto caſu nominibus Divinis aſſignatis.

וְאַחְיוֹ ] nomen proprium eſt filii Abinadabi, LXX. appellativè acceperunt, reddentes καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, acſi legiſſent וְאַחָיו׳. v. 7.

David verò & omnis Iſrael omnis generis cantilenis & Cytharis, Nabliis, Tympanis, Cymbalis atque tubis coram Domino jubilabant.

v. 8. וְדָוִיד וְכָל יִשְׂרָאֵל מְשַׂחֲקִין
לִפְנֵי יְיָ בְּכָל שִׁירִין וּבְכִנָּרִין
וּבְנֵיבְלִין וּבְתֻפִּין וּבְצִלְצְלִין
וּבַחֲצוֹצְרָתָא׃

---

ע. 8. בְּכָל שִׁירִין ] in hebræo præcedit בְּכָל־עֹז, quod noſter non extulit.

וּבְכִנָּרִין ] Græcis quoque κινύρα audit, inſtrumenti muſici genus eſt, *Cythara*, fortaſſis inde Latinorum *canere* ortum eſt.

וּבְצִלְצְלִין ) *Cymbalis.* In hebræo eſt מְצִלְתַּיִם, quod Kimchius in Comment. hunc in modum exponit. שיר היה ולא היה עשוי כי אם להשמעת קל ודנמתו כלי שיר שקורין פויקין בלשון אשכנז שמכין עליו במקלות והוא משמיע קול וכן מוכיח לקמן ובמצלתים משמיע וכתיב והמשורר היתן אסף ואיתן במצלתים נחשת להשמיע ועוד למטה כתיב בשיר בית יי׳ במצלתים וגו׳ ועל שם כך נקרא מצלתים וכן יירש הצלצל מין ארבה המשמיע קול כדכתיב בנבואת יואל על הארבה כקל מרכבות על ראשי ההרים רקדון וגו׳ *Fuit inſtrumentum muſicum*, ſolius *ſtrepitûs*, (non variantis melodiæ) *causâ factum, ſimile ei eſt inſtrumentum muſicum, quod* Paucken *Germanicè vocatur, quod bacillis pulſant, ſonitum* pulſatum *edens; hoc arguit* Auctor Paralipp. *paulò poſt*, I. Paral. XVI. 5. ASAPH, dicens, CYMBALIS vel Tympanis משמיע SONITUM EDIDIT, ET I. Paralipp. XV. 19. *ſcribitur*: ET MUSICI HEMAN, ASAPH ET ETHAN ÆREIS CYMBALIS vel Tympanis PERSONABANT. *& inferius* I. Paral. XXV. 6. IN CANTILENIS IN DOMO JEHOVÆ CYMBALIS ſeu Tympanis *&c. Hinc quoque* מְצִלְתַּיִם MEZILTAIM Hebræis inſtrumentum hoc *dictum eſt, quomodo & locuſtæ genus,* הַצְּלָצַל Deut. XXVIII. 42. *vocatur, à ſtrepitu & ſuſurro, quem facit, quemadmodum ſcriptum eſt in prophetia Joelis, de locuſtis, quæ cum ſtrepitu, curruum inſtar, per cacumina montium ſubſiliunt.*

ראתו

| | | |
|---|---|---|
| וְאָתוֹ עַד גֹּרֶן אַחַר מְחַקֵּן וְאוֹשִׁיט עֻזָּא יְדֵיהּ לְמֵיחַד יַת אֲרוֹנָא אֲרוֹם מַרְגּוֹהִי תּוֹרַיָּא׃ | v. 9. | Cùm verò Gorenum usque, locum commodè situm, devenissent, extendit Usa manum suam, apprehensurus arcam, nam propulerant eam boves. |
| וְתַקִּיף רוּגְזָא דַיְיָ בְּעֻזָּא וּמְחָהִי מִטּוֹל דְּאוֹשִׁיט יְדֵיהּ עַל אֲרוֹנָא וּמִית תַּמָּן קֳדָם יְיָ׃ | v. 10. | Intensa est autem ira Domini contra Usam, & percussit eum propterea, quod extendisset manum suam supra arcam, ibique exhalavit animam coram Jehova. |
| וּתְקַף לְדָוִיד אֲרוֹם תְּרַע יְיָ תַּרְעָתָא בְּעֻזָּא וּקְרָא לְאַתְרָא הַהוּא אַתַר דְּמִית בֵּיהּ עֻזָּא עַד יוֹמָא הָדֵין׃ | v. 11. | David autem ægrè tulit, quod Jehova rupturam in Usa fecisset, vocavitque locum illum, locum in quo Usa extinctus est, *quod nomen* in hunc usque diem *retinet*. |
| וְדָחִיל דָּוִיד מִן קֳדָם יְיָ בְּיוֹמָא הַהוּא לְמֵימַר אֵיכְדֵין יֵיעוֹל לְוָתִי יַת אֲרוֹנָא דַיְיָ׃ | v. 12. | Metuit autem David *sibi* ex isto tempore â Jehova, quomodo, inquiens, deducam ad me arcam Jehovæ? |

וְאָתוֹ ] vel וְאָתוֹ. v. 9.

גֹּרֶן אַחַר מְחַקֵּן ] in hebræo est גֹּרֶן כִּידוֹן, sed II. Sam. VI. 7. dicitur גֹּרֶן נָכוֹן, ubi Jonathan, ut hic Noster, reddit, videtur verò גֹּרֶן כִּידוֹן *Goren Kidon* nomen proprium esse, quod ibi Kidonis area esset.

מַרְגּוֹהִי ] rescribo ex Jonathane, II. Sam. VI. 7. מְרַגּוֹהִי.

תַּרְעָתָא ] lege תִּרְעָתָא cum Hirek. v. 11.

הָדֵין ] vel הָדֵי, confer Jonathanem, II. Sam. VI. 8.

וְדָחִיל ] lege וְדָחִיל cum scheva.

יֵיעוֹל לְוָתִי יַת וגו׳ ] videtur hoc transscriptum esse ex Jonathane, II. Sam. v. 12.

David itaque Arcam non ad se, in urbem David, sed in ædes Obededomi Gittæi abduxit.

Et commorata est arca Domini apud Obededomum in ædibus ejus, per tres menses, benedixit autem *interea ὁ λόγος* verbum Domini Obededomo per filios & Nepotes, quos concepit uxor ejus & octo ejus nurus, quæ singulæ octo filios uno partu ediderunt, ita ut inventi sint patres filiique die uno octoginta & unus, quin omni, quod ejus erat, benedixit, & multiplicavit *illud* plurimum.

v. 13. וְלֹא אֲפָנִי דָוִיד אֵת אֲרוֹנָא
לְוָתֵיהּ לְקִרְתָּא דְּדָוִיד וְאַפְנִיהּ
לְבֵית עוֹבֵד אֱדוֹם גִּתָּאָה׃

v. 14. וְאִשְׁתְּהוֹ אֲרוֹנָא דַיְיָ לְוַת
עוֹבֵד אֱדוֹם בְּבֵיתֵיהּ תְּלָתָא
יַרְחִין וּבָרִיךְ מֵימְרָא דַיְיָ
יָת עוֹבֵד אֱדוֹם בְּבָנִין וּבְנֵי בְנִין
דְּאִתְעֲבַרַת אִתְּתֵיהּ וְחַמְנְיָא
כַּלְתֵּיהּ וִילִידָן תְּמַנְיָא תְּמַנְיָא
עַד דְּאִשְׁתְּכָחוּ בֵּינֵי אֲבָהָן וּבְנִין
בְּיוֹם חַד תְּמָנִין וְחַד וְיָת כָּל
דִּילֵיהּ בָּרִיךְ וְאַסְגִּי עַד לַחֲדָא׃

---

II. Sam. VI. 9. malim legas אֶל, ita enim & commodior erit constructio, & hebræo textui magis respondebit.

v. 14. וְאִשְׁתְּהוֹ ] rescribo וְאִשְׁתְּהִי.

לְוַת ] aut לְוָת.

מֵימְרָא דַיְיָ ] pro hebræo יְהוָה.

בְּבָנִין וּבְנֵי בְנִין ] explicat hic Noster speciem benedictionis Obededomi, quæ in hebræo generaliter describitur, & in multiplicatione sobolis, sed, qua auctoritate, scire vellem, ponit.

דְּאִתְעֲבַרַת ] lege דְּאִתְעֲבָרַת cum Resch posteriore.

תְּמַנְיָא תְּמַנְיָא ] *octo octo*, i. e. singulæ octo, uno partu, fœtus ediderunt; impossibile equidem non est, uno partu tot fœtus edi, Historiâ profanâ similia magisque miranda exempla prodente, interea tamen hoc incertum est ex Scriptura S. & sine dubio falsum.

תְּמָנִין וְחַד ] *Octoginta & unus.* Calculatio hæc esto:

Obed-

| | | |
|---|---|---|
| וּשְׁלַח חוּרָם מַלְכָּא דְצוֹר עֲזָגְרִין לְוָת דָּוִיד וְקִיסֵי אַרְזִין וְאַרְכְּלִין דְּאוֹמָנִין לִבְנָיִן כּוֹתְלָא וְנַגָּרִין דְּהֻכְמִין לְמִקְטַע קִיסִין בְּעִדָּנָא דְּלָא שַׁלְטָא בְּהוֹן מַלְטִיתָא וְלָא מִתְבַּזְעִין מִן שַׁרְבָּא מְטוּל לְמִבְנֵי לֵיהּ הֵיכְלָא : | v. 1. | Huram, Regulus Tyri, miſit ad Davidem nuncios & ligna Cedrina, ac ſtructores, qui artifices ſunt ſtructuræ parietinæ, uti & fabros, qui periti *fuerunt* cædendi ligna, tempore, quo ea non *ſunt* obnoxia putredini, vel ab æſtu *& ſiccitate* diffiſſa, ut *ſcil.* ædificari *curaret* palatium. |
| וְיָדַע דָּוִד אֲרוֹם אִתְקְנִיהּ מֵימְרָא דַיְיָ מַלְכָּא עַל יִשְׂרָאֵ' וַאֲרוֹם אִתְנַטְלַת אִיקָרֵיהּ לְעֵלָּא וּמַלְכוּתֵיהּ מִן בְּגַלָּל לְאוֹטָבָא לְעַמֵּיהּ יִשְׂרָאֵל : | v. 2. | Intellexit verò David, quòd conſtituerit ſe ὁ λόγος *ſeu* Verbum DEI Regem ſupra Iſraelem, & quod gloria ſua in altum ſit evecta, ſuumque regnum, ut benefaceret populo ſuo Iſrael. |

| | |
|---|---|
| Obededom - - - - - | 1 |
| Filii ejus - - - - - | 8 |
| Uxoris partûs - - - | 8 |
| Nuruum octo partûs - | 64 |
| En habes parentes filiosq; numero - | 81 |

Conf. quæ inferius ad cap. XXVI. f. annotamus.

## CAP. XIV.

עֲזָגְדִין ] vel עַזְגַּדִין.

v. 1. דְּאוֹמָנִין לִבְנִין כּוֹתְלָא ] ita quoq; Jonathan, II. Sam. V. 11. exponit. דְּחַכִּימִין לְמִקְטַע קִיסִין וגו' ) confer Jonathanem l. c. In hebræo ſaltem eſt חרשי עצים *fabri lignarii*, qui in ſecandis peritè lignis artifices exiſtunt, interea tamen tempus quoque lignis cædendis opportunum noſſe debent, ut adjecta Targumiſtæ Gloſſa non modo tolerari poſſit, ſed & approbari. Cæterum pro דְּהֻכְמִין reſcribo דְּחַכִּימִין per Heth.

שַׁרְבָּא ] vel שׁוּרְבָּא aut שׁוּרְבָּא.

v. 2. מֵימְרָא דַיְיָ ) in hebræo eſt יְהוָה.

אִתְנַטְלַת ) vel אִתְנַטֶּלֶת.

אִיקָרֵיהּ ) vel אִיקָרִיהּ.

Duxit verò David *plures* adhuc uxores, in Jeruſalem, *& ex eis* ulterius filios & filias genuit.

וַיִּקַּח דָּוִיד עוֹד נָשִׁים v. 3.
בִּירוּשָׁלַם וַיּוֹלֶד דָּוִיד עוֹד
בָּנִים וּבָנוֹת׃

Suntque *eorum* qui in Jeruſalem nati & educati ſunt hæc nomina: Sammua, Sobab, Nathan & Salomo.

וְאֵלֶּה שְׁמוֹת הָאֲשֶׁר יֻלְּדוּ לוֹ בִּירוּשָׁלָם שַׁמּוּעַ v. 4.
וְשׁוֹבָב נָתָן וּשְׁלֹמֹה׃

Cùm verò Philiſtæi audiviſſent, quod David Rex ſupra omnem Iſraelem eſſet unctus, aſcenderunt, ad provocandum Davidem ad bellum, quo audito, David eis oviam proceſſit.

וַיִּשְׁמְעוּ פְלִשְׁתִּים כִּי נִמְשְׁחוּ אֶת דָּוִיד לְמֶלֶךְ עַל כָּל v. 8.
יִשְׂרָאֵל וַיַּעֲלוּ כָּל פְּלִשְׁתִּים לְבַקֵּשׁ אֶת דָּוִיד וַיִּשְׁמַע דָּוִיד וַיֵּצֵא לִפְנֵיהֶם׃

Philiſtæi verò moverunt ſeſe, & in valle Gigantum ſeſe demiſerunt.

וּפְלִשְׁתִּים בָּאוּ וַיִּפְשְׁטוּ בְּעֵמֶק רְפָאִים׃ v. 9.

Quæſivit autem David ἐκ τοῦ λόγου ex Verbo DEI, anne, inquiens, aſcendam, contra Philiſtæos, numnè trades eos in manum meam? Reſponditque ei Jehova; aſcende, tradamque eos in manum tuam.

וַיִּשְׁאַל דָּוִיד בַּיהוָה לֵאמֹר הַאֶעֱלֶה עַל פְּלִשְׁתִּים v. 10.
וְתִמְסְרֵנִם בְּיָדִי וַיֹּאמֶר יְיָ לוֹ עֲלֵה כִּי מָסֹר אֶמְסֹר אֶת פְּלִשְׁתִּים בְּיָדֶךָ׃

---

v. 4. שַׁמּוּעַ ] vel שַׁמְהַת.

v. 5. Hic in Mſc. Codice lacuna eſt trium verſiculorum, mera tamen nomina propria in iis recenſentur.

v. 9. אֶת ) vel אֵת.

וְאִתְרַטִּישׁוּ ) aut וְאִתְרַטִּישׁוּ.

בְּמִישֹׁר גְּבָרְיָא ) in hebræo eſt עֵמֶק רְפָאִים *Emek Rephaim*. Fuit nomen proprium hoc, eratque retinendum. Confer Jonathanem, II. Sam. V. 18. ubi verſiculum hunc iisdem quoque verbis exhibet.

v. 10. בְּמֵימְרָא דַיְיָ ) ita quoque Jonathan, II. Sam. V. 19.

במישר

| | | |
|---|---|---|
| וּסְלִיקוּ בְמִישַׁר פְּרָצִים וּמְחָנוֹן תַּמָּן דָּוִיד וַאֲמַר דָּוִיד תְּבַר יְיָ יָת בַּעֲלַי דְּבָבַי בִּידַי כְּתִיבוּר מָאן דִּפְּחַר דְּמַלֵּי מַיִין בְּגִין שְׁמָא דְּאַתְרָא הַהוּא מִישַׁר פְּרָצִים עַד יוֹמָא הָדֵין׃ | v. 11. | Profecti igitur ſunt in planitiem Perazim, & eos ibi cædit David, dixitque: confregit Jehova hoſtes meos per me, quemadmodum aliquis confringit vas figulinum aquis plenum, ideoque nomen illi loco tunc inditum fuit, planities Perazim, quod in hunc uſque diem remanſit. |
| וְשָׁבְקוּ תַמָּן יָת טַעֲוָתְהוֹן וַאֲמַר דָּוִיד וְאִתּוֹקְדוּ בְּנוּרָא׃ | v. 12. | Reliquerunt autem ibi *Philiſtæi* Idola ſua, quæ, mandante Davide, ſunt igne combuſta. |
| וְאוֹסִיפוּ תוּב פְּלִשְׁתָּאֵי וְאִתְרַטִישׁוּ בְּמִישְׁרָא׃ | v. 13. | Reſtaurarunt verò Philiſtæi bellum, ſeque in planitie *prædicta* demiſerunt. |
| וְשַׁייֵל תּוּב דָּוִיד בִּמֵימְרָא דַּיְיָ וַאֲמַר לֵיהּ יְיָ לָא תִסַּק בַּתְרֵיהוֹן אִסְתַּחַר מֵעִלָּוֵיהוֹן וְתֵיתֵי לְהוֹן מִקֳבֵל אִלָּנַיָּא׃ | v. 14. | Quærens verò denuo David ἐκ τῆ λόγε *ſeu* Verbo Domini, reſponſum à Jehova tulit; non aſcendes poſt eos, ſed circumdato eos à parte ſuperiore, eisq; è regione arborum obviam ito. |

בְּמִישַׁר פְּרָצִים ] in hebræo eſt בַּעַל פְּרָצִים *Baal-Perazim*, nomen proprium loci, & retinendum fuit. v. 11.

דְּמַלֵּי ) vel דְּמָלֵי : vide Jonathanem, II. Sam. V. 20.

בְּגִין שְׁמָא וגו׳ ) videtur in medio deeſſe קְרִי, quod in hebræo exiſtit.

וְשָׁבְקוּ וגו׳ ) confer Jonathanem, l. c. v. 21. v. 12.

בְּמִישְׁרָא ] in valle ſcil. Gigantum, vid. II. Sam. V. 22. v. 13.

בְּמֵימְרָא דַּיְיָ ) ita quoque Jonathan, l. c. v. 23. v. 14.

אִסְתַּחַר מֵעִלָּוֵיהוֹן וְתֵיתֵי ) lege אִסְתְּחַר מֵעִלָּוֵיהוֹן וְתֵיתֵךְ.

אִלָּנַיָּא ) *arbores* generaliter, ita quoque Jonathan l. c. In hebræo eſt הַבְּכָאִים quod *ci o* de ἀπίοις, *Piris*, Kimchius & Aben Melech, de

Si itáque vocem Angelorum, tibi venientium auxilio, audiveris, tunc cum eis in bellum condescende, nam profectus est *tunc* angelus emissus â Jehova, pro successu *tuo* secundo, ad cædendum exercitum Philistæorum.

v. 15. וְהָיָה כְּשָׁמְעֲךָ אֵת קוֹל
מַלְאָכִיא דְּאִתַיְין לְסַיְעוּתָךְ
בְּכֵן תִּפּוֹק לְקִרְבָּא אֲרוּם
גְּפַק מַלְאָכָא שְׁלִיחַ מִן קֳדָם
יְיָ לְאַצְלָחָא קֳדָמָךְ לְמִקְטַל
אֵת מַשְׁרִיַת פְּלִשְׁתָּאי׃

Ita autem, quemadmodum Jehova præcepit, fecit David, & percusserunt exercitum hostilem, *persequentes eos* â Gibeone ad Gaseram usque.

v. 16. וַעֲבַד דָּוִיד הֵיכְמָה דְּפַקֵּיד
יְיָ וּמְחוֹ אֵת מַשְׁרִיַת מִגְבְּעוֹן
וְעַד גָּזְרָה׃

## CAP. XV.

Exivitque fama Davidis in omnes terras, & ὁ λόγος *seu* verbum Domini terrorem ejus omnibus gentilibus incussit.

וּנְפַק שְׁמָא דְּדָוִיד בְּכָל אַרְעָתָא
וּמֵימְרָא דַּייָ רְמָא דַּחֲלְתֵיהּ
עַל כָּל עַמְמַיָּא׃

---

תותים *moris* intelligunt. Quibus posterioribus etiam B. Lutherus In Versione Germanica, & Tremellius Junius que in Versione Latina assentiuntur.

v. 15. קל מַלְאָכִיא ) *Vocem Angelorum*, Conf. Vatablum, Comment. in h. l. In hebræo est קוֹל הַצְּעָדָה, quod Jonathan II. Sam. V. 24. reddit per קל צוחתא *vocem clamoris*, LXX. Interpp. Græci extulerunt τὴν Φωνὴν τῶν συσσεισμῶν, Tremellius & Junius, *sonum quendam incessûs*, בְּרָאשֵׁי הַבְּכָאִים *in cacuminib⁹ mororũ* vel arborum, quod Noster hic non extulit.

תפוק ) תִּפּוֹק.

מַלְאָכָא שְׁלִיחַ מִן קֳדָם יְיָ ) in hebræo est הָאֱלֹהִים, cõfer Jonathanẽ, l. c.

משריית ) vel מַשְׁרִיַת.

---

## CAP. XV.

Versus, *Exivitque fama Davidis &c.* Ab hoc versiculo incipit Codex Noster Msc. caput XV. In hebræis Codicibus impressis, & versionibus caput antecedens rectiùs eo clauditur.

ומימרא דייי ) pro hebræo וַיהוָה.

| | | |
|---|---|---|
| וַיַּעַשׂ לוֹ בָּתִּים בְּעִיר דָּוִיד וַיָּכֶן מָקוֹם לַאֲרוֹן הָאֱלֹהִים וַיֵּט לוֹ אֹהֶל׃ | v. 1. | Conſtruxit verò ſibi *David* ædes in urbe Davidis, & ordinavit locum quendam pro arca Domini, & pro ea tentorium tetendit. |
| אָז אָמַר דָּוִיד לֹא לָהֶם לָשֵׂאת אֶת אֲרוֹן הָאֱלֹהִים כִּי אֹתָם בָּחַר יְהוָה לָשֵׂאת אֶת אֲרוֹן הָאֱלֹהִים וְלָשָׁרְתוֹ עַד עוֹלָם׃ | v. 2. | Ecce tunc edixit David, quod non ſint *habiles vel* capaces geſtandæ arcæ Domini, niſi Levitæ, eo quod bene placuit Jehovæ, ut illi arcam Domini geſtent, eique miniſtrent in ſeculum. |
| וַיַּקְהֵל דָּוִיד אֶת כָּל יִשְׂרָאֵל יְרוּשָׁלִַם לְהַעֲלוֹת אֶת אֲרוֹן יְהוָה אֶל מְקוֹמוֹ אֲשֶׁר הֵכִין לוֹ׃ | v. 3. | Congregavit igitur David univerſum Iſraelem Hieroſolymas, ut arcam Domini ad locum ſuum, quem ei præparavit, deducant. |
| וַיַּקְהֵל דָּוִיד אֶת בְּנֵי אַהֲרֹן וְאֶת הַלְוִיִּם׃ | v. 4. | Congregavit quoque David Aharonitas & Levitas, |
| לִבְנֵי קְהָת אוּרִיאֵל הָרֹאשׁ וַאֲחֵיהוּ מֵאָה וְעֶשְׂרִים׃ | v. 5. | E Kehathenſibus Urielem Præfectum, ejusque conſanguineos, *viros* 120. |
| לִבְנֵי מְרָרִי עֲשָׂיָה הָרֹאשׁ וַאֲחֵיהוּ מָאתַיִם וְעֶשְׂרִים׃ | v. 6. | E Merarenſibus Aſaiam, præfectum, & ejus conſanguineos, *numero* 220. |
| לִבְנֵי גֵרְשׁוֹם יוֹאֵל הָרֹאשׁ וַאֲחֵיהוּ מֵאָה וּשְׁלֹשִׁים׃ | v. 7. | E Gerſomitanis Joelem, Præfectum, atque ejus conſanguineos, 130. |
| לִבְנֵי אֱלִיצָפָן שְׁמַעְיָה הָרֹאשׁ וַאֲחֵיהוּ מָאתַיִם׃ | v. 8. | E Familia Elizaphanis Semaajam, præfectum, ejusque conſanguineos, *viros* 200. |

v. 2. בְּהֵן) lege בְּהֵן cum Beth. לבני

E Hebronenſibus, Elielem, præfectum, & conſanguineos ejus 80.

E Familia Uſielis Amminadabum, præfectum, & Conſanguineos ejus, 112.

David igitur convocatis Zadoko, Aebiataro, Sacerdotibus, & Levitis Urieli, Haſaiæ, Joeli, Semaaiæ, Elieli & Amminadabo

Dixit: vos capita eſtis paternarum veſtrarum *familiarum* Leviticarum, præparate vos & conſanguinei veſtri, & deportate arcam Domini DEI Iſraelis, ad locum, quem deſtinavi ei.

v. 8. וּמִן טִבְחַת וּמִן כּוּן ] *è Tibhath verò & è Kun*, melius Noster extulit, quàm LXX. Interpretes Græci: καὶ ἐκ τῆς Μεταβὲθ καὶ ἐκ τῶν ἐκλεκτῶν. Error inde natus est, quòd arbitrati sunt mem in priori nomine וּמִטִּבְחַת esse formativum, pro posteriori verò כּוּן legitur II. Sam. IIX. 8. בְּרֹתַי pro quo fortasse legerunt בְּחִירֹתַי aut בְּחִירוֹת *electa*.

v. 9. מַלְכָּא דַּאֲנְטִיוֹכָא ] *Regulus Antiochenus*, in hebræo est, מֶלֶךְ חֲמָת Nami-

וְשַׁדַּר יַת הַדְרָם בְּרֵיהּ
לְוָת מַלְכָּא דָּוִד לְמִשְׁיַל לֵיהּ
בְּשְׁלָם וּלְבָרְכוּתֵיהּ מִן דְּגָלַל
דְּאָגִיחַ קְרָבָא בְּהַדַּדְעֶזֶר
וְקָטְלֵיהּ אֲרוֹם גְּבַר עֲבִיד
קְרָבִין עִם תּוּעִו הַוָה הַדַּדְעֶזֶר
וְכָל מָאנֵי דְּהַוָא וְכַסְפָּא
וּנְחָשָׁא דְּשַׁדַּר לֵיהּ :

אוֹף הִנּוּן אַקְדֵּישׁ מַלְכָּא
דָּוִד קֳדָם יְיָ עִם כַּסְפָּא וְדְהַוָא
דִּי שְׁבָא מִכָּל עַמְמַיָּא מִן
אֱדוֹם וּמִן מוֹאָב וּמִבְנֵי עַמּוֹן
וּמִן פְּלִשְׁתָּאֵי וּמֵעֲמָלֵקָאֵי :

וַאֲבִשַׁי בַּר צְרוּיָה קְטַל יַת
אֲדוֹמָאֵי בְּחֵילַת מְלַח תְּמָנְתַּ
סַר אַלְפִין :

וּמַנִּי בֶּאֱדוֹם אַסְטַרְטִיוֹטִין
וַהֲוָו כָּל אֲדוֹמָאֵי עַבְדִין לְדָוִד
וּפְרַק יְיָ יַת דָּוִד בְּכָל אֲתַר
דְּהָלַךְ :

v. 10. Ablegavit Hadoramũ, filium ſuum, ad Regem Davidem, ut ſalutaret eum, eique congratularetur, quòd bello congreſſus eſſet cum Hadareſere, eumque cædiſſet [ nam Hadareſer hoſtis Tou fuit ] & omnis generis Inſtrumenta aurea, argentea & ænea, quæ ei miſit, *cum Hadoramo ei legavit.*

v. 11. Ea quoque conſecravit Rex David JEHOVÆ cum eo argento & auro, quod deportavit ex omnibus gentibus Idumæis, Moabitis, Ammonitis, Philiſtæis, Amalekitis.

v. 12. Abſai Filius Zeruiæ fudit Idumæos, in valle Salis, *Viros* 18000.

v. 13. Conſtituitque David in Idumæa στρατιώτας, & fuerunt omnes Idumæi Servi Davidi, ſalvavit enim JEHOVA Davidem in omni, in quem devenit, loco.

---

Namque ſuperiùs quoque Hemath Targumiſtæ Noſtro Antiochia eſt. vid cap. I. v. 16. & ibi annotata.

מַשְׁרִית ו משרית.

דְּאָגִיחַ ] lege דְּאַגִּיחַ. v. 10.

דַּהֲוָה ] reſcribe omninò hic & verſu ſequente, ex II. Sam. VII. 10. דַּהֲבָה per Beth.

Imperavit autem David universo Israëli & administravit Judicium & Veritatem omni populo suo.

v. 14. וַיִּמְלֹךְ דָּוִיד עַל כָּל יִשְׂרָאֵל וַיְהִי דָוִיד עֹשֶׂה מִשְׁפָּט וּצְדָקָה לְכָל עַמּוֹ׃

Joabus autem, Filius Zeruiæ, Militiæ est præfectus, Josaphatus vero, Filius Ahiludis, præfectus *est* memoriali.

v. 15. וְיוֹאָב בֶּן צְרוּיָה מֵמֹנֶא עַל הַצָּבָא וִיהוֹשָׁפָט בֶּן אֲחִילוּד הַמַּזְכִּיר עַל הַזִּכָּרוֹן׃

---

v. 15. הַמַּזְכִּיר ] pro hebræo מַזְכִּיר, occurrit etiam II. Sam. IIX. 16. II. Reg. XIIX. 18. ubi itidem Jonathan transtulit הַמְמַנָּא עַל Ester VI. 1. vocatur hebraicè סֵפֶר הַזִּכְרוֹנוֹת LIBER MEMORIARUM, additurque exegeseos causa, דִּבְרֵי הַיָּמִים ANNALES Regni; ubi Targumista itidem extulit, סִפְרָא דְּכָרְנַיָּא. Hebræi Commentatores existimant, *Consiliarium* primarium seu *Cancellarium* intelligi, unde Rabbinu Esaias in Comment. *II.* Sam. *VIII.* 16. הַמַּזְכִּיר פי' יועץ המלך HAMMASKIR, id est, *Consiliarius Regius.* Et explicatiùs R. Sal. Jarchi, in dictum locum, & *II.* Reg. *XIIX.* 18. המזכיר איזה משפט בא לפני המלך ראשון שיפסקנו ראשון HAMMASKIR) scribit, *Quæcunque causa primùm ad Regem est delata, eam hic primus decidere debebat.* Confer Kimchium Comment. in locum præsentem. Sed magis nobis probatur eorum sententia, qui *Cancellarium*, Actis Publicis, in Protocollos referendis, & in Cancellaria condendis, reservandisque Præfectum, hîc intelligunt, quod cum verbum hebræum chaldæumque, tum locus Parallelus, Ester *VI.* 1. coarguit. Unde LXX. Interpretes Græci optimè transtulerunt, ὁ ὑπομνηματόγραφος, id est, *qui hypomnemata* vel *Commentarios* rerum memorabilium seu Annales Regni aut Reipublicæ alicujus *scribit* : Curopalatæ tamen est ὑπομνηματόγραφος, Officialis Ecclesiæ Magnæ, cùm hîc Palatii Hierosolymitani Regii Officialis potius intelligatur. In Imperio Romano, Arcadii, Honorii & ulterioribus temporibus dicebatur *Magister Scriniorum*, vel *Magister Memoriæ*, qui *Adnotationes omnes dictabat*, prout ex Notitia Imperii Romani cum Orientis tum Occidentis discimus.

| | | |
|---|---|---|
| וְצָדוֹק בַּר אֲחִיטוּב וַאֲבִימֶלֶךְ | v. 16. | Zadokus verò Filius Abitubi, & Abimelechus, Filius Abiatharis, Antiſtites Sacerdotii Magni, Seſa verò Scriba, *fuerunt*. |
| בַּר אֲבִיָתָר סָגְנֵי כְהוּנְתָּא | | |
| רַבְּתָא וְשִׁישָׁא סַפְרָא : | | |
| וּבְנָיָהוּ בַּר יְהוֹיָדָע מְמֻנָּא | v. 17. | Denique Benajas, Filius Jojadæ, præfectus fuit Synedriis, magno atque parvo, |
| עַל סַנְדְּרֵי רַבְּתָא וְעַל סַנְדְּרֵי | | |
| זוּטָא | | |

סָגְנֵי כְהוּנְתָּא ] id eſt, Vicarii, Suffraganei, Vice-Sacerdotes, vel etiam Antiſtites Sacerdotii Magni, fortè alternantes; Kimchius tamen Comment. in *II.* Sam. *VIII.* 17. ſcribit : כהנים שרי כהונה כי הוא מנא צדוק להיות כהן גדול מבני אלעזר ומשנהו אחימלך בן אביתר מבני איתמר וגו' SACERDOTES, i.e. ἀρχιερεῖς, *namque* David *conſtituit Zadokum, ut eſſet Pontifex Maximus è Familia Eleaſaris, Vicarium verò ejus, Abimelechum, Abiatharis Filium, è Familia Ithamaris.* v. 16.

סָפְרָא ] *Scriba.* LXX. Interpretes Græci γραμματεὺς, quæ vox in N. T. frequentiſſima eſt, & πολύσημος, videatur Cl. Hiſtoriæ Evangelicæ Illuſtrator, Jo. Lightfoot, in Horis Talmud. ad Lucæ X. 25. hic innui videtur, quem ibidem, ad Marci *III.* 17. *Regiſtrarium Synedrii* vocat, *Regiſtratorem* appellat Germaniæ vulgus. Fuit *Chartularius Eccleſiæ* vel *Notarius Eccleſiaſticus*, confer Julii Pacii, Viri eruditiſſimi, notas in Curopalatem, de Officialibus Palatii Conſtantinopolitani, & Officiis Magnæ Eccleſiæ, p. 259. & ſeq.

סַמָּנָא עַל סַנְדְּרֵי וגו' ] in hebræo eſt עַל־הַכְּרֵתִי וְהַפְּלֵתִי, de quibus plurimæ Commentatorum, aliorumque Scriptorum, conjecturæ extant. LXX. Interpretes Græci hic & alibi, ubi de officialibus Regiis Davidis ſermo eſt, ut nomen proprium, χερεθὶ & φελεθὶ retinent, quos alii multi ſequuntur. Targumiſtæ tamen Noſtri Sententiam amplectitur R. Levi Ben Gerſon, Comment. in *II.* Sam. *XX.* 23. ובניהו בן יהוידע על הכרתי ועל הפלתי' לל שהיה מופלא שבבד והיה ראש לסנהדרי גדולה והוא היה כהן כאמרו בניהו בן יהוידע הכהן וזה כבר ראוי שיהיה הגדול שבסנהדרין כהן כאמרו בתורה ובאת אל הכהן והטעם כי לא תאבד תורה מכהן והוא מבואר שאין הרצון בכרתי צבא גבורים כי כבר היה יואב שר צבא לכל ישראל : BENAIAS VERÒ, FILIUS JEHOJADÆ, CHERETHI ET PHELETHI PRÆFUIT: v. d. *eum inter eos, qui in Judicio* Eccle- v. 17.

quæſivitque per Urim atq; Tumim, & juxta dicteriũ oris ejus fuerunt Sagittarii & funditores in militiam profecti; Filii verò Davidis, pro Cuſtodia Regis, in anteriori *loco Parenti* aſſederunt.

וַיהוֹה שְׁאֵיל בְּאוּרִיָא וְתֻמַיָא
וְעַל מֵימַר פּוּמֵיהּ הֲוֹן קְשָׁתַיָא
וְקַלְעַיָא לְקָרְבָא וּבְנֵי דָוִיד
יַתְבִין בְּקֻדְמֵיתָא לְמַטְרָא
דְּמַלְכָּא׃

ſiaſtico aſſederunt, *admirabilem* plane *& Synedrii Magni caput* ſeu Primarium & Præſidem *fuiſſe, eumque Sacerdotem, ait enim* Chronicorum Conditor, lib. *I.* Paralipp. *XXVII.* 5. BENAJAS, FILIUS JEHOIADÆ, SACERDOTIS. *Quare capax fuit, ut eſſet Maximus in Synedrio Pontifex, quemadmodum* Moſes *in Lege præcipit*: Devt. *XXVI.* 3. VENIES AD SACERDOTEM &c. *Senſus eſt, non defecturam eſſe Legis* Doctrinam *à Sacerdote*, Jerem. *XIIX.* 18. *Illud autem perquam manifeſtum eſt, per Cherethi non innui Exercitum Militum, namque jam ante Joabus Præfectus militum univerſi Iſraëlis* eſt nominatus, confer eundem, *II.* Sam. *IIX.* 17. & *XV.* 18.

בְּאוּרִיָא וְתֻמַיָא] hæc altera Expoſitio eſt allegorica vocabulorum Cherethi & Phelethi. Unde R. David Kimchi Comment. in *II.* Sam. *XV.* 18. וכל הכרתי וכל הפלתי ת"י וגו' ורבו' ז"ל פי' אלו אורים ותומים ומלת כל קשה לפירושם ׃ OMNESQUE CHERETHI ET OMNES PHELETHI. *Jonathan extulit &c. Magiſtri autem Noſtri beatæ memoriæ exponunt: Illi ſunt Urim & Tumim. Obſtat tamen*, ſubijcit, *eorum expoſitioni vocula* כל *omnes.* Urim enim & Tumim res ſingulares fuerunt, quibus proinde ſignum univerſale non competit. Confer eundem Comment. ad *II.* Sam. *VIII.* 17. & ibid. R. Sal. Jarchi.

וְקַלְעַיָא] קְשָׁתַיָא *Sagittarii & Funditores.* Hæc tertia eſt expoſitio vocabulorum Cherethi & Phelethi, nam plures aggregat Targumiſta Noſter, ut ſuperiùs quoque cap. *XI.* 22. Eſt etiam Jonathanis hæc interpretatio *II.* Sam. *IIX.* 17. *XV.* 18. & alibi, quam Kimchius quoque in Comment. hujus loci & *II.* Sam. *IIX.* 17. cum multis aliis amplectitur, unde loco poſteriore ſcribit: וים כרתי ופלתי שתי משפחות היו מישר אל שהיו סרים אל משמעת המלך ורואים פניו תמיד ובניה היה בראשם *Sunt Commentatores*, qui volunt, *Cherethi & Phelethi duas Familias Iſraeliticas fuiſſe, quæ inſtedebant ad auſcultationem Regis*, confer. *I.* Sam. *XXII.* 18. *ejuſque aſpectu perpetuo gaviſa ſunt; Benaias vero præfectus*

*eorum*

| | |
|---|---|
| וַיְהִי מִן פֹּתָר כֵּרֵין וּמִית נָחָשׁ מַלְכָּא דִבְנֵי עַמּוֹן וּמְלִיךְ בְּרִיהּ תְּחוֹתוֹהִי׃ | v. 1. Factum autem eſt poſthæc, ut moreretur Nahas, Rex Ammonitarum, & regnavit ejus loco Filius ejus. |
| וַאֲמַר דָּוִיד אֶעֱבִיד טִיבוּ עִם חָנוֹן בַּר נָחָשׁ מְטוֹל דְּעֲבַר אֲבוּהִי עִמִּי טִיבוּ וְשַׁדַּר דָּוִיד אֲזִגְדִּין לְנַחֲמוּתֵיהּ עַל אֲבוּהִי וְאָתוֹ עַבְדֵי דָוִיד לְאַרְעָא בְנֵי עַמּוֹן לְוָת חָנוֹן לְנַחֲמוּתֵיהּ׃ | v. 2. Dixit igitur David, exhibebo benevolentiam Hannoni, Filio Nahaſi, nam Pater quoque ejus gratiam mihi exhibuit. Ablegavit itaque David ad eum Legatos, qui conſolarentur eum, ob Patrem defunctum. Et pervenerunt Miniſtri Davidis in Amonitidem ad Hannonem, eum conſolaturi. |

*eorum fuit.* Vult dicere, eos fuiſſe Σωματοφύλακας *Milites prætorianos*, eosque certâ de Gente, cujuſmodi hodie ſunt Cuſtodes Corporis Regii Helvetici, Benaias verò Dux eorum fuit, & veluti *Comes peditum domeſticorum*, Joabo *Magiſtro Militum* exiſtente, ſi vocabulis Imperii Romano-Conſtantinopolitani, ex Notitiâ illius utraque, uti velimus.

וּבְנֵי דָוִיד וגו׳ ] *Filii autem Davidis &c.* Hîc tribuit Targumiſta Noſter Filiis, quod modò militibus Regiis deferebamus. Sed hîc in hebræo eſt: וּבְנֵי דָוִיד הָרִאשֹׁנִים לְיַד הַמֶּלֶךְ & II. Sam. IIX. 17. וּבְנֵי דָוִיד כֹּהֲנִים הָיוּ: ubi extulit Jonathan דַּרְבִּין, hoc eſt, ut Kimchius exponit, הַגְּדוֹלִים *Magnates*, vel, ut R. Levi Ben Gerſon declarat: שָׂרִים וּמוֹשְׁלִים *Principes & Dominatores* הַמְמוּנִים עַל כֻּלָּם *omnibus aliis ſuperiores*, &, ut Eſra hoc loco loquitur, הָרִאשֹׁנִים omnium *primi*. LXX. Interpretes hîc reddunt οἱ πρῶτοι διάδοχοι τῦ βασιλέως, qui *primi Regem* in comitatu *inſequebantur*, vel, uti II. Sam. IIX. 17. extulerunt, αὐλάρχαι, *Principes aulici* hoc eſt, δεσπόται, *Domini*, quomodo olim Imperatorii filii quoque apud Græcos dicebantur, vid. Curopalates in libello laudato, pag. 11 & 12. Noſtro & ſuperioribus ſeculis Regum filii verè כֹּהֲנִים *Epiſcopi* atque *Clerici* fuerunt.

## CAP. XIX.

v. 2. וגרענון

אֲזִגְדִּין לְנַחֲמוּתֵיהּ ] lege אֲזִנְדִּין לְנַחֲמוּתֵיהּ.

וְאָתוֹ ] reſcribe ex II. Sam. X. 2. וַיָּבֹאוּ.

Dixerunt verò Primores Ammonitarum Hannoni: annè David Patrem tuum coram te honorat, quod ablegavit ad te Conſolatores? annon verò potiùs ad indagandam, evertendam & explorandam terram tuam, Miniſtri ejus ad te venerunt?

v. 3. וְאָמְרוּ רַבְרְבֵי בְנֵי עַמּוֹן לְהָנוֹן הַאֲפִשַׁר דִּי מְיַקַּר דָּוִיד יָת אֲבוּךְ קֳדָמָךְ אֲרוּם שַׁדַּר לָךְ מְנַחֲמִין הֲלָא מִן בְּגַלַּל לְמֶחְקַר וּלְהַפָּכָא וּלְאַלָּלָא יָת אַרְעָא אָתוֹ עַבְדוֹהִי לְוָתָךְ׃

Aſſumpſit itaq; ſecum Hannon Miniſtros Davidis, & abſtraxit eis veſtes â dimidia parte, ad pudenda usque, eosque *ſic* dimiſit.

v. 4. וּדְבַר חָנוֹן יָת עַבְדֵי דָוִיד וְגַרְעִנּוֹן יָת לְבוּשֵׁיהוֹן מִן פַּלְגֵיהוֹן עַד בְּהַתְהוֹן וּפַטְרִנּוֹן׃

---

v. 4. וְגַרְעִנּוֹן יָת לְבוּשֵׁיהוֹן ] in hebræo eſt, וַיְגַלַּחֵם וַיְכְרֹת אֶת־מַדֵּיהֶם videtur igitur abeſſe verbum וּפְסִיק & *abſcidit*, ex Targum Jonathanis, I. Sam. X. 4. reſtituendum. Vocem hebræam מַדֵּיהֶם LXX. Interpretes Græci optimè extulerunt per *μανδύας αὐτῶν*, quæ & ſonitu & ſignificatu hebrææ reſpondet, namque hebræum מַדָּיִם vel, uti aliàs ſcribitur, מְדִים, aut, ſi dageſch in nun primigenium reſolvas, מַנְדִּים, & græcum *μανδύα* prorſus coincidunt; *Μανδύας* autem (in Accuſativo caſu) eſt ἔιδος ἱματίου Περσῶν πολεμικὸν ἡμαντείας, tradente Heſychio in Lexico, i. e. *Genus Veſtimenti Perſarum militare* (ſagum Perſicum) vel ſcribitur quoque *μαντείας*, aut, uti Salmaſius reſcribit, *μαρτύας*.

עַד בְּהַתְהוֹן ] explicatiùs Jonathan loc. cit. extulit: עַד אֲתַר בֵּית בְּהָתְהוֹן *usque ad locum domûs pudendorum*, biß zum Laß.

| | | |
|---|---|---|
| וַאֲזָלוּ וְחַוִּיאוּ עַל עִיסַּן גִּבְרַיָּא וְשַׁדַּר לְקַדְמוּתְהוֹן אֲרוּם חָווֹן גִּבְרַיָּא מִתְבַּלְמִין לַחֲדָא וַאֲמַר מַלְכָּא תִּיבוּ בִּירִיחוֹ עַד זְמַן דִּי יִרְבֵּי דְקָנֵיכוֹן וְתִתְבוֹן׃ | v. 5. | Abiverunt itaque *illi*; ſignificaverunt *autem Jerichuntini*, quid factum ſit cum Viris. Miſit *itaque nuncios* eis obviam, (nam deſpecti vehementer Viri erant) & edixit Rex: Commoramini *interea* Hierichunte, usque dum recreſcat barba veſtra, & *tunc* revertimini. |
| וַחֲמוֹן בְּנֵי עַמּוֹן אֲרוּם אִתְגְּרִיאוּ בְּדָוִיד וְשַׁדַּר חָנוֹן וּבְנֵי עַמּוֹן אֶלֶף קִנְטְרִין דִּכְסַף | v. 6. | Videntibus verò Ammonitis, quòd concitati eſſent adverſus Davidem, miſit Hannon cum Ammonitis mille centenarios argenti, |

---

וְתִתְבוֹן׃ ] reſcribo ex *II.* Sam. *X.* 5. וְתִתְּבוֹן׃ v. 5.

אִתְגְּרִיאוּ ] ita quoque Jonathan, *II.* Sam. X. 6. אִתְגְּרִיאוּ, *concitati ſunt*, i. e. nimis præcipitanter contra Davidem & Legatos ejus (aliàs inviolabiles, etiam Gentium Legibus) proceſſerunt. In hebræo legitur: הִתְבָּאֲשׁוּ עִם וגו׳ quod communiter vertunt: *Fœtidos ſeſe reddiderunt.* LXX. extulerunt: ἠσχήνθη ὁ λαὸς. confer eosdem, II. Sam. X. 6. acſi legiſſent: הִתְבָּאֲשׁוּ עַם.

אֶלֶף קִנְטְרִין דִּכְסַף ] *centenarios mille argenti.* In hebræo eſt: אֶלֶף כִּכַּר־כָּסֶף׃ *mille Kikar argenti.* Extulit autem & Jonathan atque Hieroſolymitanus vocem כִּכָּר per קִנְטִירִין *Centenarios*, vide Exod. XXXVIII. 24. 25. & 27. ut & XXV. 39. rectè verò Rabbi Elias Germanus, in libello תשבי ſeu Lexico ſuo conijcit, Targumiſtas vocabulum hoc *ex lingua Romana aſſumpſiſſe*, qui *Centumpondium*, hundert Pfund / צינטינאר. *Centenarium*, ein Centner / dicant. Nam olim Pecuniam non tam numerabant, quam ponderabant, quemadmodum hodieque *libra Nummorum Anglicorum*, ein Pfund Sterling / apud Anglos, & apud Nos Germanos, Magiſtratus inprimis atque Judices, *libra obolorum*, & *Marka argenti* dicitur. Si verò Targumiſta Noſter cum Scriptore Paralipomenon, v. 6.

menon, Esra, convenire debeat, per Centenarium non præcisè centumpondium, vel certè minores usitatis pondiones intelligantur oportet. Nam *Kikar*, quod LXX. Interpretes per τάλαντον *Talentum* reddunt, & quidem *Syrorum*, sub quibus Ammonitæ comprehenduntur, de quo sermo hic est, Indice Polluce, Onomastici lib. IV. pag. 114. πεντακοσίας καὶ χιλίας δραχμὰς Ἀττικὰς ἐδύνατο, *mille & quingentas drachmas Atticas valebat*, quæ faciunt non nisi sexaginta Μνᾶς *Minas* seu *libras*. Cui planè assentitur R. Sal. Jarchi, in scholiis suis ad tract. Talmud. Bechoroth cap. *I.* ejusque compendium, Beth Jacob, fol. 178. col. 4. Edit. Prag. ita scribens: ככר הוי ס׳ מנה ומנה ק׳ דינר שהם כ״ה סלעים וזו׳ חשוב ס׳ פעמים כ״ה נמצא בככר אלף וחק סלעים שהם ג׳ אלפים חצאי שקלים וגו׳ *Kikar sexaginta minas, mina verò centum denarios, hoc est, viginti quinque* סלעים *Silin*, tetradrachma, *complectebatur. &c. Divide igitur sexagies* τὰ *viginti quinque, productum erit, in Kikare* seu talento *mille & quingenta Silin* seu tetradrachma contineri, *quæ ter mille dimidios siclos faciunt.* Sciat tamen R. Salomonem per *siclos dimidios*, quorum in fine meminit, *siclos duplo majores* intelligere, unde alii auctores passim ter mille integros siclos Kikar seu talentum efficere contendunt, ita R. Aben Esra Comment. in Exod. XXXIIX. 25. וכסף׳ הנה׳ ידענו מזה הספר כי הככר ג׳ אלפים שקלים וגו׳ [ET ARGENTUM] *ecce cognoscimus ex hoc loco numerum* seu valorem *Kikaris* aut talenti, esse *ter mille siclorum*, id quod institutâ calculatione planè intelliges.

| | | |
|---|---|---|
| ⊅⊅ | | |
| ⊅⊅ | *Capita & Semisicli*, Exod. *XXXIIX.* 26. | |
| ⊅⊅ | | |
| ⊅⊅ | | |
| ⊅⊅ |

ptuagies quinquies mille vallenſes valebunt. Sed de hac aliisq; Hebræorum monetis ſingulari libro, ſi Deus vitam atque otium dabit, aliquando ex inſtituto agemus. Placet nunc ad indagationem ſtipendii ſeu potiùs mercedis conſcripti illorum temporum militis digredi, ex dicta argenti ſumma eliciendam. Namque mille iſtis centenariis ſeu talentis, quæ hîc exprimuntur, II. Sam. X. 6.

Hannon Ammonita *ex Syria Beth Rechob & Zobana* - 20000. *pedites*,

*à Rege* Syriæ *Maachanæ* - - 1000. *Viros* equites
*Iſtobo*, Rege Syriæ Euphratenſis 12000. *Viros* equites

Summatim milites - 33000.

licentiâ apud Reges illos impetratâ, conſcripſiſſe dicitur, ſi itaq; jam ineamus rationem, & ſuperiorem pecuniam, mille ſcil. centenarios ſeu talenta, aut 750000. thaleros, 33000. militibus æqualiter, æqualitate proportionis Arithmeticæ, ſine equitum, peditum, Ducum, militũ &c. reſpectu, diſtribuamus,

Talenta ſacra mille, aut ♃♄ϕ000 Thal. ♃♃ϕϕϕϕ 22. Thal. & $\frac{24|000}{33|000}$ aut 65 Kr.
♃♃ϕϕ

Talenta prophana 1000, aut ♃♄ϕ000 Thal. ♃♃ϕϕϕϕ 11 & $\frac{12|000}{33|000}$ aut 32 Kr. efficiunt.
♃♃ϕϕ

Ex producto apparet, ſingulos milites 22. Thaleris, & 65. cruciferis, ſi Sacra Talenta hîc intelligantur, vel ſi, quod probabilius eſt, de Profanis Politicisque ſermo ſit, 11. Thaleris, & 32. cruciferis conductos & conſcriptos fuiſſe, quod ſanè ſatis eſt. Sciamus tamen, currûs quoque militares 32000. quemadmodum hîc commate ſequente dicitur, de eâ pecunia comparatos fuiſſe, ut ſic miles unâ cum curru militari argento dicto conſtiterit.

Ad mercede conducendos ſibi â Syria Euphratenſi, Syria Maachana & Zobana, currus & equites.

לְמַגַּר לְהוֹן מִן אֲרָם דְּעַל
פְּרָת וּמִן אֲרָם דְּעַל מַעֲכָה
וּמִצוֹבָה אַרְתַּכִּין וּפָרָשִׁין :

Conduxeruntque mercede ſibi 32000 currûs, & Regem Maachanum, ejusque populum *ſeu militem*, & moverunt, & caſtrametati ſunt ante Medbam, Aṁonitæ quoq; ipſi coiverunt ex urbibus ſuis, & ad pugnã coṁittendam moverũt.

v. 7. וְאַגַּרוּ לְהוֹן תְּלָתִין וְתַרְתֵּין
אַלְפִּין אַרְתַּכִּין וְיָת מַלְכָּא
מַעֲכָה וְיָת עַמֵּיהּ וְאָתוֹ וְשָׁרוּ
קֳדָם מֵידְבָא וּבְנֵי עַמּוֹן
אִתְכְּנִישׁוּ מִקִּרְוֵיהוֹן וְאָתוֹ
לְאַגָּחָא קְרָבָא :

Quo auditô David miſit Joabũ omnesq; Duces belli & ἴλας *ſeu turmam* militum ſtrenuorum.

v. 8. וּשְׁמַע דָּוִיד וְשַׁדַּר יָת יוֹאָב
וְיָת כָּל רֵישֵׁי חֵילָא וְאוּכְלוֹסֵי
גִּבָּרַיָּא :

Profecti igitur Aṁonitæ aciem inſtruxerunt in ipſo introitu urbis *Ammonitarum*, *Rabbæ*, Reges quoque *Syri*, *auxiliares Ammonitarum*, ſeorſim *extra urbem* in agro convenerunt.

v. 9. וּנְפָקוּ בְּנֵי עַמּוֹן וְסַדְּרוּ קְרָבָא
בְּמָעֲלָנָא דְּקִרְתָּא וּמַלְכַיָּא
דְּאָתוֹ בְלַחּוֹדֵיהוֹן בְּחַקְלָא :

---

לְמַגַּר ] aut לְמֵיגַּר ex אַגַּר mercede conduxit.
אַרְתַּכִּין ) אַרְתַּכִּין .

v. 7. *Conduxeruntque mercede* 32000. *currus & Regem Maachanum ejusque militem*, 1000. *Viros*, ut II. Sam. X. 6. dicitur, ecce habemus ſummatim 33000. Hujuſmodi autem currûs militares, currodrepani dicti, deſcribuntur atque depinguntur ab Auctore Notitiæ Imperii utriusq; tàm Orientis, quàm Occidentis, ſub finem libri, Editionis Baſileenſis Frobenianæ, in peculiari de rebus bellicis Tractatu, qui inſpici, ſi quidem lubeat, poteſt.

קְדָם מֵידְבָא ] *Medba Divo Hieronymo Arabiæ urbs eſt*, Aurogallus. Sita fuit in Iſraelitide transjordanenſi, vid. Joſ. XIII. 9.

לְאַגָּחָא ) לְאַגָּחָא .

v. 9. *Reges* Syri, *auxiliares Ammonitarum*] vide II. Sam. X. 8.

לְקִדְמוּת

| | | |
|---|---|---|
| וַחֲמָא יוֹאָב אֲרוֹם קֻדָּמוֹהִי | v. 10. | Animadvertens autem Joabus ſe urgeri â milite *hoſtili*, |
| עֲבִי קְרָבָא עֲלוֹי מִן קֳדָמוֹהִי | | tàm ab anteriori, quàm poſteriori parte, habito ex univerſa |
| וּמִן בָּתְרוֹהִי וּבְחַר מִכָּל | | Juventute Iſraelis delectu, bellum contra Syros reſtauravit. |
| עוּלֵימֵי יִשְׂרָאֵל וְסַדַּר קְרָבָא | | |
| לְקֳדָמוֹת אֲרָם׃ | | |
| וְיָת שְׁאָר עַמָּא מְסַר בִּיַד | v. 11. | Reliquum verò populum *ſeu militem* Abiſai, fratri ſuo, in |
| אֲבִשַׁי אֲחוּהִי וְסַדַּרוּ קְרָבָא | | poteſtatem dedit, qui bellum |
| לְקֳדָמוֹת בְּנֵי עַמּוֹן׃ | | adornarunt contra Amonitas. |
| וַאֲמַר אִם מִתְקְפִין מִנִּי | v. 12. | Et dixit: Si prævalebunt mihi Syri, eſto mihi auxilio, ſin verò Amonitæ tibi prævalebunt, |
| אֲרָמָאי וּתְהִי לִי לְפָרִיק וְאִין | | |
| בְּנֵי עַמּוֹן יִתְקְפוּן מִנָּךְ | | |
| וְאֶפְרְקִנָּךְ׃ | | ego tibi auxilio ero. |
| אִתְקַף וְנִתְקַף מִטּוּל עַמָּנָא | v. 13. | Fortem *quæſo te* præſta, præſtabimus nos quoque fortes, |
| וּמִטּוּל קִרְוֵי אֱלָהָנָא וְיְיָ דְּתַקֵּן | | propter populum, & propter urbes DEI noſtri, & DEUS, |
| קֳדָמוֹהִי יַעְבֵּד׃ | | quod rectum *ſeu bonum* eſt coram eo, efficiet. |
| וּקְרִיב יוֹאָב וְעַמָּא דְעִמֵּיהּ | v. 14. | Congreſſus verò eſt Joabus, |
| קֳדָם אֲרָם לְקְרָבָא וְאִתְּפַחוּ מִן | | & populus *ſeu miles*, qui cum |
| קֳדָמוֹהִי׃ | | eo erat, cum Syris ad certamen, & dati ſunt ab eo *Syri* in fugam. |

---

לַקְדָמוֹת ] vel לְקֳדָמוֹת. Jonathan legit לְקֳדָמוֹת II. Sam. X. 9. & 10. v. 10.

וּתְהִי לִי לְפָרִיק ] reſcribo ex Jonathane, II. Sam. X. 11. לְפָרִיק. Senſus eſt, *eris mihi in vindicem*, Salvatorem vel auxiliatorem. v. 12.

לְקַרְבָּא ] lege לְקְרָבָא.

וְאִתְּפַחוּ ] reſcribo וְאִתְּפְכוּ per Caph. confer Jonathanem, II. Sam. X. 13. & Noſtrum commate ſequente. v. 14.

Cùm verò Ammonitæ vidiſſent, Syrum militem fugam dediſſe, converſi ſunt & ipſi ab Abiſai, fratre ejus, in fugam, & receperunt ſeſe in urbem *Rabbam*, Joabus verò reverſus eſt Hieroſolymas.

v. 15. וּבְנֵי עַמּוֹן חָמוֹן אֲרוֹם
אֲפָכוּ אֲנָשׁ אֲרַם וַאֲפָכוּ בְּרֵם
אֲנוֹן מִן קֳדָם אֲבִשַׁי אֲחוֹהִי
וְעָלוּ לְקִרְתָּא וַאֲתָא יוֹאָב
לִירוּשְׁלֶם :

Videns verò miles Syrus, ſe fractos *& debilitatos* ab Iſraele eſſe, miſſis nunciis, adduxerunt militem Syrum trans-Euphratenſem, quem ducebat Sophach, dux militiæ Hadareſeris.

v. 16. וְחָמוֹן אֲנָשׁ אֲרַם אֲרוֹם
אִתְבְּרוּ קֳדָם יִשְׂרָ' וְשַׁדְּרוּ עוֹגָדִין
וְאַפִּיקוּ יָת אֲרַם דִּי בְּעֵבֶר
פְּרָת וְשׁוֹפַךְ רַב חֵילָא
דַּהֲדַרְעֶזֶר קֳדָמֵיהוֹן :

Quô Davidi nunciatô, collegit is univerſum Iſraelem, & trajecto Jordane, movit ad eos, inſtructâque acie bellum contra Syrum reaſſumpſit, & congreſſus eſt cum illo.

v. 17. וְאִתְחַוֵה לְדָוִיד וְכַנַּשׁ יָת כָּל
יִשְׂרָ' וַעֲבַר יַרְדְּנָא וַאֲתָא
לְוָתְהוֹן וְסַדַּר לְקֳבָלֵיהוֹן
וְכַדַּר דָּוִיד לְקַרְמוּת אֲרַם
קְרָבָא וְאַגִּיחוּ עִמֵּיהּ :

Terga verò Iſraeli dante militeSyro, *magnam* ſtragem fecit David in milite Syro, 7000. equitibus curulibus,

v. 18. וַאֲפָכוּ אֲנָשׁ אֲרַם קֳדָם
יִשְׂרָאֵל וּקְטַל דָּוִיד מֵאַנְשֵׁי
אֲרַם שִׁבְעָת אַלְפִין אַרְתַּכִּין

---

v. 15. וְעָלוּ ] *& ingreſſi ſunt.* Jonathan, II. Sam. X. 14. habet וַאֲתוֹ *venerunt*, quod cum hebræo textu magis convenit.

v. 17. וְאִתְאָ ) וַאֲתָא .

v. 18. *Septies mille currubus occiſis* ] nou currûs, hi enim vita carent, ſed *equites curules*, ut Tremellius atque Junius, uti aliàs plerumque, judicioſiſſime hîc reddunt, occidit David. At verò II. Sam. X. 18. non niſi ſeptingentos currus cædiſſe David memoratur! Hugo Grotius in annott. ad II. Sam. X. 18. nodum hunc Gordium, quem inge-

nii

וְאַרְבָּעִין אַלְפִין גוּבְרִין רַגְלָאִין וְיַת שׁוֹפָךְ רַב חֵילָא קְטַל :

& 40000. peditibus, & ipſo quoque belli duce, Sophacho, occiſis.

וְחַמוֹן עַבְדֵי הַדַּרְעֶזֶר אֲרָם אִתְבְּרוּ קֳדָם יִשְׂרָאֵל וְאַשְׁלִימוּ עִם דָּוִיד וּפְלָחוּ לֵיהּ v. 19.

Cùm verò Miniſtri Hadareſeris vidiſſent, ſe quóque confractos *& debilitatos* ab Iſraele eſſe, pace cum Davide initâ, ſerviverunt ei,

---

nii non poterat, gladii acie ſolvit, namque *errorem numeri hic commiſſum eſſe ab exſcriptoribus* putat. R. David Kimchi ita Scriptores ſacros conciliat, in Comment. h. l. שבע מאות רכב בחור ולא מנה שאר הרכב' ובזה הספר מנה כל הרכב שהיו שבעת אלפים וגו' v. d. Samuelis librorum Scriptor *ſeptingentos ſelectos currus, reliquos verò currus non connumerat, in hoc autem*, Paralipp. *libro*, Eſra *omnes currus recenſet, quorum ſeptem millia fuerunt.* Eandem conciliationem ineunt R Jacobus Abendana & Franciſcus Vatablus, comment. in h. l. Sed neſcio, an reſponſio hæc ſit ſufficiens, & accurata: Sane magis mihi placet Tremellij Juniique conjectura, in II. Sam. X. 18. ſeptingentas decurias equitum curulium, hîc verò ſeptem millia ſingulorum equitum curulium ſignificari. Et ſane in libello laudato de rebus bellicis obſervamus, binos equites ejuſmodi currubus falcatis, apud Romanos uſitatis, vectos fuiſſe, fieri igitur potuit, ut deni equites currubus ejuſmodi militaribus apud Syros, reliquosque Orientales populos, antiquitus veherentur. Dici etiam poſſit, ſeptingentos equites curules Syrorum Maachanorum, Zobanorum, reliquorumque, de quibus II. Sam. X. 18. & ſeptiesmille equites curules Syrorum trans Euphratenſium, de quibus hic loci ſermo eſt, cæſos fuiſſe, ſed tamen magis placet antecedens conjectura.

*Et quadragies mille peditibus*) Atqui II. Sam. X. 18. non pedites, ſed equites quadragies mille cæſi eſſe dicuntur! ſalva res eſt, hîc enim Peditum, ibi verò Equitum ſimplicium cæſorum numerus recenſetur, & viciſſim hîc Equitum, ibi verò peditum ſtrages reticetur, vid. R. David Kimchi, & qui eum ſequuntur, Abendana atque Vatablus, Commentariis in h. l.

אֲרָם ] pravè, in margine annotatur, אֲרַי legendum eſſe, bene, ita v. 19.

noluerunt verò Syri Ammonitas posthac rursum vindicare.

וְלֹא צָבוּ אֲנָשֵׁי אֲרָם
לְהוֹשִׁיעַ אֶת־בְּנֵי עַמּוֹן עוֹד׃

## CAP. XX.

Factum verò est finito *hoc* anno, tempore, quo Reges ê palatio suo regio prodire solent, mense Nisan *seu Martio & Aprili*, ut abduceret Joabus exercitum צבא *seu turmæ militaris*,& Ammonitarum territorio devastato,movit,& Rabbam obsidione cinxit, Davide Hierosolymis residente,& percussit Joabus Rabbam eamque devastavit.

v. 1. וַיְהִי לִתְשׁוּבַת הַשָּׁנָה
לְעֵת צֵאת הַמְּלָכִים יָצָא יוֹאָב
אֶת־צְבָא הַחַיִל וַיַּשְׁחֵת אֶת־אֶרֶץ בְּנֵי
עַמּוֹן וַיָּבֹא וַיָּצַר עַל־רַבָּה
וְדָוִד יֹשֵׁב בִּירוּשָׁלִָם וְיוֹאָב
הִכָּה אֶת־רַבָּה וַיֶּהֶרְסֶהָ׃

ita quoque legit Jonathan, II. Sam. X. 19. quia tamen Noster ubique voce אֲרוֹם gaudet, ubi Jonathan אֲרָי habet, malim, faciliori etiam mutatione, reſcribere אֲרוֹם *quòd.*

*Noluerunt verò Syri Ammonitas posthac rursum vindicare* ) sapienter, post accersitam scil. imprudenter cladem, cautiores!

## CAP. XX.

לְתִשׁוּבַת הַשָּׁנָה ] *finito* hoc *anno*, quo scil. bellum prius cum Syris erat gestum, conf. Kimchius, Comment. II. Sam. XI. 1.

v. 1. לְעֵת צֵאת הַמְּלָכִים וגו׳ ] lege לְעֵרָן, *tempore*, quo *proficiſci* solent *Reges*, subintellige, in bellum, cui restaurando commodissimum Veris tempus est. Hinc R. Esaias quoque Targumistæ Nostro pollicem in Coment. II. Sam. XI. 1. premit: לעת צאת המלכים מניסן ואילך שעברו ימות הגשמים ונם התבואה מצויה בשדות למאכל הסוסים׃ TEMPORE INGRES-

| | | |
|---|---|---|
| וְנִסֵּיב דָּוִד יָת כְּלִיל מַלְכְּהוֹן מֵעַל רֵישֵׁי וַאֲשְׁכַּחְתַּהּ מַתְקַל קִנְטַר דַּהֲבָא סְנִינָא | v. 2. | David igitur coronam Regis illorum, *Ammonitarum*, quæ inventa eſt ponderis *ſeu pretii* centenarii puriſſimi, |

---

GRESSUS REGUM,) ſcil. *à Niſan & deinceps, cum dies pluviarum* ſeu brumales *præterierunt, & proventus*, gramen, *in campis reperitur, pro paſtura equorum.* Sequitur nubes Commentatorum, Jarchi, Fil. Gerſon, Munſterus, Vatablus, Clarius, Grotius &c. Commentariis in II. Sam. XI. 1.

זַאעִיק ו וְאַעִיק.

כְּלִיל מַלְכְּהוֹן ] *Corona Regis eorum.* Rectè, Lxx. Interpp. Græci hic & II. Sam. XII. 30. reddunt; per τὸν στέφανον μολχὸμ τοῦ βασιλέως αὐτῶν; Dubii ſcil. utrum per מלכם *Melchom* idolum, an *Rex eorum* innuatur, ne errarent, utramque lectionem expreſſerunt. Grotius tamen in annott. ad h. l. diverſas verſiones in unum textum coaluiſſe arbitratur. v. 2.

מֵעַל ] lego מַעַל.

וְאַשְׁכַּחְתָּא מַתְקַל קִנְטַר דַּהֲבָא וגו׳ ] *quæ inventa eſt pondere centenarij auri puri.* Hic quæritur, quomodo David, & ante eum Rex Ammoniticus, tanti ponderis coronam capite geſtare potuerit? ubi diverſimode à Commentatoribus reſpondetur. Quidam in diverſitate τοῦ כִּכָּר *Kikaris*, quæ vox in hebræo extat, ſeu *Talenti*, ſolutionem quærunt, faciunt enim geminum *Talentum, Hebraicum* atque *Syriacum*, quod ſit *quarta pars hebraici talenti, idque commune*, 150. *aureorum Hungaricorum*, quia, ſi hebraicum intelligatur, tanti ponderis fuerit corona iſta, ut præ pondere capite geſtari non potuerit, ita ſtatuunt Caſp. Waſerus, de nummis Hebræorum, lib. II. c. 18. & Luc. Oſiander in notis margin. ad II. Sam. XII. 30. R. David Kimchi autem arbitratur,

& ex lapide attrahente, *id est*, *Magnete*, fuit, qui intertextum aurum in aëre sustentavit, de capite ejus sustulit,

הֵיא הַוּת אַבְנָא שְׁאִיבְתָא דְּסוֹבְרָא יָת רִימּוֹן וְהֲבָא בַּאֲוִירָא

tratur, gestare quidem capite coronam istam Davidem valuisse, attamen *non semper, sed semel atque iterum*, neque diu, *sed exiguo tempore, per horam*, vide Commentaria ejus in II. Sam. XII. 30. & h. l. ובדברי רזל כי אבן יקרא שהיתה בה אבן שואבת היתה והיתה מעמידה אותה באויר' *in verbis Magistrorum nostrorum*, ut idem ibidem scribit, legitur: *Lapidem illum pretiosum, qui in illa*, corona, *existebat, lapidem attrahentem* h. e. Magnetem *fuisse, qui eam in* medio *aere* suspensam *sustinebat*. Quæ Nostri Targumistæ est conciliatio. Verùm ferrum, non item aurum à Magnete, eo tamen non μετεώρῳ, seu per aerem volatili, sed fixo, attrahi, & in medio aere sustentari, Physicorum experientiâ & relatione compertum habemus. R. Sal. Jarchi igitur comment. in h. l. שמעתי בנרבונא כי מנהג בארץ ישמעאל שחולין כתר של מלך מלמעלה על ראשו והוא יושב כנגדה מלמטה תחתיה על כסא וגו' *audivi*, scribit, *Narbonnæ, consuetudinem in terra Ismael* seu Turcia *esse, ut corona Imperatoris desuper à capite ejus suspendatur, isque sub eâ* suspensâ *super throno sedeat*. Ita quoque R. Benjamin Tudelensis, in itinerario suo, de Manuale Imperatore Constantinopolitano, coætaneo, refert: ועשה שם כסאו של זהב ואבן יקרא ועטרת זהב תלויה בשלשלת של זהב על הכסא כמדת ישיבתו תחתיו ובה מרגליות שאין שום אדם יכל לשער דמיהם כי בלילה אין צריכין שם נרות כי הכל רואים מאור המרגליות אשר מאירים להם עד מאד וגו' Hoc est, juxta Versionem nostram, quam posthac bono cum DEO dabimus: *Is Thronum quoque suum ibi*, in Palatio Blachernitano, absolvè excitato, *ex auro atque gemmis extrui fecit, & auream coronam ex catena aurea sub throno suspensam, ita, ut insidentis caput attingeret, gemmis adeò exornatam, ut pretiositas ejus prorsus sit inæstimabilis; luminibus enim nocturnis prorsum opus non est, quia omnes per gemmarum vehementer radiantium splendorem cernere possunt &c.* Quæ conjectura reliquis est plausibilior. Maximè tamen ea nobis sese probat, quam Kimchius loc. c. Magistrorum suorum nomine refert: ועוד אמרו אבן יקרא שהיתה בר' שווה ככר זהב: *Præterea dicunt* nostri Doctores, *lapidem illum pretiosum, qui in ea*, corona, *existebat*, pretio *Kikar* seu *talentum auri exæquasse*.

הֵיא

וַהֲוַת עַל רֵישׁ דָּוִיד וְעַד קַרְתָּא אַפֵּיק סַגִי לַחֲדָא׃

& *impoſita* fuit Capiti Davidis, & Spolia *alia* urbis plurima exportavit.

וְיָת עַמָּא דְּבָה אַגְלִי וּמְסַר יַתְהוֹן בְּמְסָארִין וּבְמוֹרִיגֵי סְמִפּוּרִין דְּפַרְזְלָא וְהַכְדִין עֲבַד דָּוִיד לְכָל קִרְוֵי בְּנֵי עַמּוֹן וְתָב דָּוִיד וְכָל עַמָּא לִירוּשְׁלֵם׃

v. 3.

Populum verò Urbis *hinc* abduxit & ſerris atque tribulis acutis ferreis ſerravit, & ita fecit David omnibus urbibus Ammonitarum; Poſtea verò reverſus eſt ipſe & omnis populus Hieroſolymas.

---

כְּלִיל ] הִיא הַוַת וגו׳ וַהֲוַת, ad quod reſpiciunt hæ voculæ, generis maſculini eſt, unde malim legere הוּא הֲוָה וַהֲוָה, quam poſtremam habet quoque Jonathan, II. Sam. XII. 30.

וְעַד ) וַעֲדֵי aut וַעֲדַת, ſicuti rurſum legit Jonathan, l. c. (notat verò vocula Chaldæo, & hoc loco, non *ornatum*, ut Hugo Grotius, comment. in II. Sam. XII. 30. exiſtimavit, ſed *ſpolium*.)

וּמְסַר ] Jonathan II. Sam. XII. 31. habet וּמְסַר *& tradidit*, ſed ibi in hebræo eſt וַיָּשֶׂם *& poſuit*, dedit, tradidit, cum hic ſit וַיָּשַׂר *& ſerravit*. Malim itaque legas וּמְסַר *& ſerravit*

בְּמְסָארִין ] Jonathan l. c. meliùs legit בְּמְסָרִין, in hebr. eſt בַּמַּרְנֵה, quod LXX. Interpretes Græci de πρίοσι, *ſerris*, R. Sal. Jarchi, de סכין פגום *ſecuri dentata*, R. David Kimchi de מישור *ſerrâ*, R. Levi Ben Gerſon de שיינה בלעז *Sega Italicè*, R. Sal. Aben Melech de שיירא בלעז *Sierra Hiſpanicè* dictâ, inſtrumento vulgariter noto, in Commentariis II Sam. XII. 31. unanimi conſenſu exponunt. v. 3.

וּבְמוֹרִיגֵי סְמִפּוּרִין דְּפַרְזְלָא ] in hebræo eſt וּבַחֲרִיצֵי הַבַּרְזֶל, quod R. Sal. Jarchi, comment. in II. Sam. XII. 31. hujuſmodi inſtrumentum eſt: חריצים הוא סורג חרוץ כמין פריצפים שקורין לימא : HARIZIM ] eſt *tribula, eſtq; ad inſtar* פריצפים, id eſt, *ſerrationis aciei*, vid. I. Sam. XIII. 21. *quam vocant* Gallicè *Lime* i. e. *Limam*, eine Feile/ σιδήρειον ὀδόντα, Epigrammatarius periphraſticè dixit, LXX. Interpp. Græci σκέπαρνον, *ſecurim* dentatam vocant. R. Iſaacus Abarbenel, comment. in Eſaiæ XXVIII. 27. ita hoc inſtrumentum nobis deſcribit: חרוץ הוא כלי מעץ דחב ויש בו נקבים רים ובתוכם רגבים חדים וטוענים על הכלי משא



הקש

כבד של אבנים ומביאים אותו על התבואה ועל ידי זה תצא ותבדל הקש מהגרעינין: hoc eſt: *Haruz*, TRIBULA, *eſt inſtrumentum ligneum, latum, in quo complura foramina exiſtunt, inque his glebæ* ſeu eminentiæ *acutæ*, (Zacken/) *idque mole lapidum graviſſima onerant, & inducunt ſuper fruges, atque ita elidituꝛ & ſtipula à granis ſeparatur.* Conferantur R. Levi Ben Gerſon, & R. Sal. Aben Melech, comment in II. Sam. XII. 31. Nos olim Noſtræ DISQUIRENTIUM SOCIETATI in Jenenſi Academiâ talem ejus exhibuimus figuram:




Turci ſimili ferè triturandi inſtrumento utuntur, niſi quod illud longum magis ſit, quàm latum, & ſex rotulis volvatur; onuſtum verò eſt & ipſum lapidibus, atque vehitur à duobus jumentis, quæ tamen non ab obeunte, ſed tribulæ inſidente gubernatore diriguntur, quod obſervavimus haut ita pridem ex vagâ quidem, vetuſtâ tamen picturâ. Cæterum hujuſmodi fuit, juxta deſcriptionem Abarbenelis, Ruſticanum Inſtrumentum, *Tribula*, inventum mortalium induſtriâ, in vitæ humanæ uſum, ſed hîc, Regis ſeveritate, in Organon Carnificis convertitur, pro ſupplicio ſontium, exemplo verò ſubditorum. Quæ hactenus *de*

Re

וַהֲוַת מִן בָּתַר כְּדֵין וְקָמַת קְרָבָא בְּגֶזֶר עִם פְּלִשְׁתָּאֵי בְּכֵן קְטַל סִבְּכַי דְּמִן חוּשָׁת יַרְתָּ סִפֵּיי מִבְּנֵי עֲרַפָּה דְּמִן בְּנֵי גִּבָּרַיָּא׃

v. 4. Accidit verò poſt hæc, ut bellum in Geſere cum Philiſtæis recrudeſceret, tunc Sibechæus, Huſatanus, occidit Sipæum, è filiis Orphæ, qui è Filiis Gigantum *fuere, oriundum*.

וַהֲוַת תּוּב קְרָבָא עִם פְּלִשְׁתָּאֵי וּקְטַל דָּוִד בַּר יִשַׁי הוּא גִּבָּרָא חֲסִידָא דַּהֲוָה מִתְעַר מִשְׁנָתֵיהּ בְּפַלְגוּת לֵילְיָא

v. 5. Fuit verò rurſum Bellum cum Philiſtæis, *in quo* David, Filius Iſai, Vir pius, qui expergefactus eſt à ſomno ſuo in media nocte.

---

*Re Militari Hebræorum* cum nemo, quod ſciamus, ex inſtituto de ea re ſcripſerit, uberiùs diſſerere placuit.

וַהֲוַת ] meliùs Jonathan, II. Sam. xxi. 18. וַהֲוָה.

מִבְּנֵי עֲרַפָּה דְּמִן בְּנֵי גִּבָּרַיָּא׃ ] in noſtris exemplaribus hebraicis legimus מִילִידֵי הָרָפָא, annotat verò Maſora Marginalis, סא הרפאים *libri alii* legunt, Filii *Gigantum*; Unde LXX Interpretes Græci quoque extulerunt: ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν γιγάντων. Et ita legit etiam Jarchi in ſuo Exemplari, quemadmodum ex ejus Commentariis ſupra hunc locum colligo. Codex itaque Mſc. Targumi Erfordienſis utramque lectionem hic in textu, (quarum alterutra fortaſſis ex margine irrepſit,) exhibet, è contra verò verbum וַיִּכָּנְעוּ, quod in hebræo extat, omittit, nomine inſuper הָרָפָא corruptè per עֲרָפָא lecto. v. 4.

דָּוִד בַּר יִשַׁי ] *David Jeſſaides.* Atqui in hebræo ne vola quidem de Davide extat! arripit Targumiſta noſter voculas לַחְמִי & גִּלְיָת, David enim *Bethlehemita* Patriâ fuit, & *Goliathum* occidit. Confer II. Sam. xxi. 18. quem locum Jonathan ſimiliter de Davide exponit. v. 5.

חוּא גִּבָּרָא חֲסִידָא ] *Vir pius*, ita exprimit, quod in hebræo eſt nomen proprium אֶלְחָנָן *Elhanan*, i. e. *Deus* eſt *miſericors.*

דַּהֲוָה מִתְעַר מִשְׁנָתֵיהּ וגו׳ ] *qui à ſomno ſuo expergefactus eſt de me-*

לְשַׁבְּחָא קֳדָם יְיָ יַת לַחְמִי אֲחוּהִי דְּגָלְיָת בְּיוֹמָא דְּקְטַל יַת גָּלְיָת דְּמִן גַּת וְאַעְאָא דְּמוֹרָנִיתֵיהּ הֲוָי כְּאַבְסָן דְּגַרְדָּאִין׃

ad laudandum JEHOVAM, Lahmium, Fratrem Goliathi, eo ipſo die, quo occidit Goliathum Gattæum, cujus haſtilis lignum inſtar axis *ſeu jugi* textorii *erat*, interemit.

---

*dia nocte, ad laudandum Numen.* Hoc reponit nobis, pro hebr. בֶּן יָעִיר *filius Jairi* : Nam Jair ſignificat *evigilabit, expergeſiet.* David enim Pſ. CXIX. 62. DEO vovet : *De media nocte ſurgam ad confitendum* ſeu celebrandum *Dominum &c.* Hinc Magiſtri Hebræi in Talmude, tract. Berachoth, hoc eſt, de *Benedictionibus* ſeu precibus, ejusque Compendio, En Jacob, l. c. fol. 2. col. 2. Edit. Prag. ſuaviter hunc in modum ſuper loco Pſalmi laudato confabulantur : אמר ר׳ אושעיא דוד הָיָה סְבוּר לא עבר עלי חצות לילה בשינה רבי זירא אמר עד חצית לילה הוה מתנמנם כסוס מכאן ואילך היה׳ מתגבר כארי רב אסי אמר עד חצות לילה היה עוסק בדברי תורה מכאן ואילך בשירות ותשבחות : ודוד וגו׳ אמר ר׳ שמעון חסידא כנור היה תלוי למעלה ממטתו של דוד וכיון שהגיע חצות לילה רוח צפונית מנשבת בו והיה מנגן מאליו והיה דוד יושב ועוסק בתורה עד שהגיע עמוד השחר וגו׳ *Dixit R. Uſaias : David hoc* vult *dicere : nunquam media nox præteriit, ut ſomno ſepultus eſſem. R. Sira ait : in mediam usque noctem, equi inſtar,* graviſſimè *dormivit, abhinc verò & deinceps, inſtar leonis excitatus fuit. R. Aſe inquit : in mediam usque noctem in verbis Legis fuit occupatus, tunc verò & ulteriùs Pſalmis atque laudibus noctem reliquam transegit.* De cauſa verò vigilantiæ ejus ſic porrò nugantur : *Et David &c. R. Simeon Haſida* ſeu cognomento *Pius ait: Cythara de cubili Davidis ſuſpenſa erat, quæ à ſpirante ſub mediam noctem ab aquilone ventu tacta* ſeu comota & pulſata, *ſua ſponte modulata eſt,* ex quo *David excitatus,* de cubili ſurgens *ſedit, & in Lege occupatus eſt, usq; dum aurora adveniret.* Hæc, quaſi commentaria, illuſtrant, quæ breviter Targumiſta noſter hic tangit.

בְּיוֹמָא דְּקְטַל יַת גָּלְיָת ] *eo ipſo, quo Goliathum occidit, die.* Hæc quoque Gloſſa eſt & appendix Targumiſtæ, in hebræo enim non extat.

*Sex*

| | | |
|---|---|---|
| וַהֲוַת תּוּב קְרָבָא בְּגַת | v. 6. | Porrò bellum *Iſraelitis* cum *urbe* Gath interceſſit, ubi homo *quidam* erat, *magnæ* ſtaturæ, & ſex digitorum in unaquaque manu, & totidem digitorum in unoquoque pede, ſummatim 24. *digitorum*, qui & ipſe Orphæus gente è Gigantum *ſtirpe fuit.* |
| וְהַוָה תַּמָן גֶּבַר דְּמִכְיַלְתָּא וְאֶצְבְּעָתֵיהּ אַשְׁתָּ בְּכָל יְדָא וְאַשְׁתָּ בְּכָל רַגְלָא סְכוּמְהוֹן עֲשָׂרִין וְאַרְבַּע וְאוֹף הוּא אִתְיְלִיד לְעַרְפָּה מִן גִּבָּרַיָּא : | | |
| וְחַסַד יַת יִשְׂרָ' וּקְטַל יָתֵיהּ יְהוֹנָתָן בַּר שִׁמְעָ' אֲחוֹהִי דְּדָוִיד : | v. 7. | Qui cùm opprobrio afficeret Iſraëlem, occidit eum Jonathan, Filius Simæ, Fratris Davidis. |
| אִלֵּין אִתְיְלִידוּ לְעַרְפָּה בְּגַת וְאִתְמְסָרוּ בִּיַד דָּוִיד וּבִיַד עַבְדּוֹהִי : | v. 8. | Hi nati ſunt Orphæ in Gathenſi *urbe*, & in manus Davidis & Miniſtrorum ejus inciderunt. |

## CAP. XXI.

| | | |
|---|---|---|
| וְאָקִים יְיָ סָטָנָא עַל יִשְׂרָאֵל | v. 1. | Suſcitavit autem JEHOVA Satanam adverſus Iſraëlem, |

*Sex digitorum in unaquaque manu & totidem digitorum in unoquoque pede, ſummatim 24. digitorum*) enucleatè exponit, quod hebræus textus admodum concisè ſubinnuit. v. 6.

וְחַסַד] reſcribo ex Jonathane, II. Sam. XXI. 21, וְחִסֵּד. v. 7.

אַחוֹהִי] lege אֲחִיהוּ.

## CAP. XXI.

וְאָקִים יְיָ] lege וַיָּקֶם, & *ſuſcitavit JEHOVA Satanam, ut incitaret Davidem.* Siccine Deus cauſa peccati eſt? Ita & Kimchio videtur, in Comment. h. l. ומה שאמר בספר שמואל ויוסף אף ה' לחרות בישראל v. 1.

בישראל ויסת את דוד בהם שנראה כי השם הוא המסית' אמת הוא כי הוא הסיתו באמצעות השטן בעון ישראל שהיו ראוים להיענש וגם הוא יקרא מלאך ה' והוא שראה דוד כרמות מלאך ה' וחרבו שלופה בידו כי הוא חטטעה : והוא חמסירת *Quod verò II. Sam. XXIV. 1. dicitur :* ET RURSUM IRA JEHOVÆ EXARSIT ADVERSUS ISRAELEM, UT INCITARET DAVIDEM ILLIS diebus ; *ex quibus videri poſſit, JEHOVAM* ipſummet *inſtigatorem illum fuiſſe ! ſane ita eſt, is enim, JEHOVA, incitavit illum,* Davidem, *mediante Satana, propter peccatum Iſraelis, maturi enim pœnæ erant. Is quoque,* JEHOVA, paulò poſt, ANGELUS JEHOVÆ *dicitur. Is quoque eſt, quem David ſub ſpecie Angeli Domini, manu enſem ſtringentis vidit. Idem enim fuit & ſeductor & percuſſor.* Hîc planè Calvinizat Judæus. Dicere DEUM cauſam peccati, blaſphemum eſt atque impium. Permittit equidem DEUS quandoque, peccata peccatis puniri, peccati tamen cauſa non eſt. Sed in textu hebræo blaſphemiæ hujus ne vola quidem extat. Multo accuratius diſputat hac de re R. Levi Ben Gerſon, Comment. in II. Sam. XXIV. 1. ויסת את דוד וגו' ראוי שתדע שראוי שיובן מזה שאין השי הוא המסית את דוד למנות אותם שאם היה זה כן לא היה אשם לדוד על זה ואיך יעשהו אכ השי בזה העונש הנפלא האלהי אלא שג שזאת ההסתה מיוחסת לשי באופן כולל לפי שהוא הסבה בכל מה שיתחדש על הצד שאמר ותהי אשה לבן אדוניך כאשר דבר יי' לא אתם שלחתם אותי הנה כי אלהים ואפשר שנאמר עוד כי היה גם כן השי סבה מה בזאת ההסת' ווה כי להשגחתו על דוד היה השי מסיר מדוד זאת התשוק' לולי כעסו על ישראל' והנראה בעיני שהיה אמרו ויסת את דוד חסר והרצון בו ויסת לבו את דוד כאמרו ותכל דוד שהוא חסר ועניגו ותכל נפש דוד : INCITAVIT VERÒ DAVIDEM &c. ] *Scire debes, hinc cognoſcendum eſſe, quod DEUS Benedictus non is fuerit, qui Davidem ad recenſendum* Iſraëlem *irritavit, ſi enim hoc ſit, nullus de eo reatus fuerit Davidis, quî itaque DEUS Benedictus eum hâc tam gravi divinâque pœnâ puniviſſet ! tribuitur verò incitatio hæc DEO benedicto,* tanquam *cauſæ univerſali ; is enim cauſa eſt omnis* ejus, *quicquid contingit. Eo, quo dicitur, modo* Gen. XXIV. 51. SITQUE UXOR FILII HERI TUI, QUEMADMODUM DIXIT JEHOVA. Jehovâ, in genere cauſæ phyſicæ, univerſali influxu concurrente, Eleazarus dixerat vel ambierat Rachelem. Et XLV. 8. NON VOS MISISTIS ME HUC, SED DEUS. Fratres enim Joſephum venditum in Servitutem Ægyptiacam mittebant, ſed tamen permittente DEO, & hanc Servitutem Providentiâ ſua in bonum finem dirigente.

וְאִתְגְּרִי בְּדָוִיד לְמִמְנִי יַרְת
יִשְׂרָאֵל :

ut incitaret Davidem, ad numerandum Iſraëlem.

v. 2. וַאֲמַר דָּוִיד לְיוֹאָב וּלְרַבְּנֵי
עַמָּא אִיזִילוּ מַנוּ יַת יִשְׂרָאֵל
מִבֵּירָא דְשָׁבַע וְעַד פַּמְיָאס
וְאַיְתְיוּ לְוָתִי וְאִדַּע יַרְת
סְכוּמְהוֹן וְיַת מִנְיָנֵיהוֹן :

v. 2. Edixit igitur David Joabo & *reliquis* præfectis populo: Ite, numerate Iſraëlē â Berade-Sæba usque ad Pamias, & afferte mihi *deſcriptionem*, ut ſuñam eorum atque numerum cognoſcam.

---

te. *Obyci tamen & ſic poſſit: DEUM Benedictum cauſam aliquam incitationis hujus extitiſſe, namque pro providentiâ ſuâ de Davide, hanc* pravam *appetitionem DEus Benedictus a Davide remoturus fuiſſet, niſi ira ejus,* Jehovæ, *adverſus Iſraelem* intenſa fuiſſet. *Quare mihi videtur, quoniam hîc dicitur: ET IRRITAVIT DAVIDEM, ellipſin ſubeſſe, &* dicere *velle; & irritavit* COR, id eſt, prava concupiſcentia *ejus, Davidem. Quomodo etiam dicitur,* II. Sam. xviii. 39. וַיְחַבֵּל *ABSOLVITQVE DAVID* proficiſci adversùs Abſalomum, *eſt ellipſis; ſenſus enim eſt: & abſolvit ANIMA Davidis &c.* Bene pleraque habent, niſi quod objectio, quam priori expoſitioni facit, levis eſt; tunc enim cauſa in genere morum quis eſt, quando non impedit aliquid, cum poſſit & *debeat*, jam verò, quod DEUS Benedictus debuerit pravam hanc appetitionem Davidis impedire, Judæo probandum incumbebat; Sane DEUM non debuiſſe eam impedire, ex eo patet, quod non impedivit. Sed tamen Auctoris explicatio poſterior non diplicet, alterum tamen, quo illuſtratur, exemplum, cum ſanæ Philoſophiæ loquendi uſu non convenit. Τὸ γὰρ λέγειν ὀργίζεσθαι τὴν ψυχὴν, ἔμοιγε καὶ εἴ τις λέγει ψυχὴν ὑφαίνειν, ἢ οἰκοδομεῖν. [vel hic cum Judæo πορεύεσθαι *proficiſci*] βέλτιον γὰρ ἴσως, μὴ λέγειν, τὴν ψυχὴν ἐλεεῖν, ἢ μανθάνειν, ἢ διανοεῖσθαι, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον τῇ ψυχῇ κτλ. ſcribit Philoſophorum Princeps, Ariſtoteles, lib. 1. de Anima, textu 64. confer etiam textum 77. *Actiones* enim *ſuppoſitorum ſunt*, uti communis Philoſophorum Regula habet.

וְאִתְגְּרִי ] lego וְאַהְגְּרִי.

אִזִילוּ ] vel אֵזִילוּ

מַנוּ ] lege מְנוּ.

פַּמְיָאס ] ita vulgò Hebræi legunt: ſed potius פָּנְיָאס *Panias* eſt legen-

v. 2.

Reſpondit verò Joabus: ſuperaddat JEHOVA centuplum populo ſuo; nonne verò Dominus meus Rex ſupra illos dominatur, & omnes Domini mei Servi ſunt? eccur igitur rem hanc vult Dominus meus, & quare hoc imputetur Iſraëli delictum?

v. 3. וַאֲמַר יוֹאָב יוֹסֵף יְיָ עַל
עַמֵּיהּ הֵיךְ כְּאִלֵּין מְאָה זִמְנִין
הֲלָא רִבּוֹנִי מַלְכָּא שַׁלִּיט
עֲלֵיהוֹן וְכֻלְּהוֹן לְרִבּוֹנִי לְעַבְדִּין
לְמָה יִבְעֵי רִבּוֹנִי הָדָא פִּתְגָמָא
וּלְמָה יְהֵי לְחוֹבָא עַל יִשְׂרָ׳ :

Edictum tamen Regis prævaluit Joabi *Conſilio*; profectus igitur eſt Joabus, & peragratâ tota Iſraëlitide Hieroſolymas eſt reverſus.

v. 4. וּפִתְגָם מַלְכָּא תַּקִּיף עַל
יוֹאָב וּנְפַק יוֹאָב וְטַיֵּיל בְּכָל
יִשְׂרָ׳ וְתָב לִירוּשְׁלֵם :

Et tradidit Joabus computum numeri populi Davidi, & fuerunt Iſraëlitarum omnium

v. 5. וּמְסַר יוֹאָב חוּשְׁבַּן מְנְיָן
עַמָּא לְדָוִיד וַהֲוָו כֻלְּהוֹן יִשְׂרָ׳

---

gendum, in hebræo eſt דָּן *Dan*. Hinc in Barajetha ſeu Doctrina R. Eliezeris capitulo 27. docetur; וירדף עד דן זו פנייס *& perſequutus eſt eos* Abraham *Danem usque*, (Gen. XIV. 14.) *quæ Paneas eſt*. Uri, Judæus, in epiſtola ſeu libello, cui titulum fecit יחוס האבות *Genealogia Patrum*, refert, דן היא בניאס : *Dan, Panias eſt*. Et diu ante eum Cl. Ptolemæus tab. V. o. 1. καισάρεια παν ίας ξζ ὸ λγ. *Ceſarea*, tradit, ſeu *Panias*, longit. 67. 40. o. latitud. 33. eſt. Confer: Hieronymus in quæſtion: Hebraicis. Olim *Lays*, pòſt *Leſendan*, vel ſimpliciter *Leſen*, *Dan*, ulteriùs *Ceſarea Philippi*, Græcis Πανίας, noviſſimè *Belenas* eſt dicta, vid: Bernardus de Breydenbach, in itinerario Hieroſolymitano, F. Ludovicus Vulcanus, in vera nuova Deſcrittione di tutta Terra ſanta, & compluresalii.

v. 3. כְּאִלֵּין ] lege בְּאִלֵּין. confer Jonathanem II. Sam. XXIV. 3.

v. 4. וְטַיֵּיל ] aut וְטַיֵּל

Unde-

| | |
|---|---|
| אַלְפַּיִם וּמְאָה אַלְפִּין גִּבֹּר שַׁלְפֵי סַיְפָא וְאֶנַשׁ יְהוּדָה אַרְבַּע מְאָה וְשִׁבְעִין אַלְפִין גִּבֹּר שַׁלְפֵי סַיְפָא׃ | 1100000. Viri, gladium ſtringentes, Judæorum verò 470000 Viri, gladium ſtringentes. |

*Undecies centies mille Iſraelitæ, & quadringenties ſeptuagies mille Judæi* ] Atqui in II. Sam. xxiv. 9. Octingenties mille Iſraëlitæ, Judæi verò quingenties mille recenſentur! Variat Commentatorum Conciliatio. in Aggada Amoræorum Doctorum hæc R. Joſuæ Ben Levi conciliatio recenſetur: in I. Paralip. xxi. 5. plures Iſraëlitas haberi, quod duæ Tribus, Levi & Benjamin, ibi connumerentur, quæ in II. Sam. xxiv. 9. ſint omiſſæ: quæ tamen Conciliatio Dav. Kimchio coment. in II. Sam. xxiv. non placet. Ibidem in Deraſch traditur: Joabum geminum computum deſcripſiſſe, unum minorem, majorem alterum, quas diverſas ἀπογραφὰς Scriptores Sacri ſequantur. Hanc conciliandi rationem R. Salomo amplecti in comment. h. l. videtur. confer infra I. Paralip. xxvii. 24. Ex 32. verò מדות *proprietatibus* ſeu *virtutibus*, R. Elieſer, filius R. Joſe, Galilæi, hanc init conciliationem: trecenties ſcil. mille Iſraëlitas in II. Sam. xxiv. omiſſos, בנימוסו של מלך ἐν τῷ νόμῳ ſeu in *Faſtis* vel Protocollis Regiis conſignatos, utpote jam tum notos, ibi ſupponi; erant enim duodecim Legiones ſecundùm menſium anni numerum ſingulæ viginti quatuor millium, quæ ſummatim capita 288000. effecerunt, & ſi Principes Iſraëlis 12000. ſeu 12. Duces, cum ſuâ ſinguli Chiliade addantur, emergit eadem ſumma 1100000. quæ hîc in Paralipomenis habetur. Hanc conciliationem R. Elieſer elicit ex I. Paral. xxvii. 1. & ſeqq. Quam etiam plerique omnes, quos vidimus, Commentatores amplectuntur, ut R. Salom. Jarchi, coment. in II. Sam. xxiv. R. David Kimchi, ibid. & Comment. in I. Paral. xxi. R. Jacobus Abendana, Comment. in I. Paral. xxi. & è Chriſtianis, Tremellius, Junius & Grotius, annotationibus in II. Sam. xxiv. Videtur tamen, plurimos ibi è Judæ tribu recenſeri, cùm hîc de Iſraëlitis ſit ſermo. Cur verò hîc quadringenties ſaltem & ſeptuagies mille Judæi numerentur, II. Sam. xxiv. 9. quingenties mille recenſitis, Commentatorum conjecturæ itidem variant. Kimchius arbitratur, tricies mille Judæos peſte ſublatos eſſe, quæ cauſa ſit, ut hîc vivorum ſaltem quadringenta- v. 5.

Tribum verò Levi, & tribum Benjamin non connumeravit, quoniam hoc Regis mandatum abominabile Joabo videbatur.

v. 6. וְשֵׁבֶט לֵוִי וּשְׁבֶט בִּנְיָמִין
לֹא מָנָא אֲרוֹם מִדְּחָקָא
פִּתְגָמָא דְּמַלְכָּא עֲלֵי יוֹאָב :

Displicuit verò JEHOVÆ factum hoc, & percussit Israelem.

v. 7. וּבָאֵישׁ קֳדָם יְיָ עַל פִּתְגָמָא
הָדֵין וּמְחָא יָת יִשְׂרָאֵל :

*Precatus* igitur David *est* coram JEHOVA, deliqui, inquiens, graviter, dum rem hanc feci, & nunc dimitte quæso delictum servi tui, quia stultè admodum egi.

v. 8. וַאֲמַר דָּוִיד קֳדָם יְיָ חֲבִירַת
לַחֲדָא עַל דְּעַבְדִית יָת פִּתְגָמָא
הָדֵין וְכַרוֹן שְׁבוֹק כְּדוֹן יָת
חוֹבָא דְּעַבְדָּךְ אֲרוֹם אַטְפֶּשִׁית
עַד לַחֲדָא :

Collocutus igitur est JEHOVA cum Gade, Propheta Davidis, dicendo :

v. 9. וּמַלֵּיל יְיָ עִם גָּד נְבִיָא דְּדָוִיד
לְמֵימַר :

---

& septuaginta millia recensentur. R. Isaacus Abarbenel, tricies mille Judæos cum Davide Hierosolymis fuisse, qui non recensiti fuerint à Joabo, apud Abendanam in Spicilegio existimat. Tremellius atque Junius, eos Duces cum militibus suis, quibus præerant, non connumeratos esse, qui II. Sam. XXIII. 8. & seqq. recensentur, putant.

v. 6. מְדָחָקָא ] vel מְרַחֲקָא. In Codice Msc. Vaticano, & juxta eum impressis libris versionis LXX, viralis legitur ἰσχυσε, quasi ê superiore versu quarto huc translatum; in aliis codicibus meliùs legitur προσωχθισεν.

v. 8. כְּדוֹן ] pro hebræo נָא *quæso*. Ita quoque Jonathan II. Sam. XXIV. 10. voculam כְּעַן repetit. Est verò כדון in Targum Hierosolymitano (& posterioribus) rariùs in Onkelosio, Jonathane, observante Jo. Buxtorffio, in Lexico, usitatum.

יָת חוֹבָא ] *debitum*, i.e. delictum, in hebræo est עָוֹן. De Chaldaismo hoc annotavimus nonnulla superius c. IV. 18.

אַטְפֶּשִׁית ] vel אֲטַפֶּשִׁית, ut in Jonathane I. Sam. XXVI. 21.

| | | |
|---|---|---|
| אִיזִיל וּתְמַלִּיל לְדָוִיד לְמֵימַר | v. 10. | Ito & loquere cum Davide, |
| כְּדֵנָן אֲמַר יְיָ חַדָּא מִן תְּלַת | | dicendo: ita dicit JEHOVA, |
| אֲנָא רָמֵי עֲלָךְ בְּרוֹר לָךְ חַדָּא | | unum è tribus ego propono ti- |
| מִנְּהוֹן וְאֶעְבֵּד לָךְ׃ | | bi, elige tibi unum ex illis, & |
| | | efficiam tibi. |
| וְאֲתָא גָד לְדָוִיד וַאֲמַר לֵיהּ | v. 11. | Abiit itaque Gad ad Davi- |
| כְּדֵנָן אֲמַר יְיָ קַבֵּל עֲלָךְ׃ | | dem, eique dixit: ita dicit JE- |
| | | HOVA; en recipe in te |
| אִין תְּלַת שְׁנִין כַּפְנָא וְאִין | v. 12. | Aut per Triennium famem, |
| תְּלַת יַרְחִין מַפָּךְ וְשֵׁלְהֵי קֳדָם | | aut per tres menſes fugitivum |
| סַנְאָךְ וְסֵיפָא דְבַעַל דִּבָבָךְ | | te atque feſſum coram oſore |
| תְּהֵי לָךְ לְמַדְבְּקָא וְאִין תְּלָתָא | | tuo, & gladium inimici tui te |
| יוֹמִין קְטָלִין דְּחַרְבָּא מִן קֳדָם יְיָ | | comprehendentem, aut per |
| | | triduum cædes gladii JEHOVÆ, |

---

אִיזִיל ] vel אֲזִיל. v. 10.

כְּדֵנָן ] vel כִּדְנָן.

חַדָּא מִן תְּלַת וגו' ] lege, ut paulò poſt, חֲדָא, ita verò & Jonathan II. Sam. XXIV. 12. transtulit, in hebræo eſt: שָׁלוֹשׁ אֲנִי נוֹטֶה עָלֶיךָ.

מִנְּהוֹן ] vel סִנְּהוֹן.

וְאֶתָּא ] lege וַאֲתָא cum Jonathane, II. Sam. XXIV. 13. v. 11.

אִין תְּלַת שְׁנִין וגו' ] *anne per triennium famem*, ſubintellige, in te *recipies*? Atqui II. Sam. XXIV. 13. ad ſeptennium fames extenditur, dicitur enim: AMNE VENIET TIBI SEPTENNIUM FAMIS IN TERRA TUA. Varia eſt Commentatorum conciliatio. LXX. Interpp. Græci utrobique triennium exhibent; & ſanè totidem menſes atque dies poſtea nominantur! Unde Hugo Grotius annott. ad II. Sam. XXIV. Errorem in numeris, qui olim, ut apud alias Gentes, ita & apud Hebræos per notas ſunt ſcripti, ut lapſus facilis eſſet, agnoſcit. R. David Kimchi comment. in h. l. & II. Sam. XXIV. 13. ſcribit, per triennium, quod præceſſerat, famem fuiſſe, pœnam cædis Gibeoniticæ, de qua II. Sam. XXI. 1. legere eſt, nunc verò alterum famis triennium, pœnam recenſionis populi, proponi, quod Paralipomen. auctor exprimat, auctorem verò Samuelis li-

| | |
|---|---|
| & peſtem in terra per omnem Iſraelitidis tractum devaſtantem; nunc igitur videſis, quodnam ei, qui me miſit, referam reſponſum. | זְמוֹתֵנָא בְּאַרְעָא מְחַבֵּל<br>בְּכָל תְּחוּמָא דְיִשְׂרָאֵל וְכַרְוֹן חַמֵּי<br>מַה אֲתִיב לְמִשְׁדַּר יָתִי<br>פִּתְגָמָא׃ |

brorum, utrumque triennium conjungere cum anno inſequente, qui & ipſe maximâ ſui parte, uſque ad meſſis tempus, ſterilis erat, neque ex antecedente ſexennali caritate famelicam multitudinem explere poterat. Hanc conciliandi rationem plerique amplectuntur, è quorum numero ſunt Munſterus, Vatablus, Clarius, Tremellius & Junius, comment. in *II.* Sam. XXIV. 13. Ha-Raſchba, h. e. Rabbenu Simſon, Bar Abraham, apud R. Jacobum Abendanam, in Spicilegio ad Michlal Jophi, alias adhuc conciliationes exhibet. Septem enim famis annos fuiſſe & futuros eſſe contendit, tres continuos, de quibus Paralipp. auctor, & quatuor ſparſos, non continua ſerie ſuccedentes, qui conjunctim ſeptennium efficiunt, de quo librorum Samuelis auctori ſermo ſit. Vel, quod auctor Paralipp. שני תבואות *annos proventuum* ſeu meſſis tres ſolummodo, auctor verò Samuelis librorum שני הניר *annos etiam proſciſſionis* vel arationis enumeret; unde ſex vel ſeptem anni emergant. Namque *novellat* vel de novo agrum proſcindit homo *anno primo*, & ſerit *anno ſecundo*, ut Rabbini apud Buxtorffium in Lexico Rabb. in voce ניר tradunt. Secundo igitur quarto & ſexto anno proventus fruſtra expectabatur, primo verò tertio, quinto ut & ſeptimo anno ager de novo proſcindebatur, vel etiam ſeptimus annus dimidia ſui parte, à tempore, quo ſerunt fruges, usque ad meſſem, ſine proventu fuit præterlapſus. Hæc conciliatio inprimis è verbo בְּאַרְצֶךָ IN TERRA TUA, quæ in Samuelis duntaxat libro occurrit, eruitur.

לְמַדְבְּקָא ] rectius לְאַדְבְּקָא.

זמוֹתֵנָא ] aut זמוֹתָנָא.

מְחַבֵּל ] in hebræo præcedit יְיָ מַלְאַךְ *& Angelus* JEHOVÆ, quod Chaldæus non extulit, incertum eſt, an ſtudio, an vero ἁβλεψίᾳ.

אֲתִיב ] vel אָתִיב.

| | | |
|---|---|---|
| וַאֲמַר דָּוִיד לְגָד אִין אֲנָא בָּרִיר יַת כַּפְנָא יֵימְרוּן דְּבֵית יִשְׂרָ֫אוֹרַיְיָא דְּוִיד מַלְיָין עֲבוּרָא | v. 13. | Respondit igitur David Gadi: Si ego eligam famem, dicent, qui sunt de domo Israel, Urim Davidis plena sunt transgressione, |

אִין אֲנָא בָּרִיר ] *si eligam &c.* Explicat hic Targumista rationes & motivas, quare David noluerit primam & secundam pœnam eligere, quas textus hebræus non exprimit. Quidam tamen R. Alexandri apud R. Sal. Jarchi, in Comment. II. Sam. xxiv. 14. paulo aliter Davidem, de pœna in se recipiendâ secum deliberantem, inducit: *dicit*, scribentem, *R. Alexandri: cogitavit secum David: si eligam mihi gladium, tunc Israel dicent, confidit is*, David, *fortitudini suæ, qua non sit occubiturus, aliis interim perituris. Quod si verò famem eligam, dicent; divitiis suis confidit. Quare eligam mihi pestem, huic enim omnes ex æquo* subjacent, conf. ibid. R. Davidem Kimchium. v. 13.

אוּרַיְיָא ] lege אוּרַיָּא *Urim.* De his diversæ sunt Commentatorum sententiæ, quæ recenseri hic haut debent, videri possunt Commentatores, & in primis P. Fagius ad Exod. xxviii. 30. & Jo. Müllerus, in Judaismo, in Proleg. tit. 10. Hic duntaxat observamus *objectum* seu *materiam & res quæsitas per Urim*, non solum militares & Consistoriales, sed & quasvis alias publicas privatasque fuisse, id quod vel ex hoc loco discimus, ubi Urim Davidis plenæ transgressione fuisse memorantur, h. e. Urim vel Gemma Tribus Regiæ & Davidicæ Judæ, in Urim & pectorali Pontificis maximi existens, transgressionem & peccatum ejus, recensione populi commissum, indicabat, arguebatque: quomodo olim quoque Achanis peccatum per Urim, juxta nonnullos, proditum & manifestatum fuit. Ita refert R. Sal. Jarchi Comment. in Jos. VII. 16. ויקרב את ישראל לפני החשן מקום שהשבטים כתובים ומסר לו הקבה סימן שהשבט שחטא אבנו כהה וכהתה אבנו של יהודה: ET ADDUXIT ISRAELEM] *ad pectorale*, quippe *locũ, cui tribuum XII.* nomina *insculpta* erant; *dedit verò ei*, Josuæ, *DEUS Bened. signum, tribûs sontis & reæ gemmam obscuratum iri; & ecce obscurata est gemma Iehudæ.* Similiter R. David Kimchi ib. scribit: אשר ילכדנו יי׳ אמרו ועוד אמרו כי העמיד כל השבטים לפני האורים והתומים ואבני החושן היו כתובים בושמות השבטים ומי שאבנו כהה הוא הנלכד וכהה אבנו של יהודה QUEM DEUS DEPREHEN-

וְלָא אִכַּפַּת לֵיהּ אִין יְמוּתוּן
עַמָּא בֵּית יִשְׂרָאֵל בְּכַפְנָא
וְאִין אֵנָא בָּרִיר יַת קְרָבָא
וְלִמְפַּךְ מִן קֳדָם סַנְאַי יְמָרוּן
דְּבֵית יִשְׂרָאֵל דָּוִד גִּבָּרָא וּמָרֵי
קְרָבָא וְלָא אִכַּפַּת לֵיהּ אִין
יִפְּלוּן עַמָּא בֵּית יִשְׂרָאֵל קְטִילִין
בְּחַרְבָּא הָא עָיִק לִי לַחֲדָא
אִתְמְסַר כְּרוֹן בִּידָא מֵימְרָא
דַּיְיָ אֲרוֹם סַגִּיאִין רַחֲמוֹהִי
וּבִידָא דִּבְנֵי נָשָׁא לָא אִתְמְסַר׃

Et tamen non nocet ei, ſi moriantur fame populus domus Iſrael: Quod ſi eligam ego bellum, & fugitivum me eſſe coram oſoribus meis, dicent rurſum, qui ſunt de domo Iſrael: David Heros *eſt*, & miles ſtrenuus, nec nocet ei, ſi cadant populus domus Iſrael gladio confixi. En admodum anguſtiis premor! Tradar igitur in manum מֵימְרָא Verbi Domini, nam copioſiſſimæ ſunt miſericordiæ ejus, in hominis verò manus cadere nolo.

---

PREHENDET aut indicabit ] *dicunt &c. Preterea dicunt* ſcil. Magiſtri Noſtri, Talmudiſtæ, *quòd conſtituerit* Joſua *omnes tribûs coram Urim & Tumim, in quorum gemmis pectoralis nomina Tribuum inſculpta erant, cujus igitur gemma caligabat, ea deprehenſa erat; caligavit verò gemma Judæ.* Conf. Seb. Munſterus & Compilator hujus, Iſid. Clarius, inprimis verò Andreas Maſius, Comment. in Joſ. VII. 16. Simili igitur modo ſuum quoque delictum per Urim manifeſtatum & deprehenſum iri, reformidat, juxta Targumiſtam, David. Convenit verò ſententia hæc ferè cum illo vulgato:

*Quicquid delirant Reges plectuntur Achivi.*

עֲבוּרָא ] meliùs עֲבִירָא.

אִכַּפַּת ] lege hic & paulò poſt אִתְכַּפַּת vel כְּפַת ex כְּפַת.

מָרֵי קְרָבָא ] de verbo, *Dominus belli*, eſt Chaldaiſmus, i. e. bellicoſus.

קְטִילִין ] aut קְטִילִין.

עָיִק ] lege עַיִק.

בְּיַד מֵימְרָא דַּיְיָ ] ita quoque Jonathan, II. Sam. XXIV. 14. In hebr. eſt בְּיַד יְהוָה.

מלאכא

| | |
|---|---|
| וְיָהַב יְיָ מוֹתָנָא בְּיִשְׂרָאֵל וְנָפְלוּ מִיִּשְׂרָאֵל שִׁבְעִין אַלְפִין גַּבְרִין׃ | v. 14. Immiſit igitur JEHOVA Iſraeli peſtem, & extincti *ſunt* ex Iſraele homines 70000. |
| וְשַׁדַּר מֵימְרָא דְיְיָ מַלְאָכָא דְמוֹתָא לִירוּשְׁלֵם לְהַבְלוּתָהּ וּכְהַבְלוּתֵיהּ אִסְתַּכַּל בְּאַפְרָא דַּעֲקַדְתָּ דְיִצְחָק דְּיָ בִּיסוֹדָא דְמַדְבְּחָא | v. 15. Immiſit etiam ὁ λόγος Verbum Domini Angelum mortis Hieroſolymis, ad perdendam eam, eo verò perdente, obſervavit *JEHOVA*, pulverem ligationis Iſaaci, qui fuit in fundo Altaris, |

מַלְאָכָא דְמוֹתָא ] *Angelum mortis.* In hebræo eſt ſaltem מַלְאָךְ *Angelum.* Judæi Theologi ſingularem angelum ſeu dæmonem fingunt, qui hominibus mortem inferat, quem *mortis angelum* dicunt. Vide ſis Virum in ſcitis Judæorum verſatiſſimum, Jo. Buxtorffium, Patrem, in Lex. Rabb. in voce מוֹת. & Jo. Lightfoot in Hor. Talmud. & Rabb. Matth. XXVII. 56. Luc. XVI. 22. & Jo. XII. 31. v. 15.

לְהַבְלוּתָהּ ] lege לְחַבָּלוּתָהּ, & ſtatim וּכְהַבְלוּתֵיהּ pro וּכְחַבָּלוּתֵיהּ.

אִסְתַּכַּל בְּאַפְרָא דַּעֲקַדְתָּ דְיִצְחָק ] *obſervavit pulverem ligationis Iſaaci.* In hebræo ſaltem eſt רָאָה *vidit*, ſed quid viderit, non exprimit textus: Si verò Targumiſtæ Noſtro fides eſt habenda, pulverem ſeu terram & locum vidit, ubi antehac ligatus eſt Iſaacus, DEO ſacrificandus, quo perpenſo, DEUS pepercit Iſraeli: In monte enim Moriah Abraham Iſaacum ligatum ſacrificaturus fuit, ubi Ornanis area hoc tempore ſtetit: Ita traditur in Talmude, Tract. Berachoth, cap. 9. & in Compendio ejus, En Jacob, fol. 40. col. 4. Edit. Pragenſis: מאי ראה אמר רב יעקב אבינו ראה שנ' ויאמר יעקב כאשר ראם ושמואל אמר אפרו של יצחק ראה שנ' אלהים יראה לו השה ? *Ecquidnam vidit! Rabh dicit: Jacobum, Parentem noſtrum, vidit, quia dicitur* Gen. XXXI. 2. DIXITQUE JACOB, UBI VIDIT EOS. *Samuel verò ait, pulverem Iſaaci vidit, quia dicitur* Gen XXII. 7. DEUS PROVIDEBIT SIBI DE AGNO. Conf. Jalkut ſupra h. l. num. 1080. & Jalkut chadeſch, in tit. *David*, num. 73. & 124. atque R. Davidem Kimchium, Comment. in h. l.

Et recordatus eſt fœderis ſui cum Abrahamo, quod confirmavit ei in monte cultus, & *ſcilicet vidit* domum ſanctuarii ſui, quod ſupra *eſt in cælis*, ubi animæ juſtorum *exiſtunt*, ut & εἰκόνιον *ſeu* imaginem Jacobi, quæ *eſt* inſculpta Gloriæ Throno; converſus igitur *eſt & pœnituit* JEHOVAM apud ſemetipſum mali, & dixit Angelo perdenti: ſufficiat tibi; nunc tolle Abſai, ducem eorum ex eorum medio,

וְאַדְכַּר קְיָמֵיהּ דְּעִם אַבְרָהָם
דְּקַיֵּים לֵיהּ בְּטַוּר פּוּלְחָנָא
וּבֵית מִקְדְּשָׁא דִּלְעֵיל דְּתַמָּן
נַפְשָׁת צַדַּיָּא וְאִיקוֹנִין דְּיַעֲקֹב
דְּקָבֵיעַ בְּכָרְסֵי יְקָרָא וְתָב
בְּמֵימְרֵיהּ עַל בִּישְׁתָּא דַּאֲמַר
לְמַלְאָכָא מְחַבְּלָא מִסְתֵּיךְ
כְּדוֹן טוֹל אַבְשַׁי רַבְּהוֹן
מְבֵּינֵיהוֹן

וְאַדְכַּר ) lege וְאִדְכַּר, cum Caph.
בְּטַוּר ) lege בְּטַוַּר, vel בְּטַוַּר.

וּבֵית מִקְדְּשָׁא דִּלְעֵיל ) lego מַקְדְּשָׁא. InnuiturSanctuariumSuperum ſeu cœleſte, quod Heſeckiel myſticè delineat, quomodo etiam JeruſalemSuperior, Gal. IV. nominatur, & Apoc. XXI. deſcribitur. Eſt verò hæc altera expoſitio ejus, quodnam viderit DEUS, nempe Sanctuarium Superum ſeu cœleſte, quæ fuit R. Johananis ſententia, uti traditur in Talmude, loco, quo diximus, verba hæc ſunt: רבי יצחק אמר כסף כפורים ראה שנ' ולקחת את כסף הכפורים ר' יוחנן אמר בית המקדש ראה דכתיב בהר יהוה יראה: *R. Iſaac dicit: Argentum expiationum vidit, quia dictum eſt*, Exod. XXX. 16. ET ACCIPIES ARGENTUM EXPIATIONUM. *Denique R. Johanan ait: Sanctuarium vidit, quia dicitur* Geneſ. XXII. 14. IN MONTE JEHOVA IIRHE vel JEHOVA PROVIDEBIT. Sed omnium rectiſſimè Kimchius in Comment. hoc ſupplet, quando ſcribit: ראה כי רבים מתו ונחם על הרעה *Vidit* ſcil. JEHOVA *complures peſte periiſſe, ideoque pœnituit eum mali.*

דְּתַמָּן נַפְשָׁת צַדַּיָּא ) *ubi animæ ſunt Juſtorum.* Hæc illuſtrant locum N. T. Apoc. VI. 9. & viciſſim ex eo lucem fœnerantur.

וְאִיקוֹנִין ) & εἰκόνιον *imaginem Jacobi, quam inſculſit Gloriæ Throno.*

Ita

| | |
|---|---|
| וּפְסוֹק מֵחֲתָךְ מִן שְׁיַר עַמָּא וּמַלְאָךְ שְׁלִיחַ מִן קֳדָם יְיָ הֲוָה קָאִים בְּבֵית אִדְרֵי דְאָרְנוֹן יְבוּסָאָה : | & deſine â cæde populi reliqui. Exiſtebat verò *tunc* Angelus, â JEHOVA miſſus, in horreo Ornonis Jebuſæi. |

Ita quoque refertur in Commentario Judaico Perantiquo, Jelammedenu, in Num. III. 40. אמר הקבה ליעקב הרבה יקר בעיני אתה כביכול שקבעתי את איקונין שלך תחת כסא הכבוד *dixit DEUS Bened. Jacobo: admodum glorioſus es in oculis meis, quantum poſſibile eſt, quandoquidem imaginem tuam Gloriæ Throno inſculpſi.* Similia in Echa Rabbathi ſeu Gloſſa Threnorum Magna, c. II. v. 1. docentur: אמר ר' יהושע ברבי נחמן וגו' אמר הקבה לישראל כלום אתם מקניטין אותי אלא בשביל איקונין של יעקב שחקוקה על כסאי וגו' *docet R. Joſua, Bar R. Nachman &c. Dixit DEUS Bened. Iſraeli; num vos irritaviſtis me! ſed propter imaginem Jacobi, Throno meo inſculptam &c.* Eſt myſtica deſcriptio glorioſæ præſentiæ atque viſionis divinæ. Quemadmodum Deus quoq; teſtatur, ſe fideles in manu ſua conſignaſſe, Eſ. XLIX. namque idola ejus, Jacobi, ſeu ſpecies Gloriæ Throno, i.e. intellectui, impreſſas habet. Aliàs *Throni Gloriæ* divinæ ſæpius quoq; Prophetarum Scripta atq; Apocalypſis meminerunt. Apud antiquos Judæorum Magiſtros Thronus Gloriæ, ſeu Majeſtatis divinæ, locus eſt in cœlis, ſub quo juſtorum animæ abſconditæ latent, Vid. Jo. Lightfoot in Horis Talmud. & Hebr. Evangelio Lucæ impenſis, cap. XVI. 22. Reſpicere verò hic videtur Targumiſta ad ſuperius recenſitam רַבּ Rabh declarationem, qui dicit: *Jacobum, Parentem noſtrum, vidit, quia dicitur*, Gen. XXXII. 2. DIXITQUE JACOB, UBI VIDIT EOS, Angelos. Namque more ſuo aggregat allegoricas expoſitiones plures Targumiſta.

דַּאֲמַר ] aut וַאֲמַר, confer Jonathanem, II. Sam. XXIV. 16.

מְסַתְּיָךְ ) *ſufficiat tibi*, ex מְסָת *ſatis eſt*, & ſuffixo.

טוֹל אַבְשֵׁי רַבְהוֹן ) *tolle denique, Abiſai, Præfectum* eorum. Quod in hebræo eſt רַב *ſatis eſt*, מְסַתְּיָךְ *ſufficiat tibi*, Targumiſta Noſter jam aliter quoque de רַב i. e. *Duce*, militum Magiſtro, atque Conſiliario exponit; eſt verò hæc Deraſch ſeu allegorica & homiletica explicatio, quæ in Talmude quoque, loco, quo nuperrimè diximus, ejusque Com-

Elevavit autem David oculos ſuos, viditque Angelum Domini ſtantem, & in aëre ſublimem, inter terram & cælos, & gladius diſtrictus, & ſupra Jeruſalem extenſus, in manu ejus erat.

וְזָקֵף דָּוִיד יַת עֵינוֹהִי וַחֲמָא v. 16.
יַת מַלְאָכָא דַיְיָ קָאִים וְתָלִיל
בַּאֲוִירָא בֵּין אַרְעָא וּבֵין שְׁמַיָּא
וְסַייְפָא שְׁלִיפָא בִּידֵיהּ רְכִינָא
עַל יְרוּשְׁלֶם׃

Procubuitque David & Seniores vincti & accincti ſaccis, & inclinaverunt ſeſe in vultus ſuos.

וְנָפַל דָּוִיד וְסָבַיָּא דַּאֲסִירִין
וּמְזַרְזִין בְּשַׁקְיָא וְאִתְרְכִינוּ עַל
אַפֵּיהוֹן׃

Et dixit David coram JEHOVA: annon Ego ſum ille, qui edixi numerare populum? nonne ego *ſum* ille, qui deliqui & peſſimè feci? hi verò popul⁹, qui *ſunt* ſicut oves ſub poteſtate paſtoris, ecquid fecerunt,

וַאֲמַר דָּוִיד קֳדָם יְיָ הֲלָא v. 17.
אֲנָא הוּא דַּאֲמָרִית לְמִמְנֵי יַת
עַמָּא וַאֲנָא הוּא דְּחָבִירְ
וְאָבְאֵשְׁא אַבְאֵישִׁית וְאִלֵּין
עַמָּא דְּהוֹן הֵי כְּעָנָא בֵּידַ
רַעְיָא מָה עֲבָדוּ

---

pendio, En Jacob, traditur, verba hæc ſunt: ויאמר למלאך המשחית בעם רב מאי רב אל הקבה טול הרב שבהן שיש ליפרע מהן כמה חובות באותה שעה מת אבישי בן צרויה ששקול כרובה של סנהדרין DIXITQUE DEUS ANGELO, STRAGEM IN POPULO FACIENTI; רב RABH. II. Sam. XXIV. 16. *quid eſt* רַב RABH? *Dixit* nimirum *ei*, Angelo, *DEus Bened. Tolle* הָרַב *Ducem eorum, nam plurima debita ſunt perſolvenda.* Dixit. *Eâq; ipsâ horâ extinctus eſt Abiſai, filius Zeruiæ, qui* numero *par fuerat in multitudine* ſeu Collegio τῶν συνέδρων, ſicque facta eſt imparitas, Confer R. Davidem Kimchium, in comment. II. Sam. XXIV. 16.

v. 16. וְתָלִיל ) vel etiam וְתָלִיל.

: עַל יְרוּשְׁלֶם ) Hic *Soph Paſuk* vel finem verſus facit, ſeu Targumiſta ſeu ſcriba, & ita, qui in hebræo textu, & verſionibus cæteris, unus eſt, in binos dividit verſus.

בְּשַׁקְיָא ) melius fortaſsè בְּשַׁקְיָא.

רעיא

יְיָ אֱלָהַי תְּהִי כְעַן מְחָתָךְ בִּי וּבְבֵית אֲבָא וּבְעַמָּךְ לָא לְמוֹתָנָא ׃

JEHOVA DEUS meus? quin eſt cædes tua in me, & domum patris mei, â populo verò tuo peſtem avertis!

v. 18. וּמַלְאָךְ שְׁלִיחַ מִן קֳדָם יְיָ אֲמַר לְגָד לְמֵימַר לְדָוִיד דִּי יִסַּק דָּוִיד לְאָקְמָא מַדְבְּחָא קֳדָם יְיָ בְּבֵית אֲרַי דְּאָרְנָן יְבוּסָאָה ׃

Angelus verò, miſſus â JEHOVA, dixit ad Gadem: dic Davidi, ut aſcendat is ad extruendum altare Domino in horreo Ornanis Jebuſæi.

v. 19. וְסַלִּיק דָּוִיד כְּפִתְגָמָא דְגָד דְּמַלִּיל בְּשׁוּמָא דַיְיָ ׃

Aſcenditque David ſecundùm mandatum Gadis, quod ei nomine Domini edixit.

v. 20. וְתָב אָרְוָן וְחָמְאִית מַלְאָכָא וְאַרְבְּעָתֵי בְנוֹי מְטַמְּרִין מִן קֳדָם מַלְאָכָא וְאָרְוָן חָבִיט חִטִּין ׃

Cùm verò Orvan ſeſe convertiſſet, vidit Angelum, & quatuor filii ejus abſcondiderunt ſe ab Angelo, Orvan verò tunc excutiebat triticum.

---

v. 17. רַעְיָא ) vel רַעֲיָא, confer Jonathanem, II. Sam. XXIV. 17.

v. 18. לְאָקְמָא ) meliùs לַאֲקָמָא.

מרבחא ) lege מַדְבְּחָא, Conf. Jonath. II. Sam. XXIV. 18.

אדרי ) reſcribe ex Jonathane, l. c. hic & paulò ante v. 15. אֲדֹרִי.

v. 19. כְּפִתְגָמָא ) ita quoq; οἱ ο: κατὰ τὸν λόγον. Tremellius & Junius, *ſecundùm verbum*, & II. Sam. XXIV. 19. כִּדְבַר. Hîc tamen in hebræo eſt, בִּדְבַר cum beth.

v. 20. וְתָב ) aut וָתָב.

וחמאית מלאכא ) lege omninò וְחָמָא יִת *& vidit τὸν* &c. LXX. Interpp. Græci pro Angelo *βασιλέα Regem* ex II. Sam. XXIV. 20. exhibent.

מטמרין ) reſcribo מְטַמְּרִין *abſcondentes ſe.* In hebræo eſt מִתְחַבְּאִים, quod LXX. malè retinuerunt, *μεθ' ἁχαβὶν* reddentes.

Perveniente verò Davide ad Orvanem, prospexit Orvan & vidit Davidem, egressus igitur est horreo, & procobuit coram Rege in vultus suos super terram.

v. 21. וַיָּבֹא דָוִיד עַד אָרְוָנָן וַיַּשְׁקֵף אָרְוָנָן וַיַּרְא אֶת דָּוִיד וַיֵּצֵא מִן הַגֹּרֶן וַיִּשְׁתַּחוּ לְדָוִיד אַפַּיִם אָרְצָה׃

Dixitque David ad Orvanem: da mihi locum horrei, ut in eo extruam Altare JEHOVÆ, argento parato & pleno dato mihi eum, ut cessset pestis à populo.

v. 22. וַיֹּאמֶר דָּוִיד לְאָרְוָנָן תֶּן לִי מְקוֹם הַגֹּרֶן וְאֶבְנֶה בּוֹ מִזְבֵּחַ לַיהוָה כֶּסֶף מָלֵא תִּתְּנֶנּוּ לִי וְתֵעָצַר הַמַּגֵּפָה מֵעַל הָעָם׃

---

אָרְוָנָן ) Pravè. Quater jam occurrit hoc nomen, & quadrupliciter scriptum. Primum *Ornon*, deinde *Ornan*, post *Orvan*, (quæ lectio posthac perpetua apud Nostrum est) jam denique *Arvan*. Sed & in Sam. libro aliter, quàm hic in hebræo textu, scribitur, Paralipp. tamen auctor constanter legit אָרְנָן, Lxx. ὄρνὰ *Ornan*, quam lectionem etiam retinendam esse arbitramur.

חִטָּיָה ] melius חִטָּיָא vel חִטָּא.

v. 21. וַיָּבֹא ) melius וַאֲתָא.

אַדְרָא ) אַדְרָא.

אַפּוֹהִי ) rescribe ex Jonathane, II. Sam. xxiv. 20. אַפּוֹהִי.

v. 22. אַדְרָא ) malè, pejus tamen Jonathan, II. Sam. xx. 20. אַדְרֵי, Rescribo utrobique אַדְרָא.

בֵּית מַדְבְּחָא ) rescribo ex Jonathane l. c. מַדְבְּחָא, & pro priori בֵּית sine dubio בַּיָּה est legendum, huic enim respondebit τὸ בּ, quod est in hebræo.

וְתִתְכְּלִי ) rectè, & multò melius quàm Jonathan, qui habet וְיִתְכְּלִי, sequitur enim fœmininum מְחָתָא, quamvis Enallage Generis, uti apud Hebræos, ita & apud Chaldæos, frequens sit.

| | | |
|---|---|---|
| וַאֲמַר אָרְוָנָן לְדָוִיד סַב לֵהּ | v. 23. | Respondit verò Orvan Davidi, *en* tibi habeto, & faciat |
| וְיַעֲבֵד רְבוֹנִי מַלְכָּא דְּכַשְׁר | | Dominus meus, Rex, quod ei |
| קֳדָמוֹהִי חָמֵי יְהָבִית תּוֹרַיָּא | | rectum *videbitur*; ecce dedi |
| לְעָלָתָא וְקוּרְקְסָוָתָא לְצַלְחָא | | quoq; boves pro holocausto, & |
| לְקִיסֵי כְּדוּרָא וְחִנְטַיָּיהּ | | tabulas trituræ findendas pro |
| לְמִנְחָתָא כְּלָא יְהָבִית׃ | | lignis rogi, & triticum pro |
| | | oblatione, omnia hæc dedi. |
| וַאֲמַר מַלְכָּא דָּוִיד לְאָרְוָנָן | v. 24. | Sed regessit Rex David Or- |
| לָא אֲרוֹם מְזַבֵּן אֶזְבּוֹן בְּכֶסֶף | | vani: non, quoniam non nisi |
| שְׁלִים אֲרוֹם לָא אֶסַּב מִן | | argento pleno emam; neque |
| דִּילָךְ לְשׁוּמָא דַיְיָ לְאַסָּקָא | | enim de tuo gratis accipiam, |
| עֲלָתָא לְמַגָּן׃ | | quod in gloriam Domini, & of- |
| | | ferendum holocaustum *cedere* |
| | | *debet*. |

---

v. 23.

דְּכַשְׁר ) aut דְּכֻשַּׁר.

לְעָלָתָא ) vel לַעֲלָתָא.

וְקוּרְקְסָוָתָא ] *Tabulæ triturę.* In hebræo est וְחֹמֻרִיגִים, quod R. Salomo ita exponit: נסרים שרשים בהם התבואה כמו ששנינו בעז עיזא דקורקסא דישא דומה למורג חדש h. e. *sunt tabulæ, quibus fruges triturant, prout tradidimus* Glossâ in Tract. Talmud. *de Idolatria*, ubi extat mentio *ferri* דקורקסא i. e. *Triturę, tritura enim similis est* τῷ מורג i. e. *tribulæ recenti.* Plenius adhuc describit R. Sal. Aben Melech, in coment. h. l. וְהַמֻּרִיגִים הכלי נקרא מורג והוא לוח עץ ואבנים דקות תחובות תחתיו לחתוך התבן ולהוציא התבואה מקליפתה׃ ET MORIGIM) *instrumentum* rusticanum apud Antiquos fuit, MORIG *dictum. Fuit tabula lignea, cui lapilli præacuti infernè infixi* erant, *ad præcidendas* vel secernendas *paleas*, & *fruges è cortice extrudendas*, Conf. eund. Coment. in II. Sam. XXIV. 22. Conveniebat ferè, si non formâ, saltem usû cum חרוץ, de quo supra ad cap. XX. 3. LXX. benè reddunt ἄροτρον, *aratrum*.

לְצַלְחָא ) rescribo לְצַלְחָא.

וְחִנְטַיָּיהּ ] lego וְחִנְטַיָּא

לְמִנְחָתָא ) meliùs לְמִנְחָתָא.

v. 24.

מְזַבֵּן ) rescribe omninò ex Jonathane, II. Sam. XXIV. 24. מְזַבֵּן.

לְאַסָּקָא עֲלָתָא ) lego לְאַסָּקָא עֲלָתָא. דמיין

Dedit itaque David Orvani pretium pro loco, ſiclos aureos, pondere 600.

| | |
|---|---|
| v. 25. | וַיִּתֵּן דָּוִיד לְאָרְנָן דָּמִיין שֶׁקֶל זָהָב סְלָעִים דְּדָהַב מִתְקַל שִׁית מְאָה׃ |

v. 25. דָּמִיין ] reſcribo דָּמִין.

סְלָעִין דְּדָהַב מִתְקַל וְ מְאָה ) *Silim auri, pondere* 600. In hebræo eſt, שְׁקָלִים, quod Targumiſtæ per סלעים reddere ſolent. Atqui II. Sam. XXIV. 24. ſaltem 50. ſicli argenti numerati dicuntur! Diverſa eſt Commentatorum Conciliatio. Primò Antiquorum, poſtea Recentiorum opiniones recenſemus. Magiſtri Hebræorum Priſci dicunt: Davidem ab unaquaque tribu 50. Siclos ſuſtuliſſe, qui duodecies multiplicati, 600. ſiclos efficiunt; quid de ſingulis tribubus, Samuelis libri, quid verò de omnibus tribubus David acceperit, Paralipomena recenſent. Hæc ſententia R. Salomoni quoque, Recentiori Scriptori, probatur, commentario in utrumque locum. Rabbi (κατ' ἐξοχὴν, i. e. R. Jehuda Sanctus,) & ante eum Abha Joſeph Ben Doſthæi, exiſtimaverunt, Davidem 50. ſiclis boves, ligna & aream, quippe ſpacium pro extruenda ara, ſolùm comparaviſſe, univerſum verò circumjacentem locum ſeu tractum ſive campum, cui poſtea Templum Domini inædificatum eſt, 600. ſiclis conſtitiſſe, cùm ibi *boves* & *area*, hìc verò *locus*, acquiſita eſſe dicantur. Hæc conciliatio Recentioribus quoque plerisque placet, uti R. Davidi Kimchio, commentario in utrumque locum, R. Levi Ben Gerſon, Comment. in II. Sam. XXIV, 24. Ed. Brerewodo, in libro de ponderibus & pretiis veterum nummorum, & apud eum Hieronymo, Gloſſæ Ordinariæ, Lyrano, Hugoni, Dionyſio Carthuſiano, Ariæ Montano, Saliano, Serario, Cornelio à Lapide, quibus addi poſſunt, Sebaſtianus Munſterus, Iſidorus Clarius, Em. Tremellius, & Fr. Junius, atque Hugo Grotius, Comment. in II. Sam. XXIV. 24. Menaſſe Ben Iſraël apud auctorem Michlal Jophi, in Commentario hujus loci, ſingularem opinionem tenet, arbitratus, Davidem primùm pactum eſſe & comparaſſe aream 50. ſiclis, poſteà verò ex liberalitate 600. ſiclos numeraſſe: cùm ibi verbum קָנָה, hìc verò נָתַן uſurpetur. Contra verò Vir Clariſſimus, Andreas Maſius, Comment. in Joſuam, VII. 21. ſingulariter putat, II. Sam. XXIV. 24. ſiclos 50. auri, hìc verò ſiclos 600. argenti innui, pro ratione & analogia duodecupla, quam aurum ad argentum habet.

| | |
|---|---|
| וּבְנָא תַמָּן דָּוִיד טַן מַדְבְּחָא לִשְׁמָא דַיְיָ וְאַסִיק עָלָוָן וְנִכְסַת קֻדְשִׁין וְצַלִי קֳדָם יְיָ וְקַבֵּל צְלוֹתֵיהּ בְּאֶשָׁא דִּנְחַתַת מִן שְׁמַיָא עַל מַדְבְּחָ עָלְתָא׃ | v. 26. Et extruxit ibi David Altare in nomine Domini,& obtulit holocauſta,& hoſtias ſanctitatum,& preces coram JEHOVA effudit ; ſuſcepitque ejus preces JEHOVA per ignem, cœlitùs delapſum ſuper altare holocauſti. |
| וַאֲמַר יְיָ לְמַלְאָכָא וְתַב סַיְפֵיהּ לְלִידְנָהּ׃ | v. 27. Et edixit JEHOVA Angelo perdenti: Satis eſto tibi: Gladium igitur in vaginam recondidit. |
| בְּעִדָנָא הַהִיא כַּד חֲמָא דָּוִיד אֲרוּם קַבִּיל יְיָ צְלוֹתֵיהּ בְּאִדְרֵי אָרְוָן יְבוּסָאָה וְדַבַּח תַּמָּן׃ | v. 28. Tempore iſto, cùm vidiſſet David,quod ſuſcepiſſet JEHOVA preces ſuas in horreo Orvanis, Jebuſæi, ſacrificavit ibi. |
| וּמַשְׁכְּנָא דַיְיָ דְעֲבַד מֹשֶׁה בְּמַדְבְּרָ וּמַדְבְּחָא דְעָלְתָא בְּעִדָנָ הַהִיא בְּמַקְדְּשָׁא בְּגִבְעוֹן׃ | v. 29. Tentorium verò,quod confecit Moſes in deſerto, ut & altare holocauſti, eo tempore *fuére* in Sanctuario, Gibeone. |

habet. Nos nihil decidimus, ſed diverſitatem ſolùm ſententiarum colligere atque recenſere voluimus, Lectoris arbitrio electionem plauſibilis maximè ſententiæ relinquentes. Efficiunt verò, ſi Ed. Brerewodo, l. c. c. 5. fidem habeamus, 600. auri ſicli, ſervatâ auri ad argentum proportione duodecuplâ, 450. Libras Anglicanas.

מִן ) vocula hæc ſuſpecta eſt, quam abeſſe debere judico. v. 26.

וְאַסִיק עָלָוָן וְנִכְסַת ) reſcribo וְאַסִיק עָלָוָן תְּכְסַת . confer Jonathanem.

וְצַלִי ] aut צַלִי .

בְּאֶשָׁא דִּנְחַתַת מִן שְׁמַיָא ) lege בְּאֶשָׁא דִּנְחַתַת מִן שְׁמַיָא .

עָלְתָא ) עָלְתָא .

בְּאִדְרֵי ) aut בְּאִדְרָא . v. 28.

דְּעָלְתָא ) דְּעָלְתָא . v. 29.

בְּמַקְדְּשָׁא ) Benè. In hebræo eſt בְּבָמָה *in hoc excelſo*. Ad quam vocem hæc Auctor Michlal Jophi commentatur : כל הבית שהיה שם המשכן

Non verò ſufficiens fuit *vel potuit* David contendere illuc, ad quærendam informationem à JEHOVA, quia deturbatus *vel deterritus fuit* â gladio angeli, miſſi â JEHOVA.

Dixit verò David: hic eſt locus, qui conveniens *eſt viſus* extruendo ibi Sanctuario Domini, & hoc altare eſt, quod *faciendo* ſacrificio Domui Iſraëlis commodum *eſt viſum*.

v. 30. וְלָא סַפֵּיק דָּוִיד לְמֵיזַל קֳדָמוֹהִי לְמִתְבַּע אוּלְפָּן מִן קֳדָם יְיָ אֲרוֹם אִתְבְּחִיל מִן קֳדָם סַיְפָּא דְמַלְאָךְ שְׁלִיחַ מִן קֳדָם יְיָ׃

v. 31. וַאֲמַר דָּוִיד דֵּין הוּא אַתְרָא דְכֵשֵׁר לְמִתְבְּנֵא בֵּירַת מוּקְדְּשָׁא דַיְיָ וְדֵין מַדְבְּחָא לְעֹלְתָא לְדְבִית יִשְׂרָאֵל׃

---

המשכן והמזבח נקרא במה לפי שהיתה שם הבמה והוא המזבח וכן בטרם יעלה הבמתה לאכול כי לא היו אוכלים במזבח אלא בבתים שהיה בהם המזבח והוא הבמה׃ innuitur *tota* ſacra *domus*, *in qua tentorium fuit. Namque Altare vocatur Bama, id eſt, excelſum*, (ita quoque apud Latinos ab altare vel altum eſſe, *altare* dictum eſt) *ibi enim Bama, excelſum, id eſt, altare fuit*, *ita* dicitur, I. Sam. IX. 13. ANTEQUAM ASCENDAT IN EXCELSUM AD COMEDENDUM. *Sanè in vel ſuper altari non comederunt, ſed in ædibus, in quibus altare, id eſt Bama, excelſum fuit.* Lxx. Interpp. Græci retinuerunt, reddunt enim ἐν βαμὰ, malè.

v. 30. לְמֵיזַל קֳדָמוֹהִי ) id eſt, *progredi*, vel *ire præ eo*, Angelo percuſſore, vel etiam *ante* & *ad illud*, ſubintellige, Sanctuarium Gibeoniticum.

אִתְבְּחִיל ) lege אִתְבְּהִיל per he, Codex Vaticanus, & juxta eum impreſſi libri verſionis Lxx. viralis, legunt, ὅτι οὐ κατέσπευσεν, in Scholiis annotatur, Theodoretum in explicatione ſententiæ particulam negativam οὐ non poſuiſſe: Et alios libros habere οὐ κατέπαυσεν. Optimè leges, ſi reſcribas, ὅτι κατεσπάσθη, *quia acceleratus* ſeu *confuſus eſt* à facie gladii Angeli Domini.

v. 31. לְמִתְבְּנֵא ] reſcribo לְאִתְבְּנָאה.

מוּקְדְּשָׁא ) coaluit ex hiſce duobus: מַקְדְּשָׁא & מוּקְדָּשָׁא, vide ſuprà.

לְעֹלְתָא ) לְעֹלָתָא.

CAP.

| | | |
|---|---|---|
| וַאֲמַר דָּוִיד לְמִכְנַשׁ יַרְ | v. 2. | Mandavit autem David congregare Proſelytos, qui in terra Iſraëlis erant, & conſtituit Sculptores *ſeu* λατόμους, *Lapicidas*, ad extruendum Sanctuarium Domini. |
| גִּיוֹרַיָּא דִּי בְאַרְעָא יִשְׂרָ'וְאָקִים פְּסִילַן לְמִבְנֵי בֵּית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ : | | |
| וּפַרְזְלָא סַגִּי לְמַסְמְרִין לְרִשֵּׁי תְרֵעַיָּא לְלַפְּפֵי אַתְקָן דָּוִיד וּנְחָשָׁא לְסוּגְעָא עַד דְּלָא אִפְּשַׁר לְמִתְקַל : | v. 3. | Ordinavit etiam David plurimam ferri copiam, pro clavis & capitibus *ſeu marginibus* portarum, & comiſſuris *ſeu cardinibus*, æris verò tantam copiam, ut ponderari non potuerit. |
| וְקִיסֵי אַרְזָיָא עַד דְּלִית מִנְיָן אֲרוּם אַיְיתְיָאוּ צִידוֹנָאֵי וְצוֹרָאֵי קִיסֵי אַרְזָיָא סַגִּי לְדָוִד : | v. 4. | Ut & ligna Cedrina innumerabilia; Nam apportabant Ligna Cedrina longè plurima Davidi Sidonii atque Tyrii. |

## CAP. XXII.

Hîc demum Codex Targumi Mſc. extenſo ſpatio, caput novum incipit; Plerique omnes à commate antecedente inchoant: Tremellius tamen atque Junius à v. 28. Capitis antecedentis, quæ diſtinctio minus diſplicet, & fundamentum in re habet. Unde R. Salomo quoque comment. ad illum verſum: כל פסוקי דפרשה זו דבוק פסוק אל פסוק כאילו פסוק אחד *Omnes*, ſcribit, *verſus hujus paraſchæ* vel ſectionis, *inſtar unius verſiculi, cohærent.* v. 2.

גִּיוֹרַיָּא ] *Proſelytos*, quòd fortaſſis in hiſce operis præſtantes artifices eſſent, vel, uti R. Salomo Jarchi Comment. in hunc locum ſcribit, quod eſſent operæ hæ ſerviles, neque enim voluit David, liberum & ingenuum populum, Iſraelem, in ſervilibus lapicidinis operari. Evolvantur Scripturarum loca, I. Reg. V. 15. IX. 22. II. Paral. II. 1. VIII. 7.

וְאָקִים פְּסִילַן ] reſcribo וַאֲקִים פַּסְלִין. In hebræo ſequitur, לַחֲצוֹת אַבְנֵי גָזִית, quod Targumiſta noſter non extulit.

לְלַפְּפֵי ) lege לְלַפּוּפֵי.

לְסוּגְעָא ] vel לְסוּגָּא. v. 3.

לְמִתְקַל ) לְמִתְקָל :

Dixitque David : Salomo, filius meus, puer *adhuc eſt* atque tenellus , Sanctuarium verò ædificandum in Gloriam Domini , validum *ſeu* potis eſt ſummè multiplicari in honorem Domini & in laudem, præ omnibus terris, ideoque præparabo hæc ei. Quare David copioſiſſime ante mortem ſuã præparavit.

v. 5. וַאֲמַר דָּוִיד שְׁלֹמֹה בְּרִי רוּבִי וְרַכִּיךְ בֵּית מַקְדְּשָׁא לְמִבְנֵי לִשְׁמָא דַּיְיָ חֵסִין לְאַסְגָּאָה לְעֵילָא לִשְׁמֵ' דַּיְיָ וְלִתוּשְׁבְּחָא לְכָל אַרְעָתָא אֵתֵקֵן כְּרוֹן לֵיהּ וְתֵקֵין דָּוִיד לְסוּגֵי קֳדָם מוֹתֵיהּ :

Et vocato Filio ſuo Salomoni præcepit extruere Sanctuarium in Gloriam Domini DEI Iſraelis.

v. 6. וּקְרָא לִשְׁלֹמֹה בְּרֵיהּ וּפַקֵּיד לְמִבְנֵי בֵית מַקְדְּשָׁא לִשְׁמָא דַּיְיָ אֱלָהָא דְּיִשְׂרָאֵל :

Et dixit David Salomoni : Fili, animus mihi fuit extruendi Sanctuarium, in nomen *ſeu Gloriam* Domini DEI mei.

v. 7. וַאֲמַר דָּוִיד לִשְׁלֹמֹה בְּרִי אֲנָה הֲוָה עִם לִבִּי לְמִבְנֵי בֵּית מַקְדְּשָׁא לִשְׁמָא דַּיְיָ אֱלָהִי :

Sed contigit mihi â JEHOVA verbum Prophetiæ : ſanguinem, inquiens, plurimum effudiſti,& multa bella geſſiſti, *ideoq;* non poſſibile eſt *ſeu convenit* tibi , excitare Sanctuarium nomini meo, quia, *uti dixi* , plurimum ſanguinis effudiſti in terram coram me.

v. 8. וַהֲוָה עֲלַי פִּתְגָם נְבוּאָה מִן קֳדָם יְיָ לְמֵימַר אַרְמָא לְסוּגָּא אַשְׁדֵּיתָא וְקְרָבִין רַבְרְבִן עֲבַדְתָּא לָא אֶפְשַׁר לָךְ לְמִבְנֵי בֵית מַקְדְּשָׁא לִשְׁמִי אֲרוּם אַרְמִין סַגִּיעִין אַשְׁדֵּיתָא עַל אַרְעָא קֳדָמָי :

---

v. 5. רוּבִי וְרַכִּיךְ ] *puer admodum atque tenellus.* Duodecennem Regem, cognominis Hebræus, R. Jarchæus, facit, Kimchiusque probat. Comment. in I. Paral. xxix. 1. Aliter tamen ſentiunt Tremellius & Junius, in Scholiis ad *II.* Sam. *XXIX.* 1.

v. 7. בְּרִי ] *Fili mi.* In hebræo ſcribitur בנו , legitur tamen בני .

| | |
|---|---|
| הָא בַּר אִתְיְלִיד לָךְ הוּא גְּבַר נַיָחָא וַאֲנִיחַ לֵיהּ מִכָּל בַּעֲלֵי דְּבָבוֹי מִן חַוָר חַוָר אַרוֹם שְׁלֹמֹה שְׁמֵיהּ וּשְׁלָמָא וְשַׁרוּכָא אֶתֵּן עַל יִשְׂרָ׳ בְּיוֹמוֹהִי : | v. 9. Ecce verò Filius tibi natus eſt, is erit quietus, eique quietem dabo, ab omnibus hoſtibus ejus circumquaque, unde etiam Salomonis nomen ei eſt, & quietem ejus tempore Iſraëli dabo. |
| הוּא יִבְנֶה בֵּית מַקְדְּשָׁא לִשְׁמִי וְהוּא יְהֵי חָבִיב קֳדָמַי כְּבַרָא וַאֲנָא אֲרַחֵם לֵיהּ הֵי כְּאַבָּא וְאַתְקֵין כּוּרְסֵי מַלְכוּתֵיהּ עַד עָלְמָא : | v. 10. Is ædificabit Sanctuarium nomini meo, & is mihi, filii inſtar, dilectus erit, & ego diligam eum, ſicuti Pater, & confirmabo Thronum Regni ejus in ſeculum. |
| וְכַדְנָן בְּרִי יְהֵא מֵימְרָא דַיְיָ בְּסַעְדָךְ וְתַצְלַח וְתִבְנֵי בֵּית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ אֱלָהָךְ הֵי כְּמָא דְמַלִיל עֲלָךְ : | v. 11. Nunc igitur, ô Fili, ſit ὁ λόγος Verbum Domini tibi ab auxilio, ut feliciter extruas Sanctuarium Domini DEI tui, quemadmodum ille de te eſt locutus. |
| בְּרַם יְהַב לָךְ יְיָ סְכָלְתָנוּ וּבְיוּנְתָא וְיַמְנִינָךְ לְמַלְכָּא עַל יִשְׂרָ׳ וּלְמִנְטַר יָת אוֹרַיְתָא דַיְיָ אֱלָהָךְ : | v. 12. Sed & dabit tibi JEHOVA Prudentiam & Intellectum, & conſtituet te Regem Iſraëlis, atque dabit, ut cuſtodias Legem Domini DEI tui. |

---

v. 9. גְּבַר נַיָחָא ] de verbo, *Vir quietis*, id eſt, quietus.

שְׁלוֹמֹה ] Græcè dicas εἰρηναῖος, Germanicè Friderich.

v. 11. מֵימְרָא דַיְיָ ] pro hebræo יְהוָה.

v. 12. וְיַמְנִינָךְ לְמַלְכָּא ) lege וְיַמְלִיכָךְ. Cæterùm benè expreſſit id, quod in hebræo eſt, וַיַמְלִיכֵהוּ.

| | | |
|---|---|---|
| Sic igitur felix eris, ſi ſtudeas facere ſtatuta & Judicia, quæ juſſit JEHOVA Moſen, Iſraeli *obſervanda*, fortis modò & robuſtus eſto, ne paveas aut confringitor *animumvè deſpondeas.* | v. 13. | בְּכֵן תַּצְלִיחַ אִם תִּשְׁמֹר לַעֲשׂוֹת אֶת חֻקֹּתַי וְאֶת מִשְׁפָּטַי אֲשֶׁר צִוָּה יְיָ אֶת מֹשֶׁה עַל יִשְׂרָאֵל חֲזַק וֶאֱמָץ אַל תִּירָא וְאַל תֵּחָת וְאַל תֵּחָת : |
| Ecce, per afflictionem & Jejunium meum, | v. 14. | וְהִנֵּה בְסִגּוּפִי וּבְצוֹמִי |

v. 13. קַיְמַיָּא ] קַיָּמַיָּא.

v. 14. בְּסִגּוּפִי וּבְצוֹמִי ] *per afflictionem meam & jejunium meum.* Cum Pontificiis Targumiſta Bonis Operibus, ſpeciatim jejuniis & afflictioni corporis, Divitias Davidicas hîc tribuere videtur. Simile ei ferè eſt, quod R. David Kimchi hic commentatur; poſtquam enim nonnullorum ſententias recenſuiſſet, tandem ſubijcit: דֹּא בעוד שהיה מתענה היה מקדיש סעודתו לשתים; quæ, nonnihil obſcura, non intrepidè ita verto: *Alius* vel *alii dicunt, quod* eo ipſo, quo *exaudiebatur* divinitùs, tempore, vel aliter, ambigua enim ſunt, *cùm adhuc affligeretur* corpore vel jejunaret David, *prandium ſuum per biduum ſacrârit* vel devoverit. Error natus eſt ex ambiguitate vocis עֳנִי, quæ in textu hebræo extat, & duo, *afflictionem* juxta atque *pauperiem*, notat, hîc poſterior notio locum habet, unde Lxx. Græci bene reddunt: *κατὰ τὴν ταπείνωσίαν μου.* Ita verò loquitur David vel per *Μείωσιν* atque modeſtiam, ut Vatablus & Grotius volunt, vel ex rei veritate, quod reſpectu filii, longè ditiſſimi futuri, egenus eſſet, quippe in bella, quæ gerebat, magnos faciens ſumptus. Confer R. David Kimchi, & Tremellius atque Junius.

דַּהֲבָה קִנְטָרִין מְאָה אַלְפִין וגו' ] *Auri Centenarios centies mille, argenti verò Centenarios millies mille.* In hebræo ſunt כִּכָּרִים *Talenta*, quæ à Noſtro reliquisque Targumiſtis per *Centenarios* reddi, ſuperius ad c. xix. 6. monui. Cæterum nimiæ hæ Divitiæ Plerisque videntur: Namque, ſi Ed. *Brerevvodo* l. c. c. 5. fidem habeamus, *auri* 4500000000. *argentum verò* 3750000000. *libras* Anglicanas facit; quæ ei cap. ſeq. *nimia ſumma* eſt, & *exceedere* videtur *omnium Monarcharum Theſauros*, *ſi Sar-*

Digitized by Google

אַתְקִנִית לְבֵית מַקְדְּשָׁא דֵיי
דַהֲבָא קִנְטְרִין מְאָה אַלְפִין
וְכַסְפָּא אֶלֶף אַלְפִין קַנְטְרִין
וְלִנְחָשָׁא וּלְפַרְזְלָא לֵית מַתְקַל
אֲרוֹם לְסוּגֵי הַוֵה וְקִיסִין
וְאַבְנִין אַתְקִנִית וַעֲלוֹיֵיהוֹן
תּוֹסִיף׃

paravi Sanctuario Domini, auri 100000. Centenarios, & argenti 1000000. Centenarios, æris verò atque ferri, quod plurimum ſit, vim immenſurabilem, præterea ligna & Lapides paravi, quæ tu augeto.

---

*ſi Sardanapali argenteos acervos excipias*: Arbitraturitaque, *aut* כִּכָּר KIKAR hoc loco, *non Talentum, ſed aliquam argenti aurive maſſam, placentæ inſtar,* [ *qua forma aurum & argentum ſervari in Principum Theſauris conſuêvit* ] figuratam, *notare, aut* certè *minorem, quàm alias, ſummam deſignare.* Guilielmus quoque Budæus, in opuſculo de Aſſe & partibus ejus, lib. IV. pag. 148. poſtquam duo auri talenta, quorum apud Homerum mentio fit, parva fuiſſe dixerat, *hujuſmodi*, ſubijcit, *Talenta intelligi* I. Paral. XXII. *exiſtimo. David enim circa Regnum Aſſyriorum regnavit, cui tempori proximum fuiſſe Homerum, nonnulli tradiderunt, ut author eſt Euſebius &c.* & paulò poſt, *Summa*, concludit, *Diſputationis noſtræ hæc eſt, æſtimationem opulentiæ hebraicæ* (Davidicæ) *fieri non poſſe, ob talenti varietatem, cum nec ipſe Joſephus*, (quem prius ex lib. VII. Antiquit. laudaverat) *extricare hanc ambiguitatem potuerit, nunc enim pro pondere, nunc pro numero, nunc pro nummo ponitur.* In horum Duum-Virorum ſententiam concedit etiam Jacobus Capellus, ſub calcem libri de ponderibus & menſuris, apud Fratrem ſuum, Ludovicum, in Templi Hieroſolymitani delineatione, *de minoribus* hunc locum *Talentis* exponens. Quibus omnibus accedere videntur Emanuel *Tremellius* & Franciſcus *Junius, quinquies centies mille Daleros in auro, & totidem in argento*, tolerabilem ſanè ſummam, effeciſſe adnotantes. De Theſauris Davidis, in ſepulchro ejus Hieroſolymitano inventis, in Commentariis Itinerarii Tudelenſis, volente DEO, dicemus.

אַתְקִנִית ] lege, ut paulò ante, אַתְקִנִית.

Similiter tecum *habes* plurimos Opifices, Sculptores & fabros Lapicidas, Lignariosq;, & omnis generis peritos *& artifices* in omni opere.

v. 15. וְעִמְּךָ לְסוּגֵי עֲבִידָתָא פְּסַלַיָּא וְנַגָּרֵי אֲבָנֵי וְקִיסָא וְכָל חַכִּימָא בְּכָל עֲבִידְתָּא :

Auri, argenti, æris atque ferri non est summa atque numerus, surge atque age, sit : λόγος Verbum Domini tibi ab auxilio.

v. 16. לִדְהַבָּא לְכַסְפָּא וּלְנְחָשָׁא וּלְפַרְזְלָא לֵית סְכוֹם וּמְנְיָן קוּם וַעֲבֵד וְיְהֵא מֵימְרָא דְיְיָ בְּסַעֲדָךְ :

Præcepit quoque David omnibus Præfectis Israëlitarum, ut adjuvarent Salomonem, filium suum.

v. 17. וּפַקֵּיד דָּוִיד לְכָל רַבְרְבֵי יִשְׂרָאֵל לְסַיְּעָא לִשְׁלֹמֹה בְּרֵיהּ :

Annon verò (*inquiens*) ὁ λόγος, Verbum Domini, DEI vestri ab auxilio vobis erit, & quietem circumquaque vobis dabit, quoniam per me omnes incolas terræ tradidit, & subjugata est terra coram JEHOVA, & Populo ejus.

v. 18. הֲלָא מֵימְרָא דְיְיָ אֱלָהְכוֹן בְּסַעֲדְכוֹן וְיַנִּיחַ לְכוֹן מִן חֲזוֹר חֲזוֹר אֲרוֹם מְסַר בִּידִי יָת כָּל יַתְבֵי אַרְעָא וְאִתְכְּבִישַׁת אַרְעָא קֳדָם יְיָ וְקֳדָם עַמֵּיהּ :

---

v. 15. עֲבִידְתָּא ) lege hic & paulo post עֲבִידָתָא.
פְּסַלַיָּא ] id est *sculptilium*, sed in textu est חֹצְבִים, *Sculptores*, rescribo igitur פַּסְלַיָּא vel potiùs פַּסְלִין.
וְנַגָּרֵי ] lege omninò וְנַגָּרִי cum Resch.
אֲבָנֵי ) אֲבָנִין vel אֲבַנְיָא vel potiùs אֲבָנָא.

v. 16. קוּם ] *surge*, Chaldaismus est, hoc est, *agedum*, animi enim excitati est, non corpore moventis, sive surgentis.
וַעֲבֵד ] lege וַעֲבִיד.
מֵימְרָא דְיְיָ ] in hebræo est יְהוָה nomen veri DEI proprium, conf. paulò post, v. 18.

v. 17. רַבְרְבֵי ) רַבְרְבָי.

v. 18. אַרְעָא ] *terra*, subintellige circumjacentis, & Orbis Palæstinensis

| | | |
|---|---|---|
| עַתָּה הָבוּ לְבַבְכֶם וְנַפְשְׁכֶם לְמִתְבַּע מִן קֳדָם יְיָ אֱלָהְכוֹן לַאֲעָלָא בֵּיה יָת אֲרוֹן קְיָמָא דְיְיָ וּמָאנֵי קֻדְשָׁא דַיְיָ דְּמִתְבְּנֵי לְשֻׁמָא דַיְיָ : | v. 19. | Nunc igitur cogitate *& animum intendite*, ad quærendum JEHOVAM, DEUM veſtrum, ad inferendam in illud, *Sanctuarium ſeu Templum*, in Gloriam ejus excitandum, arcam fœderis Domini, & reliquam ſupellectilem ſacram. |

## CAP. XXIII.

| | | |
|---|---|---|
| וְדָוִיד סִיב וְשָׂבַע יוֹמִין וְאַמְלִיךְ יָת שְׁלֹמֹה בְּרֵיהּ עַל יִשְׂרָאֵל : | v. 1. | Cùm verò David conſenuiſſet, & dierum ſatur eſſet, Salomonem, Filium ſuum, Regem Iſraëlis declaravit. |
| וְכַנַּשׁ יָת כָּל רַבְרְבֵי יִשְׂרָאֵל וְכָהֲנַיָּא וְלֵיוָאֵי : | v. 2. | Congregatis omnibus Præfectis Iſraëlis, Sacerdotibus & Levitis. |
| וְאִתְמְנִיאוּ לֵיוָאֵי מִבַּר תְּלָתִין שְׁנִין וּלְעֵילָא וַהֲוָת מִנְיָנְהוֹן לְגֻלְגְּלְתְּהוֹן לְגוּבְרַיָּא תַּמְנֵי וְתְלָתִין אַלְפִין : | v. 3. | Numerati autem ſunt Levitæ, qui triginta & plurium annorum erant, & *inventus* eſt numerus capitum virilium 38000. |

ſis ſeu Syriaci, Tremellius & Junius benè extulerunt, *hujus terræ*, הָאָרֶץ cum he demonſtrativo.

וקדם ) וְקֳדָם .

הבו ) lege הָבוּ .

לאעלא ] lego לַאֲעָלָא . Cæterùm in hebræo textu præcedit : וְקוּמוּ v. 19. וּבְנוּ אֶת מִקְדַּשׁ יְהוָה הָאֱלֹהִים, quod in Chaldæo deeſt.

דמתבני ] in textu præcedit לְבֵית, quod Targum itidem non reddit.

## CAP. XXIII.

מבר תלתין שנין ועילא ] de verbo, *à filio trigintæ annorum & amplius*, Chaldaiſmus eſt. v. 3.

Ex illis præfecti ſunt Primarii Miniſterio Sanctuarii, 24000: Gubernatores verò atque Judices 6000.

מִן אֵלֶּה מִמֶּנָּה רַבְּנִין עַל
עֲבִידַת בֵּית מַקְדְּשָׁא דְיָי
אַרְבְּעָא וְעֶשְׂרִין אַלְפִין וְסַרְכַיָא
וְדַיָנַיָא אֶשְׁתְּא אַלְפִין :

v. 4.

Janitores autem 24000. & Muſici 4000. *canentes* coram JEHOVA inſtrumentis muſicis, quæ confici curavi, ad canendum coram JEHOVA.

וְאַרְבְּעָא וְעֶשְׂרִין אַלְפִין
תַּרְעַיָא וְאַרְבְּעָא אַלְפִין
מְשַׁבְּחַיָא קֳדָם יְיָ בְּוִינֵי זְמַר
דְּעַבְדִית קֳדָם יְיָ לְשַׁבְּחָא :

v. 5.

Diſtribuitque David Leviras in Claſſes, Gerſomitanam, Kehatenſem & Merarenſem.

וּפַלִיגְנוּן דָּוִיד פַּלְגוּתָא לִבְנֵי
לֵוִי לְגֵרְשׁוֹם קְהָת וּמְרָרִי :

v. 6.

Filii Laddanis tres *fuerunt*, Jeiel, qui conſtitutus eſt caput, Setham & Joel.

בְּנֵי לַעְדָּן דְּמִתְמַנָּא לְרֵישָׁא
יְחִיאֵל זִיתָם וְיוֹאֵל תְּלָתָא :

v. 8.

---

v. 4. מִמֶּנָּה רַבְּנִין ] in hebræo eſt לְנַצֵּחַ, LXX. Interpp. Græci reddunt: τῶν ἐργοδιώκτων.

סַרְכַיָא ] LXX. extulerunt γραμματεῖς.

v. 5. וְעֶשְׂרִין ] *& viginti.* Hoc abeſſe debet, in hebræo enim ſaltem quater mille Janitores nominantur, & ſanè inita calculatio hoc ſuadet: fuerunt enim Primarii Sanctuarii Miniſterio Præfecti- 24000.

| | |
|---|---|
| Gubernatores & Judices - - | 6000. |
| Janitores - - - - | 4000. |
| Muſici - - - - | 4000. |
| Levitæ omnes, uti commate tertio habetur, ſunt - - | 38000. |

Fortaſſis hic numerus, negligentiâ minus attenti Scribæ, ex antecedenti in hunc etiam verſiculum transiliit.

לְשַׁבְּחָא ) לְשַׁבְּחָא :.

v. 6. פַּלְגוּתָא ] *in claſſes*, LXX. Interpretes Græci reddunt: φημερίας.

Verſiculus 7. deeſt.



Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| בְּנֵי שִׁמְעִי שְׁלוֹמִית וְחָזִיאֵל | v. 9. | Filii Simei *itidem* tres *fuerunt*, Selomith, Haſiel & Haran, hi *fuére* capita Patrum Familiæ Laddanenſis. |
| וְהָרָן תְּלָתָא אִלֵּין רֵישֵׁי אֲבָהָתָא לְבֵית לַעְדָּן : | | |
| וּבְנֵי שִׁמְעִי : | v. 10. | Filii verò Simei *&c.* |
| וְיַהַת יְחַת מְמַנָּא לְרֵישָׁא וְזִיזָא תִּנְיָנָא וְיעוּשׁ וּבְרִיעָה לָא אַסְגִּיאוּ בְּנִין דַּהֲווֹ לְבֵית אֲבָא מְמַנִּן לְמַטַּרְתָּא חֲדָא : | v. 11. | Jahath caput eſt conſtitutus, Siſa ſecundus *ab eo fuit*, Jeus verò & Beriah ſobolem multam non habuerunt, *unde unam ſimplicem* familiam Paternam *effecerunt*, & unicæ Cuſtodiæ Præfecti fuere, |
| וּבְנֵי : | v. 12. | Filii *&c.* |
| בְּנֵי עַמְרָם אַהֲרֹן וּמֹשֶׁה וְאִתְפְּרַשׁ אַהֲרֹן לְקַדָּשׁוּתֵיהּ קָדְשׁ קוּדְשִׁין עַד עָלְמָא לְאַסָּקָא קְטוֹרֶת בּוּסְמִין קֳדָם יְיָ לְשַׁמָּשׁוּתֵיהּ וּלְבָרְכָא בִּשְׁמֵיהּ עַד עָלְמָא : | v. 13. | Filii Amrami *fuére* Aharon & Moſe; ſelectus verò eſt Aharon, ut is conſecraret Sanctum Sanctorum in ſeculum, ad offerendum Suffitum aromatum coram JEHOVA, & ut is miniſtraret & benediceret in nomine ejus, *JEHOVÆ*, in ſeculum. |

שִׁמְעִי ] fuit ex aliquo trium Laddanis filiorum oriundus. v. 9

שִׁמְעִי ) fuit hic filius Gerſomi, vid. Kimchi in Comment. h. l. v. 10.

Cæterùm verſiculus hic in Targum truncatè exhibetur.

לְמַטַּרְתָּא ] *Cuſtodiæ*, in textu eſt לְפִקְדָּה, quod R. Sal. Aben Melech exponit, eſſe שם ענין מנוי וגזברות *nomen Præfecturæ & Quæſturæ* Ærarii Eccleſiaſtici. v. 11.

: ובני ) indicatur ſaltem à Targumiſta noſtro hic verſiculus, non transfertur, & mera nomina propria ſunt; ſimilia exempla ſuperiùs jam occurrerunt, & inferius quoque recurrent. v. 12.

עַד עָלְמָא ] in hebræo præcedit הוא ובניו, quod in Chaldæo deeſt. v. 13.

וּלְבָרְכָא ] lege וּלְבָרֵכָא.

Moſis autem, Prophetæ Domini, filii ſub tribu Levi nominati & *recenſiti* fuerunt.

v. 14. וּמֹשֶׁה נְבִיאָ דַיְיָ בְּנוֹהִי אִתְקְרִיוּ עַל שִׁבְטָ לֵוִי :

Filii *ſeu poſteri* Gerſomi *fuére* Sebuel, qui caput eſt conſtitutus,

v. 16. בְּנֵי גֵרְשׁוֹם שְׁבוּאֵל מִמַנָא לְרֵישָׁא :

Is fuit Jonathan, qui factus eſt Pſeudo-Propheta: In Senectute tamen Pœnitentiam egit, & conſtituit eum David Theſaurarium.

הוּא יְהוֹנָתָן דְאִתְמַנָא נְבִי שִׁקְרָא וּבְסִיבוּתֵי עֲבַד תְּתוּבָא וּמַנִי יְתֵיהּ דָוִיד לְרֵישָׁא עַל אֲצָרַיָא:

Verſus 15. deficit.

v. 16. Verſus: *Is fuit.* Hunc verſiculum Targumiſta de ſuo addit, in textu hebræo non extat.

*Is fuit Jonathan, qui factus eſt Pſeudo-Propheta*) Reſpicit ad locum Judic. XVIII. 30. ubi Jonathan, filius Gerſomi, Nepos Moſis, Sacerdos Idololatricus, memoratur, in hebræo dicitur Nepos Menaſſis, ſed tamen cum nun ſuſpenſo. Unde R. Salom. Jarchi commentatur: בן מנשה' מפני כבודו של משה כתב נון לשנות את השם ונכתבה תלויה לומר שלא היה מנשה אלא משה: FILIUS MENASSIS) *in honorem Moſis* auctor libri Judicum *per Nun ſcripſit, ut permutaret nomen, ſcripta tamen eſt* litera nun *ſuſpenſa, quaſi dicat, non fuiſſe filium Menaſſis, ſed Moſis.* Sed placet nobis B. Glaſſii Noſtri ſententia, Jonathanem quidem hunc, ejusque Patrem Gerſomum, atque Avum, Menaſſen, Levitas fuiſſe, ſed tamen alios à Gerſomo, Moſis filio, & Menaſſe, filio Joſephi. Videtur etiam Chronologia hoc evincere: Namque, ſi R. David Gans, Chronologo Hebræo, credamus, hiſtoria hæc Idoli Michæ inter annos Jairi & Jephtæ, tempore Captivitatis Ammoniticæ, Anno Mundi 2764. adeoque plus quàm 300. poſt Exodum Ægyptiacam annis contigit, vel longè poſt, juxta Kimchium, inter Simſonis & Eli interregnum. Vid. R. D. Gans, in Zemach David, lib. I. ad An. M. 811. Millenarii tertii. Atqui hic Jonathan in deſerto ſine dubio natus fuit, atque ita aliquot ſeculorum ſenex fuiſſet, quod, ſine luculento Scripturæ teſtimonio, credibile non eſt.

נְבִי ] lego נְבִיא.

עֲבַד תְּתוּבָא ] *Pœnitentiam egit:* Alludere videtur ad nomen Schebuel, quaſi dicat, *convertimini ad DEUM.*

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| וּבְנֵי אֱלִיעֶזֶר רְחַבְיָה הָרֹאשׁ וְלֹא הָיוּ לֶאֱלִיעֶזֶר בָּנִים אֲחֵרִים וּבְנֵי רְחַבְיָה הָיוּ לָרֹב מְאֹד | v. 17. | Filii *ſeu poſteri* Elieſeris fuerunt Rehabias, qui conſtitutus eſt caput, nec fuerunt Elieſeri filii alii, propter meritum tamen Moſis Soboles Rehabiæ eſt aucta |

*Et conſtituit eum David Theſaurarium* ] vide paulò poſt cap. XXVI. 24. ubi dicitur: SEBUEL VERÒ, FILIUS GERSOMI, NEPOS MOSIS, PRINCEPS ERAT SEU PRÆFECTUS THESAURIS. vel juxta Targumiſtam Noſtrum: *Sebuelem quoque, qui Jonathan eſt, è Poſteritate Gerſomi, filii Moſis, reverſum ad cultum Domini, poſtquam vidit David* ſe *divitiis* nonnihil *perturbatum, Theſaurarium conſtituit.* Sed crediderim ego, alium hunc fuiſſe à Nepote Moſis, Viri DEI; oporteret enim eum grandævum Senem fuiſſe 450. circiter annorum. Ita tamen quoque R. Levi Ben Gerſon, & ante eum Antiqui Hebræorum Magiſtri ſtatuerunt, quemadmodum ex Comment. ejus in lib. Jud. XIIX. 30. videre eſt: והנה אמרו רבותינו ז"ל שזה הנער הלוי היה בן בנו של משה וגו' וידמה שזה האיש היה אחד ואשר נזכר בענין דוד איש אחר כי כבר זכר כי הוא ובניו היו כהנים רל שאחר מותו הוקם שם כהן אחד מבניו ואפשר שנאמר כי לא יחוייב מזה שמת יהונתן ויהיה אמרו הוא ובניו שהם היו יחד כהנים עמו לא בזה אחר זה ויהיה זה האיש הוא אשר נזכר בענין דויד שאמרו ז"ל *Ecce verò*, ſcribit, *dicunt Magiſtri noſtri beatæ memoriæ: Juvenem hunc Levitam, Nepotem Moſis fuiſſe &c. Veriſimile autem eſt, hominem* ſeu Jonathanem *hunc ab eo, cujus in hiſtoria Davidis mentio fit, alium fuiſſe, namque ait hìc textus:* QUOD IS ET FILII EJUS FUERINT SACERDOTES, *quaſi dicat, poſt eum, jam mortuum, quendam è filiis ejus Sacerdotem conſtitutum ibi fuiſſe. Nihilominus*, ſubijcit, *dicere quoque poſſumus, hoc inde haut ſequi, Jonathanem* ſcil. *mortuum* tunc *fuiſſe, & dum dicit*, IS ET FILII EJUS, ſenſus eſt, *eos unà cum illo Sacerdotes fuiſſe, non Succeſſores, ſicq; is ipſe erit, cujus in hiſtoria Davidis mentio fit, ſicuti Magiſtri noſtri piæ memoriæ tradiderunt.*

רָבוּ ] legendum eſt רָבּוּ, niſi fortè Targumiſta cum Judæis ſuis myſterium in voce hac hebræa quærat, eaque de cauſa retineat eam. v. 17.

& ultra 60. Myriades multiplicata.

וְסַגִּיעוּ לְעֵיל מִן שְׁתִּין רִבְבָן׃

מִן שְׁתִּין רִבְבָן ] *Amplius* 600000. *ſunt multiplicati*; lege רִבְּבָן vel רִבְּן. Cæterùm Numerus in hebræo textu non exprimitur, colligit verò hunc Targumiſta noſter cum cæteris Judæorum Magiſtris ex aliis Scripturarum locis, audiamus illos. In Talmude Babylonico, ejusque Compendio, En Jacob, tract. Berachoth, cap. I. fol. 13. & 14. Edit. Prag. ita legitur: אמר ר' יוחנן משום ר' יוסי כל דבור ודבור שיצא מפי הקבה לטובה אפילו על תנאי לא חזר בו' מל ממשרת רבינו שנ' הרף מסני ואשמידם ואמחה את שמם ואעשה אותך לגוי עצום ורב ממנו ואע"ג דבעי משה רחמי עלה דמלתא ובטלה אפי' הכי אוקמיה בזרעיה שנא' ובני משה גרשום ואליעזר ויהיו בני אליעזר רחביה הראש ובו' ובני רחביה רבו למעלה וגו' : ותני רב יוסף למעלה מם' רבוא אתיא רביה רביה כתיב הכא רבו למעלה וכתיב התם פרו וישרצו וירבו׃ *Refert R. Johanan, nomine R. Joſe. Omne verbum, quod egreditur ex ore DEI Benedicti, ad bonum eſt, etiamſi conditionatum ſit, non tamen* fruſtrà *ad eum revertitur; unde verò hoc* conſtat? *ex Moſe, Magiſtro noſtro, quia dicitur* Deut. IX. 14. DESINE à ME, UT DISPERDAM EOS, EORUMQUE NOMEN DELEAM; TE VERÒ, Moſe, FACIAM POPULUM VALENTIOREM ET COPIOSIOREM ILLO. *Utut verò Moſes rogârit miſericordiam* DEI *ſuper verbo illo* ſeu minis, *ut irritum faceret, nihilominus hoc*, promiſſionem ſcil. *confirmavit in ſemine ejus*, Moſis, *quia dictum eſt*, I. Paral. XXIII. *MOSIS FILII FUERE GERSOM ATQVE ELIESER, HUJUS VERO FILII FUERUNT REHABIAS PRIMARIUS &c. FILII VERO REHABIÆ MULTIPLICATI SUNI SUMME &c. Tradit verò Rabb Joſeph*, multiplicatos eos eſſe *ultra 60. myriades; utrobiq; enim* verbum רבה *MULTIPLICARE*, occurrit. *Hîc enim* I. Paral. XXIII. *ſcriptum eſt.* רבו *MULTIPLICATI SUNT SUMME. Ibi verò*, Exod. I. 7. *ſcriptum extat: CREVERUNT, AUCTI SUNT* וירבו *ET MULTIPLICATI.* In Bemidbar Rabba ſeu Gloſſa Numerorum M. Paraſcha vel ſectione 16. legitur: אף על פי כן לא בטלה גזירתו של הקבה שאמר למשה אעשה אותך העמיד ממנו ששים רבוא שנ' ובני רחביה רבו למעלה *Utut ita non irritum factum ſit Decretum Dei Benedicti, quod edixit Moſi dicens: FACIAM TE &c.* Deut. IX. *Namque ex eo*, Moſe, *conſtituit 60. Myriades, quia dicitur* I. Paral. XXIII. *FILII VERO REHABIÆ MULTIPLICATI SUNT SUMME.* Similter in Jalkut, Commentario pervetuſto, h.l. ſcribitur: רבו למעלה

תאנת

| | | |
|---|---|---|
| בְּנֵי יִצְהָר שְׁלֹמִית מְמַנָּא לְרֵישָׁא ׃ | v. 18. | Filii Izharis *fuerunt* Selomith, conſtitutus Princeps. |
| בְּנֵי חֶבְרוֹן יְרִיָּהוּ רֵישָׁא אֲמַרְיָה תִּנְיָנָא יַחֲזִיאֵל תְּלִיתָאָה וְיָקְמְעָם רְבִיעָאָה ׃ | v. 19. | Filii Hebronis *fuerunt* Jediahu Primus, Amarias ſecundus, Jahaſiel tertius, Jecamam quartus. |
| וּבְנֵי עֻזִּיאֵל מִיכָה רֵישָׁא וְיִשִּׁיָּה תִּנְיָנָא ׃ | v. 20. | Filii verò Uſielis *fuerunt* Michas primus, Jeſias ſecundus. |
| בְּנֵי ׃ | v. 21. | Filii *&c.* |
| וּמִית אֶלְעָזָר וְלָא הֲוָה לֵיהּ בְּנִין אֶלָּהֶן בְּנָן וְנִסִּיבְנוּן בְּנֵי קִישׁ אֲחָא דַּאֲבוּהוֹן ׃ | v. 22. | Mortuus verò eſt Eleaſar ſine filiis, ſed *tamen* non ſine filiabus, quas duxere Kiſiadæ, Patrueles earum. |
| בְּנֵי ׃ | v. 23. | Filii *&c.* |

---

תאנה משמיה דרבי יוסי למעלה מס' רבוא כתיב הכא ובני רחביה רבו למעלה וכתיב התם ובני ישראל פרו וישרצו וירבו ׃ *MULTIPLICATI SUNT SUMME. Traditio* circumfertur *nomine R. Joſe: multiplicati ſunt amplius* 600000. *hîc* I. Paral. xxiii. *ſcribitur: ET FILII REHABIÆ* רבו *MULTIPLICATI SUNT SUMME. Ibi verò* Exod. I. 7. *ſcriptum reperitur: ET FILII ISRAEL CREVERUNT, AUCTI SUNT ET MULTIPLICATI.* Nimirum, quia hîc & ibi, Exod. I. 7. de Iſraëlitis, numero 600000. uti Exod. xii. 37. habetur, ex Ægypto egreſſis, verbum רבה *multiplicare*, uſurpatur, hinc colligunt, hîc quoque eundem numerum innui, ſed puerilem concluſionem hanc eſſe, quis non videt? v. 19.

יְרִיָּהוּ ] in textu & verſionibus, Græca & Latina, eſt יְרִיָּהוּ cum Reſch, quomodo hîc quoque eſt reſcribendum. v. 22.

*Kiſiadæ Patrueles earum*) de verbo: *Filii Kiſi Fratris Patris* ſeu *Patrui earum*, ubi benè expreſſit Chaldæus, quod in hebræo eſt: בְּנֵי קִישׁ אֲחֵיהֶם *Filii Kiſi, Fratres*, id eſt, *cognati*, uti Vatablus, Tremellius atque Junius reddunt, vel adhuc ſpecialiùs, *Patrueles earum.*

Atque hi *fuerunt* Levitæ, ſecundùm familias paternas, nominum atque capitum recenſionem, miniſtri Miniſterii cultus Sanctuarii Domini, ab ætate viginti & plurium annorum.

v. 24. אִלֵּין בְּנֵי לֵוִי לְבֵירַת אֲבָהָתְהוֹן בִּמְנָיַן שְׁמָהָן לְגֻלְגְּלָתְהוֹן עָבְדֵי עֲבִידְתָּא לְפֻלְחַן בֵּית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ מִבַּר עֶשְׂרִין שְׁנִין וּלְעֻלָּא ׃

Quare David exclamavit: reſideat ὁ λόγος, verbum Domini, DEUS Iſraelis, in populo ſuo, & divinam gloriam ſuam habitare faciat Hieroſolymis usque in ſeculum.

v. 25. אֲרוֹם אֲמַר דָּוִיד אֲנִיחַ מֵימְרָא דַיְיָ אֱלָהָא דְיִשְׂרָ' לְעַמֵּיהּ וְאַשְׁרֵי שְׁכִנְתֵּיהּ בִּירוּשְׁ' עַד לְעָלְמָא ׃

Quin & neque Levitis integrum fuit, geſtare tentorium Domini, aut quoddam ejus Inſtrumentum, cultui ejus, *DEI, conſecratum*.

v. 26. וּלְחוֹד אַף לְלֵיוָאֵי לָא כְשַׁר לְמִטַּל יַת מַשְׁכְּנָ' דַיְיָ וְיַת כָּל מָנוֹהִי לְפוּלְחָנֵיהּ ׃

---

v. 24. בְּמִנְיָן ] in hebræo præcedit, רָאשֵׁי הָאָבוֹת לִפְקוּדֵיהֶם *capita* ſeu Primores *paternarum familiarum, juxta recenſiones ſuas*, quæ Targum noſtrum non extulit.

מִבַּר עֶשְׂרִין שְׁנִין ) *à nato viginti annorum*, ita quoque paulò poſt v. 27. Atqui ſuprà, v. 3. dicitur à filio aut nato triginta annorum? Franciſcus Vatablus, in Comment. h. l. *Levitas bis numeratos fuiſſe cenſet, primò à triceſimo, & ſecundò, à vigeſimo* ætatis *anno*, conferatur R. Dav. Kimchi, Comment. ad verſum 27. cap. præſentis.

וּלְעֻלָּא ) וּלְעִילָּא.

v. 25. אֲנִיחַ ) אָנִיחַ.

מֵימְרָא דַיְיָ ] pro hebræo יְהוָה.

Eſt

| | | |
|---|---|---|
| אֲרוֹם כְּפִתְגָמֵי דָוִיד דְּאִתְנַבִּי וְאָמַר בְּחוֹרַנְיֵיתָא הָנוֹן מְנְיָן בְּנֵי לֵוִי מִבַּר עֶשְׂרִין שְׁנִין וּלְעֻלָּא : | v. 27. | Ita enim verbis Davidis, quæ eſt vaticinatus atque ultimò protulit, *eſt cautum*; hic verò, *uti dictum*, eſt numerus Levitarum, viginti & plurium annorum. |
| אֲרוֹם אֲתַר מַשְׁרֵי הוֹן בְּסִטַר בְּנֵי אַהֲרֹן לְפֻלְחָן בֵּירַת מַקְדְּשָׁא דַיְיָ עַל דַּרְתָּאָה וְעַל לִשְׁכַּיָּיה וְעַל דְּכוּתָה לְכָל קֻדְשָׁא וַעֲבִידַת פֻּלְחָן בֵּירַת מַקְדְּשָׁא דַיְיָ : | v. 28. | Quare locus habitationis eorum fuit ad latus Aharonitarum, pro cultu Sanctuarii Domini, in atriis, conclavibus & emundatione *ſeu luſtratione* univerſæ ſacræ *ſupellectilis*, & Miniſterio cultus Sanctuarii Domini *Præfectorum*. |

*eſt cautum*) confer Hugonem Grotium, in annotationibus ad h. l. Alii non de verbis, ſed de rebus geſtis & actis Davidis poſterioribus, & poſteriori recenſione Levitarum hæc accipiunt, vide R. Davidem Kimchium, R. Sal. Aben Melech, Tremellium atque Junium, Comment. in h. l. v. 27.

מַשְׁרֵיהוֹן ] lego מַשְׁרֵיהוֹן. v. 28.

עַל דַּרְתָּאָה ] lego דַּרְתַּיָּא.

וְעַל לִשְׁכַּיָּיה ] vel וְעַל לִשְׁכַּיָּא. LXX. Interpretes Græci reddunt: τὰ παστοφόρια, qua de voce ſuprà, IX. 33. nonnulla diximus, addimus nunc ſequentia ex veteri vocabulario. *Paſtophorium Græcè, cellulæ Latinè & Thalamus, vel Atrium Templi vel Gazophylacium, vel parvum Sacrarium ante Templum &c. Gloſſa autem ſuper I. Macch. 3. dicit: Paſtophoria Græcè, Latinè dicuntur Thalami vel cubilia, in quibus Levitæ excubabant, in Atriis Domus Domini, quorum commemoratio fit in ultima viſione Danielis Prophetæ. In hiſtoriis autem, ſuper II. Reg. 9. dicitur, in porticibus laterum erant paſtophoria i, e, loca ſeparata ad comedendum, in quibus ſacrificantes de partibus ſacrificiorum, quæ eos contingebant, veſcebantur coram Domino &c.*

וַעֲבִידַת ] in ſtatu conſtructo, ita quoque in exemplaribus, quæ poſ-

ſideo

*Speciatim* panibus propoſitionis, ſimilæ, oblationi *veſpertinæ*, placentis azymis, ſartagi-nibus, & frixionibus, omnique modio & menſuræ.

Et ad ſurgendum unoquoque mane ad confitendum & laudandum coram JEHOVA, & ſic quoque veſperi.

Et omni tempore, quo holocauſta JEHOVÆ offeruntur, *utpote* diebus Sabbati, Noviluniis & feſtivitatibus, in numero, & ſicuti eos decet, jugiter coram JEHOVA.

Et obſervandæ Cuſtodiæ Sanctuarii, & cuſtodiæ Aharonitarum, conſanguineorū ſuorum, pro Miniſterio Sanctuarii Domini *præfecti ſcilicet ſunt.*

| | |
|---|---|
| v. 29. | וּלְלֶחֶם סְדוֹרָה וְלִסְלְתָּדֵי<br>וְלִמְנַחְתָּא וּלְאַסְפּוּגִין פַּטִּירָן<br>וְלִמַסְרִיתָא וּלְרִבִיכָא וּלְכָל<br>מְבִילְתָּא וּמְשַׁחְתָּא : |
| v. 30. | וּלְמִקַם בְּצַפְרָא בְּצַפְרָא<br>לְאוֹדָיוֹ וּלְשַׁבּוּחֵי קֳדָם יְיָ וּכְדֵין<br>לְרַמְשָׁא : |
| v. 31. | וּלְכָל עִדָּן דְּמִתַּסְקָן עֲלָוָן<br>קֳדָם יְיָ לְיוֹמֵי שַׁבְּתָא וּלְרֵישֵׁי<br>יַרְחֵיָא וּלְמוֹעֲדַיָּא בְּמִנְיָנָא כְּדָ<br>חֲמֵי לְהוֹן תְּדִירָא קֳדָם יְיָ : |
| v. 32. | וְיִטְרוּן יָת מַטְרַת קְדִשָּׁא<br>וּמַטְרַת בְּנֵי אַהֲרֹן אֲחוֹהוֹן<br>לְעַבִידַת בֵּית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ : |

fideo, hebraicis lego: יַמְעֶשֶׂה per zere, Kimchius tamen, & ex eo Aben Melech ſcribunt: מַעֲשֶׂה מעשה איננו ממוך כי הוא נקוד סגול *non eſt conſtructum, per ſegol enim punctatum eſt.*

v. 29. סְדוֹרָה וְלִסְלְתָּה ] lege סִדּוּרָא וּלְסוּלְתָּא.

וּלְאַסְפּוּגִין פַּטִּירָן ] vel וּלְאַסְפּוּגִין פַּטִּירִין.

מְבִילְתָּא ] reſcribo מְכִילְתָּא cum Caph. In hebræo eſt מְשׁוּרָה quod cum Latino ferè convenit, *Menſura*, eſtque, ſi R. Davidi fidem habeamus, Menſura parva, & Synecdochicè omnes aliàs *minores menſuras* ſub ſe *comprehendit*, ſicuti è contra מִדָּה Menſura magna eſt, & *majores menſuras* connotat. Vatablus in Annotationibus malè invertit.

v. 30. וּלְמִקַם ] rectiùs וּלְמִקָם.

v. 31. דְּמִתַּסְקָן ] *oblatorum*, eſt participium fœmin. plural. in conjugat. Paſſiva Ithaphel, admodum rarâ, quæ aliàs Hophal audit, ex radice נָסַק.

v. 32. וְיִטְרוּן ] lege cum dageſch וְיִטְּרוּן, ita etiam מַטְּרַת pro מַטְרַת. Cæterùm in hebræo ſequitur, אֶת מִשְׁמֶרֶת אֹהֶל מוֹעֵד, quod Targumiſta noſter non extulit.

CAP.

| | | |
|---|---|---|
| וּלְבְנֵי אַהֲרֹן פְּלֻגּוֹתָם בְּנֵי אַהֲרֹן נָדָב וַאֲבִיהוּא אֶלְעָזָר וְאִיתָמָר׃ | v. 1. | Aharonitarum verò Sectæ *ſeu Familiæ fuerunt* filii Aaronis, Nadab, Abihu, Eleaſar & Ithamar. |
| וַיָּמָת נָדָב וַאֲבִיהוּא עַל אֲבִיהֶם וּבָנִים לֹא הָיוּ לָהֶם וַיְשַׁמְּשׁוּ אֶלְעָזָר וְאִיתָמָר׃ | v. 2. | Mortuus autem eſt Nadab & Abihu ante Patrem ſuum, ſine maſcula prole, & functi ſunt miniſterio Eleaſar & Ithamar. |
| וַיְפַלְּגֵם דָּוִיד וְצָדוֹק מִן בְּנֵי אֶלְעָזָר וַאֲחִימֶלֶךְ מִן בְּנֵי אִיתָמָר לְמִנְיָנֵיהֶם בְּפִלְחַתָּם׃ | v. 3. | In horum Familias David, Zadok, è poſteritate Eleaſaris, & Ahimelech, ex Ithamaris poſteritate, pro numero eorum, diſtribuerunt Miniſterium eorum. |
| וַיִּמָּצְאוּ בְנֵי אֶלְעָזָר סַגִּיאִין לְרֵישֵׁי גְבָרַיָּא מִן בְּנֵי אִיתָמָר וּפַלְגֵם | v. 4. | Eleaſaritæ tamen capitibus virorum plures ſunt deprehenſi atque Poſteri Ithamaris, diſtribuitque eos *David in certas ephemerias ſeu vices & claſſes,* |

## CAP. XXIV.

v. 3. וּפַלִּיגֵם ] vel וּפַלְגֵם, ut verſu ſequenti.

v. 4. וְהִשְׁתַּכְּחוּ ) וְאִשְׁתַּכַּח׃

*Diſtribuitque eos* David in certas Ephemerias ſeu Vices, *Eleaſaritarum fecit capita* ſeu Antiſtites *familiarum Paternarum* vel ἐφημερίων *ſedecim*, *Ithamarenſium verò familiarum Paternarum* vel ἐφημερίων *octo*, hæc explanant ampliùs Rabbinorum Gloſſæ. R. Salomo Jarchi Commentario in h. l. מתחילה במשכן שילה לא היו כי אם יו משמרות ח מאלעזר וח מאיתמר כמפורש במסחת תענית וכשראה דוד שהיו ראשי הגבורים לאלעזר רבים חלקם לכל משמר ומשמר אלעזר לשנים והעמידם על יו משמרות ומשמרת בני איתמר העמיד על מעמד משמרת כבראשונה על שמנה משמרות וכן מוכיח בסמוך בית אב אחד אחוז לאלעזר ואחוז אחוז לאיתמר כלומר כאחוז *initiò* למעמד במשמרותם במשכן כמו כן העמידן דוד עתה בבית המקדש ;

לִבְנֵי אֶלְעָזָר רֵישִׁין
לְבֵית אֲבָהָן אַשְׁתָּא עֲסַר
לִבְנֵי אִיתָמַר לְבֵית אֲבָהָתְהוֹן
תְּמָנְיָן :

Eleaſaritarum *fecit* capita familiarum paternarum *ſeu* ἐφημεριῶν ſedecim, Ithamarenſium verò familiarum paternarum *ſeu* ἐφημεριῶν octo.

---

eo tempore, quo *Tentorium Silunte* erat, *non niſi ſedecim Cuſtodiæ* ſeu Ephemeriæ cuſtodes erant, *octo Eleaſaritanæ, & totidem Ithamarenſes, prout expoſitum eſt in Tract.* Talmud *de jejunio. Quando autem David animadvertit, quod Eleaſaritanorum plures eſſent, diviſit Eleaſaritanorum ſingulas cuſtodias* ſeu Ephemerias *in binas, ſicque ſedecim Cuſtodias* ſeu vices *ordinavit; Ithamarenſium verò cuſtodias* ſeu Ephemerias *totidem confirmavit, quot antiquitùs conſtituta erant, octo ſcil. cuſtodias* ſeu vices. *Id quod etiam paulò poſt* textus, I. Paral. XXIV. 6. *coarguit*, cum dicit: FAMILIA PATERNA UNAQUÆQUE PREHENSA EX ELEASARITANIS, ET SINGULA PREHENSA EX ITHAMARENSIBUS, *quaſi diceret, ſicuti* olim *tempore tentorii ex conſtitutione unaquæque inter* Ephemerias *Ithamarenſes prehenſa fuerat, ita & nunc*, cum erectum *Sanctuarium* fuit, *eas ordinavit David.* Conferantur R. David Kimchi, &, qui ſequitur eum, R. Sal. Aben Melech, comment. in h. l. qui inſuper auctores harum ordinationum nobis ſignificant: ונחלקו רבותינו יש מי שאומר כי משה תקן שמנה משמרות ד' מאלעזר וד' מאיתמר בא שמואל והעמידן על שש עשרה שמנה מאלעזר ושמנה מאיתמר בא דוד והעמידן על עשרים וארבע ויש מהם מי שאומר כי משה תקן שש עשרה שמנה מאלעזר ושמנה מאיתמר באו שמואל ודוד והעמידום על עשרים וארבע שנא' יסד דוד ושמואל הרואה באמונתם : *Abeunt verò Magiſtri noſtri in diverſas ſententias. Sunt, qui exiſtimant, Moſen ſaltem octo Cuſtodias* ſeu Ephemerias *conſtituiſſe, quatuor ex Eleaſaritis, & totidem ex Ithamarenſibus. Poſtquam verò Samuel venit, ſedecim ordinavit, octo ex Eleaſaritis, & totidem ex Ithamarenſibus. Ubi verò David ſupervenit, ad viginti quatuor extendit. Alius verò arbitratur, Moſen ſedecim ordinaſſe, octo ex Eleaſaritis, & ex Ithamarenſibus totidem; ubi verò Samuel atque David* Hebræorum rebus Præfecti ſunt, *viginti quatuor conſtituerunt, quemadmodum dicitur,* I. Paral. IX. FUNDAVIT VERÒ DAVID ET SAMUEL, VIDENS, FIDELITER.

משה

וּפַלְגִנוּן בְּעַדְבִין אִלֵּין עִם אִלֵּין אֲרוֹם הֲוֹו רַבָּנִין קַדִּישִׁין וְרַבָּנִין מְשַׁמְּשִׁין קֳדָם יְיָ מִבְּנֵי אֶלְעָזָר וּמִבְּנֵי אִיתָמָר׃

v. 5. Diſtribuitque eos Sortibus *in Ephemerias ſeu ordines*, his cum illis concurrentibus; namque fuerunt Antiſtites ſacri, & Antiſtites Miniſteriales coram JEHOVA, tám ex Eleaſaritis, quàm Ithamarenſibus.

וְכָתְבָנוּן מֹשֶׁה סַפְרָא רַבָּא דְמִתְקְרֵי שְׁמַעְיָה בַּר נְתַנְאֵל מִן שִׁבְטָא לֵוִי וְהֲוָה מִתְקְרֵי כְּתָבָא קֳדָם מַלְכָּא וְרַבְרְבַיָּא וְצָדוֹק כָּהֲנָא וַאֲחִימֶלֶךְ בַּר אֶבְיָתָר וְרֵישֵׁי אֲבָהָתָא לְכָהֲנַיָּא בֵּית אַבָּא חַד מִתְאַחֲדָ תְּמַנְיָא לְמַטְרַת אִיתָמָר׃

v. 6. Et eos, *eorumque ſortes*, ſcripto conſignavit Moſes, Ἀρχιγραμματεὺς, qui dictus eſt Semaias, Filius Nataneelis, Levita, & lecta eſt conſignatio coram Rege, Præfectis Zadoco, Sacerdote, Ahimelecho, Filio Abiatharis, & Primoribus *Familiarum* Paternarum Sacerdotum, una familia paterna complexa eſt octo ordines *ſeu vices*, pro cuſtodia & *ephemeriâ* Ithamarenſium.

---

וְכָתְבָנוּן מֹשֶׁה סַפְרָא דְמִתְקְרֵי ] *Moſes* Ἀρχιγραμματεὺς, *qui vocatus eſt &c.* v. 6. Pleraq; de ſuo addit Targumiſta noſter, in hebræo textu ſaltem eſt הַסּוֹפֵר *Scriba*, de hac voce verò annotavimus nonnulla ſuprà ad cap. XIIX.

לְכָהֲנַיָּא ] *Sacerdotibus*, additur in hebræo, וְלַלְוִיִּם & *Levitis*, quod Targumiſta noſter non extulit.

תְּמַנְיָא לְמַטְרַת ] *octo pro Cuſtodia.* Hæc in textu hebræo, nonnihil tamen intricatè, aliter habent. Obſervo autem cum Hugone Grotio LXX. Interpretes Græcos planum hunc ſenſum reddere : Καὶ ἄρχοντες τῶν πατριῶν, τῶν ἱερέων καὶ λευιτῶν ἴσαι πατριαὶ εἷς εἷς τῷ ἐλεάζαρ, καὶ εἷς εἷς τῷ ἰθάμαρ, acſi in hebræo legiſſent : בֵּית אָב אֶחָד אֶחָד Nos hodie legimus : בֵּית אָב אֶחָד אֶחָד לְאֶלְעָזָר וְאֶחָד אֶחָד לְאִיתָמָר : Nolim tamen cum Seb. Caſtalione temerè ſuſpicari, locum hunc in hebræo depravatum eſſe.

| | | |
|---|---|---|
| Prima Sors extracta eſt Jehojaribo, Jedaiæ altera. | v. 7. | וַיֵּצֵא עַבְדָּא קָדְמָיָא לִיהוֹיָרִיב לִידְעְיָה תִּנְיָינָא : |
| Tertia *Sors* Harimi fuit, Seorimi quarta. | v. 8. | לְחָרִים תְּלִיתָאָה לִשְׂעוֹרִים דְּבִיעָאָה : |
| Quintum *locum tenuit* Melkia, Sextum Miamin. | v. 9. | לְמַלְכִּיָה חַמְשָׁאָה לְמִימִין שְׁתִיתָאָה : |
| Septima *Sors contigit* Haccozo, Abiæ Octava. | v. 10. | לְהַקּוֹץ שְׁבִיעָאָה לַאֲבִיָה תְּמִינָאָה : |
| Jeſu *Sors tribuit locum* nonum, decimum Sechaniæ. | v. 11. | לִישׁוּעַ תְּשִׁיעָאָה לִשְׁכַנְיָהוּ עֲשִׂירָאָה : |
| Undecimus *ſorte fuit* Eliaſib, duodecimus Jakimus. | v. 12. | לְאֶלְיָשִׁיב חַד סְרָאָה לְיָקִים תְּרֵי עֲשַׂר : |
| Hyppas decimus tertius, decimus quartus Jeſebabh. | v. 13. | לְחֻפָּה תְּלִיסְרָאָה לְיֵשְׁבְאָב אַרְבְּסְרָאָה : |
| Decimus quintus Bilga, Imer decimus ſextus. | v. 14. | לְבִלְגָּה חֲמִיסְרָאָה לְאִמֵּר שְׁתֵּיסְרָאָה : |
| Decimus ſeptimus Heſir, Happizzez decimus octavus *ſorte fuit.* | v. 15. | לְחֵזִיר שְׁבִיסְרָאָה לְהַפִּצֵּץ תְּמָנְיסְרָאָה : |
| Pethahiæ *Sors* decima nona, Jeheſekieli vigeſima *contigit.* | v. 16. | לִפְתַחְיָה תְּשִׁיסְרָאָה לִיחֶזְקֵאל עֶשְׂרִין : |
| Jachini vigeſima prima, vigeſima ſecunda Gamuli. | v. 17. | לְיָכִין עֶשְׂרִין וְחַד לְגָמוּל עֶשְׂרִין וְתַרְיִן : |
| Delaiæ vigeſima tertia, & vigeſima quarta Mayſiæ. | v. 18 | לִדְלָיָ עֶשְׂרִין וְתַלְתָּא לְמַעַזְיָ עֶשְׂרִין וְאַרְבְּעָה : |

v. 7. עַבְדָּא ] legendum eſt literis mediis transpoſitis, עַדְבָּא.
קָדְמָיָא ] melius קַדְמָאָה.

v. 10. *Abiæ octava* ] hujus Ephemeriæ fuit Zacharias, Pater Johannis Baptiſtæ, prout legimus, Luc. I. 5.

v. 12. לְיָקִים ] in textu hebræo eſt לְיָקִם.

v. 15. שְׁבִיסְרָאָה ) שְׁבִיסְרָאָה.

v. 18. לְמַעַזְיָ ] in textu hebræo eſt, לְמַעַזְיָהוּ.

ולבני

| | | |
|---|---|---|
| אֵלֶּה מִנְיָנֵיהֶם לִפְלֻחָתָם | v. 19. | Hæ recenſiones eorum *ſive Sortes* ſunt, ad miniſterium, ut |
| לָמֹעַל לְבֵית יְהוָה בְּמִשְׁפָּטָם | | ſecundùm eas veniant in San- |
| בְּיַד אַהֲרֹן אֲבִיהֶם | | ctuarium Domini, quando eis |
| כַּאֲשֶׁר צִוָּהוּ יְהוָה אֱלֹהֵי | | convenit *ſeu ordo eos tangit*, per |
| יִשְׂרָאֵל׃ | | ſucceſſionem ab Aharone, Avo |
| | | eorum, quemadmodum præ- |
| | | cepit ei JEHOVA. |
| וְלִבְנֵי לֵוִי הַנִּשְׁאָרִים לִבְנֵי | v. 20. | E Levitis verò, qui ſuperſti- |
| עַמְרָם שׁוּבָאֵל לִבְנֵי שׁוּבָאֵל | | tes fuere, erant ex Amramitis, |
| יְחַדְיָהוּ׃ | | Subael, è Subaelis verò *poſteris* |
| | | Jechdeias. |
| לִרְחַבְיָהוּ לִבְנֵי רְחַבְיָה רִאשָׁה | v. 21. | Rehabiæ & Rehabitarum |
| יִשִּׁיָּה׃ | | Primus fuit Iſias. |
| וּבְנֵי יִרְיָהוּ אֲמַרְיָהוּ תִּנְיָנָא | v. 23. | Et Benai Jerias Amarias ſe- |
| יַחֲזִיאֵל הַלִּיתָאָה יָקְמְעָם | | cundus, Jahaſiel tertius, Jac- |
| רְבִיעָאָה׃ | | meam quartus. |

---

וְלִבְנֵי ) וּלְבְנֵי. v. 20.

Verſiculus hic apud Lxx. Interpretes Græcos defectivè exhibitur : ſaltem enim extulerunt, juxta Codicem quidem Vaticanum, & juxta eum impreſſa exemplaria : τῷ Ρααβία ὁ ἄρχων. v. 21.

v. 22. Deficit.

וּבְנֵי ] *& Benæus*, rectè. Eſt enim nomen proprium. LXX. Interpretes Græci reddunt υἱοὶ, acſi legiſſent, וּבְנֵי, ſed hoc ſexcenties legitur, cùm, uti Maſora ad hunc locum notat, hoc, וּבְנֵי, ſemel duntaxat occurrat. Sed & reliqua nomina hi Interpretes pravè legerunt, reddentes, Ἐνδιᾶ Ἀναδίας. Tremellius atque Junius itidem *filios* hic exhibent, & elliptícæ huic propoſitioni adjectâ Gloſsâ, præter rem, conſulere fatagunt, transferentes : E CHEBRONITIS JERIIA, ET FILII JERIIÆ. Caſtalio veterem verſionem ſecutus vertit : *Cujus filii fuere Jeriias Primus*, acſi legiſſet וּבְנֵי. v. 23.

יָקְמְעָם ] in hebræo ſcribitur יְקַמְּעָם, quaſi diceret, *eriget populum*, ita, vovente rebus in adverſis parente, in circumciſione nominatus fuit.

Filii *&c.*

Fratres *&c.*

E Mahli familiâ *fuit* Eleasar, qui sine filiis fuit.

Filii Musi *fuerunt* Mahli, Eder & Jerimoth, atque hi *sunt* Levitæ, secundùm familias suas Paternas.

Miserunt verò & ipsi Sortes, oppositi *seu commissi* omnes cum consanguineis suis, Aharonitis, coram Davide Rege, Zadoco, Ahimelecho, Primoribusque *Familiarum* paternarum Sacerdotalium & Leviticarum, Primoribus *Familiarum* Paternarũ cum consanguineis minoribus *dignitate* comissis.

v. 24. בני :

v. 25. אחוי :

v. 28. לְמַחְלִי אֶלְעָזָר וְלֹא הָיָה לוֹ בָּנִים :

v. 30. וּבְנֵי מוּשִׁי מַחְלִי וְעֵדֶר וִירִימוֹת אֵלֶּה בְּנֵי לֵוִי לְבֵית אֲבוֹתֵיהֶם :

v. 31. וְהִמּוּ אוֹתָם הֵם וְעַדְבִּין כָּל קֶבֶל אֲחוֹתָם בְּנֵי אַהֲרֹן לִפְנֵי דָּוִיד הַמֶּלֶךְ וְצָדוֹק וַאֲחִימֶלֶךְ וְרָאשֵׁי אֲבוֹת לַכֹּהֲנִים וְלַלְוִיִּם אָבוֹת רֵישָׁא קֶבֶל אֲחוֹתֵי זְעִירָא :

---

v. 26. & 27. desiderantur.

v. 28. אֶלְעָזָר ] LXX. Græci reddunt, καὶ ἰθάμαρ, καὶ ἀπέθανεν Ἐλεάζαρ, quod in hebræo non extat.

v. 29. deest.

v. 31. אֲבוֹת & paulò post אֲבוֹתָם ] melius אָבוֹת.

אֲבוֹת רֵישָׁא ] τῶν πατριῶν *Princeps.* LXX. Interpretes benè πατριάρχαι, sed malè addunt vocem nihili ἀφρὼν, vel, ut in Vaticano & juxta eum impressis Codicibus legitur, Ἀραάβ, puto dicere voluisse, Ἀραάς, vocem hebræam רֹאשׁ expressuros. Cæterùm אבות, quod in hebræo extat, שם אנש לא *non est nomen Viri* proprium, ut rectè Masora notat, quod tamen vult R. David Kimchi, &, qui eum sequi solet, R. Salomo Aben Melech.

דמתנבאין

| | | |
|---|---|---|
| וְאַפְרִישׁ דָּוִיד וְרַבָּנֵי חֵילָא לְפוּלְחָנָא לִבְנֵי אָסָף וְהֵימָן וִידוּתוּן דְּמִתְנַבְּאִין בְּכִנָּרִין בְּנִיבְלִין וּבְצִלְצְלִין וַהֲוָה מִנְיָנֵיהוֹן עֲבִדֵי פֻּלְחָנָא לְפוּלְחָנֵהוֹן : | v. 1. | Separavit quoque David & Primores Cœtûs ad Miniſterium filios Aſaphi, Hemanis & Jeduthunis, qui vaticinarentur Cytharis, Nabliis & Cymbalis, & numerus eorum *initus* fuit, ſingulique Miniſterium ſuum, *quod quiſque habebat*, obibant. |

v. 1. דְּמִתְנַבְּאִין בְּכִנָּרִין וגו' ] *Vaticinati Cytharis &c.* LXX. Interpretes Græci ἀποφθεγγομενοι, *ſententiosè eloquentes*, haut malè. R. Sal. Jarchi, Comment. in h. l. בשהיו מנגנים בכלי שירי' הללו היו מתנבאים דומסא באלישע קחו לי מנגן ויהי בנגן המנגן ותהי עליו יד יי' : *quando inſtrumenta hæc* [dicta] *Muſica pulſabant, vaticinabantur; ſimile ei eſt, quod* II. Reg. III. 15. *de Eliſa legitur:* AFFERTE MIHI FIDICINEM, FIDICINE VERÒ PULSANTE, FUIT MANUS ſeu Spiritus JEHOVÆ SUPRA ILLUM, *Eliſam.* R. David Kimchi ibidem ſcribit: היו בני אסף מנגנים בכלי שיר ואסף שורה עליו רוח הקודש דהיה משורר בפיו לקול הכנורות' וכן הימן וידותון כלם היו נביאים עם כלי השיר כי ספר תהלים ברוח הקדש נאמר ויש בו נבואות ועתידות הגלות והגאולה : *Filiis Aſaphi inſtrumenta muſica pulſantibus, Spiritus Sanctitatis* (ita dicitur Judæis ſpecies influxus divini, inferioris quàm Prophetia eſt gradûs,) *ſuper Aſapho recubuit, ipſeque ore ſuo modulabatur ad muſicam* filiorum *inſtrumentalem. Similiter & Heman & Jeduthun cum inſtrumentis muſicis Propheta fuerunt; Unde liber Pſalmorum per Spiritum Sanctitatis*: imò Propheticum, vel Spiritum Sanctum, Tertiam Divinitatis Perſonam,) *eſt compoſitus, namque in eo habentur Prophetiæ, futura, exilium, Redemptio.* Franciſcus Vatablus in annotationibus hujus loci: *Prophetias canebant ad Cytharas.* Tremellius & Junius: *Sacras cantiones canebant.* Hugo Grotius ibidem: *qui modos adhibent, Propheticis carminibus convenientes.*

מִנְיָנֵיהוֹן ] *numerus eorum quoq; fuit* initus. Audiri hîc meretur R. Davidis Kimchii Commentatio: והיו בני אסף ארבעה ובני ידותון ששה וגו' ובני הימן היו יד וגו' והגה בין שלשתם היו עשרים וארבעה ראשי משמרות

Ex Asaphitis *erant* Saccur, Asaph *Junior* & Asaralas, Filii Asaphi, ad latus Asaphi *Patris erant*, qui vaticinatus est ex Spiritûs Sancti instinctu,

v. 2. לִבְנֵי אָסָף זַכּוּר וְאָסָף וַאֲשַׂרְאֵלָה בְּנֵי אָסָף עַל יְדֵי דְאָסָף דְּאִתְנַבִּי בְּרוּחַ קֻדְשָׁא׃

משמרות כנגד הכהנים שהיו גם כן עשרים וארבע ויוסף בן אסף ראש משמרות הלוים שבת עם יהויריב ראש משמרות הכהנים וכן כלם ואלה עשרים וארבע משמרות הלוים היה כל אחד מהם עם אחיו ובניו שנים עשר הנה בין כלם היו מאתים ושמונים ושמונה כמו שאומר׃ *Filii Asaphi* 4. *Jeduthunis verò* 6. *fuerunt &c. Hemanis autem quatuordecim filii fuerunt &c. Ecce igitur ex hisce tribus* familiis *erant viginti quatuor Custodiæ*, seu Ephemeriæ, *respondentes totidem Sacerdotum Custodiis* aut Ephemeriis. *Joseph igitur, filius Asaphi* (cui sors prima contigit, ut versu 9. hujus capitis dicitur) *Primas* ἐφημεριῶν *Leviticarum*, *requievit*, vel etiam per *Sabbatum* seu hebdomada unam eandemque cum *Jehoiaribo*, *Primate* ἐφημεριῶν *Sacerdotalium*, excubias egit. *Et sic* consequenter reliqui *omnes*; *harum autem Custodiarum* seu ἐφημεριῶν *Leviticarum unaquæque ex fratribus atque filiis numero duodecim* constitit, *universæ igitur* 288. capitum fuére, *quemadmodum dicit* infrà, v. 7. Capitis præsentis. Conferri possunt, si quidem lubet, R. Sal. Jarchi, & Franciscus Vatablus Comment. in h. l.

v. 2. וְאָסָף ] in textu hebræo, & infra v. 9. in Targum Nostro, יוֹסֵף vocatur, sequiturque וּנְתַנְיָה *Nethania*, qui hîc omittitur, & legitur וַאֲשַׂרְאֵלָה

בְּנֵי אָסָף עַל יְדֵי דְאָסָף ] verto: *Filii Asaphi ad latus Asaphi*, Parentis, erant; possit etiam sensus esse, eos per Asaphum Parentem institutos esse, & initiatos, sicuti ipse per Regem Davidem.

דְּאִתְנַבִּי בְּרוּחַ קֻדְשָׁא׃ ] *qui vaticinatus est per Spiritum Sanctitatis.* Eadem Glossa est R. Davidis Kimchi: הנבא על ידי המלך הם חמזמורים שאמר אסף והיו נאמרים ברוח הקדש ואמר על ידי המלך כי המלך מנהו ראש בדברי השיר ובכליו וכתב דבריו בספרו׃ QUI PROPHETAVIT PER MANUM seu Ordinationem REGIS) *innuuntur Psalmi, quos dixit Asaphus, qui per Spiritum Sanctitatis concepti fuerunt. Addit verò*: PER MANUS REGIS, *quia Rex eum ordinavit Præfectum Rei Musicæ & Instrumentis*

| | |
|---|---|
| וּמִתְמַנֵּי | & conſtitutus eſt caput per |
| רַמְלָאָה׃ | Regem. |

*mentis ejus*; Præterea *ejus quoque Pſalmos libro ſuo inſeruit.* Eſt verò מדרגה למטה מהנבואה והוא כח *Spiritus Sanctitatis* Judæis רוח הקודש ילוה לאיש לדבר דברי חכמה או תוכחות בלשון צח והדור מאד Uti ſcribit R. Moſes Maimonides, in eruditiſſimo libro, *More Nebbuchim* ſeu *Doctore Perplexorum*, Parte II. c. 45. *Gradus inferior atque Prophetia eſt, eſtque Virtus* ſeu influxus, *qui homini inhæret* ſeu immittitur, *ad eloquendum verba ſapientiæ, aut correptionum, eleganter atq; admodum magnificè* concepta. R. Iſaac Don Abarbenel, Comment. in Eſaiam, cap. V. 1. traditurus diſcrimen, quod inter *Prophetiam* & *Sanctitatis Spiritum* intercedit, ita inter alia ſcribit: אמנם רוח הקדש אינו כן כי אין בו ראירת צורות ומשלים ואין בהגעתו תרדמה וביטול החושים אבל הנביא רוצה ובוחר לדבר מה שירצה ודרכו להפליג לדבר דברים בחכמות או בתושבחות או בדברי אזהרה וזה כלו בעת היקיצה והשתמש החושים על מנהגי ומפני שילוה עליו רוח ועזר אלהי לדבר דבריו נקרא מדרגתו רוח הקדש והיא הכנה לנבואה ומדרגה שפלה ממנו׃ Et paulò poſt: דע נא וראה שכל שירה שתמצא בדברי הנביאים הוא דבר שהם מעצמם היו מסדרים אותה ברוח הקדש וגו׳ *Sanè cum Spiritu Sanctitatis res longè aliter*, quàm cum Prophetia, *habet. Hic enim non imagines & ſimilitudines videntur, neque etiam is*, mediante & immiſſo *ſopore, vel ſenſibus ligatis, contingit: Verùm Propheta ipſe vult atque eligit eloqui, quodcunque voluerit. Solet etiam hic in ſermone excellere, verbaque ad eruditionem, laudationem vel adhortationem facere, idque omne vigilans, & cum ſenſuum miniſterio ordinario. Quia verò ei adeſt Spiritus ſeu* influxus *& auxilium* gratiæ *divinum, ad verba ſua facienda eum movens, hinc ſpecies hæc* רוח הקדש SPIRITUS SANCTITATIS *vocatur; eſtque hæc diſpoſitio ad Prophetiam, & ſpecies* gradu, *quam ea*, Prophetia, eſt, *inferior.* Et paulò poſt: *Scito verò hinc & intelligito, omnem* Pſalmum ſeu *Canticum, quodcunq; in Prophetarum libris occurrit, compoſitionem ejuſmodi eſſe, quam à ſemet confecerunt* Viri Hagiographi *per Spiritum Sanctitatis &c.* Sed, ſi ita eſt, quemadmodum etiam Abarbenel ibidem docet, quare ergo Canticum Eſaiæ, cap. 5. deſcriptum, non perinde atque Threni Jeremiæ ex volumine Prophetarum inter Hagiographa eſt rejectum? Sanè diſcrimen illud atque Sæpimentum, quod Judæi inter Prophetarum ſcripta, atque Ha-

E Jeduthunenſibus, Filii Jeduthunis, Gedalias, Zeri, Eſaias, Haſabias, & Mattithias, hi ſex per Patrem ſuum, qui vaticinatus eſt per Confeſſionem atque laudem coram JEHOVA, Cytharæ *ſunt conſecrati.*

v. 3. לִידוּתוּן בְּנֵי יְדוּתוּן גְּדַלְיָהוּ
וּצְרִי וְיֶשַׁעְיָהוּ חֲשַׁבְיָה וּמַתִּתְיָה
אֲשֶׁתָּא עַל יְדֵי דַאֲבוּהוֹן
בְּכִנָּרָא דְאִתְנַבִּי עַל אוֹדָאוּתָא
וְתוּשְׁבַּחְתָּא קֳדָם יְיָ׃

giographa moliuntur, ſtramineum eſſe videtur, meriſque conjecturis, non validis rationibus, nixum. Significant hîc ſaltem, probent etiam tale diſcrimen? quis eis hoc revelavit? ex Scripturis erui ſanè haut poteſt. Omnes certè proprietates, quas in Prophetiis requirunt, in Hagiographis quoq; reperire licet. Credo Judæos ſenſibus, quin & ratione, captos eſſe, cum ejuſmodi ſomnia de Scriptoribus θεοπνεύστοις, eorumque ſcriptis, minoribus auxiliis gratiæ, donisque divinis habent, quæ, qualia ipſi ſibi imaginantur, in eorum ſaltem Phantaſia atque cerebro hærent, nunquam verò in θεοπνεύστων Virorum mente atque intellectu fortaſſis extiterunt. Nos Chriſtiani apud Targumiſtam Noſtrum, per רוח הקדש *Spiritum Sanctitatis*, potiùs Spiritum Sanctum, Tertiam Divinitatis Perſonam, cujus inſtinctu Aſaph Pſalmos ſuos meditatus eſt, intelligimus, & pro inſigni ſimul Antiquitatis Judaicæ de Spiritu Sancto teſtimonio habemus.

v. 3. אֲשֶׁתָּא ] *Sex.* Atqui hîc ſaltem quinque enumerantur? Reſpondet R. David Kimchi: ואמר ששה ואינם אלא חמשה אבל במספר הגורל מצאנו אחד שאינו הנה והוא שאמר והעשירי שמעי' ונמצא בהגדה כי כשחלקם דוד היו לידותון חמשה בנים והיתה אשתו מעוברת משמעי וראה ברוח הקדש שעם הוא יהיה ראש משמרה לפיכך אמר ששה' ויתכן לומר שהיה קטן או ולא היה עדיין ראוי לשורר ולהיותו ראש משמרה עד שגדל והיה ראש משמרת' לפיכך מפרו במספר הגורל לפי שהיו מלמדים אותו והיה עתיד להיות ראש משמרה׃ *Dicit, ſex fuiſſe, & tamen non niſi quinque enumerat? Reperimus tamen in enumeratione ſortium quendam, qui hic eſt prætermiſſus*, nempe *cum dicit* v. 17. DECIMUS FUIT SIMEI. *In Aggada legitur, quod, cum David eos diſtribuiſſet, è Jeduthunis quinque tantùm filios extitiſſe. Uxore autem ejus*, Jeduthunis, *Simei in utero ferente, vidit David per Spiritum Sanctitatis, illum quoque Antiſtitem Cuſtodia*

| | | |
|---|---|---|
| לחימן׃ | v.4. | E Hemanitis *&c.* |
| כָּל אֵלֶּה בְּנֵי לְהֵימָן נְבִיָּא הַמֶּלֶךְ בְּפִתְגָמֵי נְבוּאָה מִן קֳדָם יְיָ לְמִתְקַע בְּשׁוֹפְרָא וַיְהַב יְיָ לְהֵימָן בְּנִין אַרְבְּסַר וּבְנָן תְּלָת׃ | v. 5. | Hi omnes filii *fuerunt* Hemanis, Prophetæ Regii, in verbis *ſeu rebus* propheticis â JEHOVA *illuminati*, & ad clangendum tubâ *inſtituti*, cui JEHOVA 14. filios, & tres filias eſt largitus. |

*die* ſeu Ephemeriæ *futurum, ideoq; ſex dixit. Videtur dicendum eſſe, enum admodum puerum tunc fuiſſe, & ad modulandum* per ætatem *ineptum. Quia tamen futurus erat, ſi quando ætate proveheretur, Cuſtodia* ſeu Ephemeriæ *Antiſtes, ideoque recenſuit eum in enumeratione ſortium, namque erudiebant eum, & futurus erat*, uti dixi, *Ephemeriæ Antiſtes.* Conferantur R. Sal. Jarchi, R. Sal. Aben Melech, Franc. Vatablus, Eman. Tremellius & Franc. Junius, Comment. in h. l. Nos in medio hæc relinquimus.

בְּשׁוֹפְרָא) *tubâ*, in hebræo textu eſt קַרְנָא *cornu*, quod pro buccina quoque ſeu *tuba*, ex cornu recurvo factâ, metonymicè accipitur, quomodo hic Targumiſta noſter ſumit. Alii de *Potentia & Fortitudine* Regis & Regni metaphoricè intelligunt & interpretantur, vid. R. Dav. Kimchi, Tremellius & Junius & Vatablus, in Comment. B. LUTHERUS Noſter in Gloſſa Maginali, & B. Glaſſius, in Rhetor. Sacra, Tract. I. c. XI. pag. 307. R. Sal. Jarchi, ſpirituali ſenſu, & ſpeciatim קרן הנבואה *cornu Prophetiæ* intelligit, Echa Rabbathi ſeu Gloſſam Thren. Jer. M. c. II. 3. ſecutus. v. 5.

*Filii quatuordecim*) At verò Commate antecedente quindecim filii ſunt enumerati! Reſpondent Commentatores Hebræi *Ramamti-Eſer*, unum duntaxat ex duabus vocibus compoſitum nomen, hominemque fuiſſe, vide infra comma 31.

Omnes hi præfecti ſunt, quisque per Patrem ſuum, Muſicæ, in Sanctuario Domini, per Regem *ſcil:* Aſaphum, Jeduthunem & Hemanum.

Et numerus eorum, ut & conſanguineorum eorum, Magiſtrorum Muſicæ JEHOVÆ, *ut* quisque intelligens *erat*, *confecit* 288.

Et miſerunt & ipſi Sortes, Cuſtodiæ ἐφημεριῶν ſingulæ cum alteris commiſſæ, tam minor, quam major, Scriba æquè *ſeu Doctor*, atque Diſcipulus.

v. 6. כָּל אֵלֶּה מְמֻנִּים עַל יְדֵי
דַּאֲבוּהוֹן בְּשִׁירִין בְּבֵית
מַקְדְּשָׁא דְיָי עַל יְדֵי דְמַלְכָּא
וְאָסָף וִידוּתוּן וְהֵימָן ׃

v. 7. וְהָוָה מְנְיָנֵיהוֹן עִם אֲחוֹהוֹן
מְאַלְפִין לְשַׁבְחָא קֳדָם יְיָ כָּל
סַכְלְתָן מְאָתָן וְתַמְנָן וְחַמְנִי ׃

v. 8. וּרְמוֹ עֲדָבִין מַטַּרְתָּא כָּל
קֳבֵל מַטַּרְתָּא כְּזְעֵירָא כְּן רַבָּא
סַפְסָא עִם תַּלְמִידָא ׃

---

v. 6. בְּבֵית מַקְדְּשָׁא דְיָי ] *in Sanctuario JEHOVÆ*, ſequitur in textu hebræo: בִּמְצִלְתַּיִם נְבָלִים וְכִנֹּרוֹת לַעֲבֹדַת בֵּית הָאֱלֹהִים CUM CYMBALIS, NABLIIS ET CYTHARIS, AD MINISTERIUM DOMUS DEI, quæ Targumiſta noſter, vel Scriba, ſimilitudine vocũ deceptus, tranſiliiſſe videtur.

v. 7. מְאַלְפִים ] *Doctores*, *Magiſtri*. In hebræo eſt מְלֻמָּדֵי *docti*, quod Chaldaicè eſt מַלְפִים.

v. 8. מַטַּרְתָּא כָּל קֳבֵל מַטַּרְתָּא ] ἐφημερία *unaquævis ad* ἐφημερίαν, ſubintellige, collata fuit; rectè ſupplet ſenſum ejus, quod in hebræo textu elliptícè dictum eſt: Unde Raſchi: ויפילו גורלות משמרת לעומתו פתרון משמרת לעמת משמרת ודוגמא למעלה ואהיה מתהלך מאוהל אל אהל ומשכן פתרון ממשכן אל משכן: ET MISERUNT SORTES, ἐφημερία è REGIONE, *ſenſus eſt*, ἐφημερίας: *Simile* exemplum habuimus *ſuprà*, I. Paral. XVII. 5. ET TRANSIVI è TENTORIO IN TENTORIUM, ET EX HABITACULO, *ſenſus eſt*, *ex habitaculo in habitaculum*. Confer R. Dav. Kimchi, R. Sal. Aben Melech, & Franc. Vatablus Comment. in h. l.

סַפְרָא ] *Scriba*, in hebræo textu eſt מְבִין *Doctor* ſeu Magiſter. Apparet hinc, סַפְרָא *Scriba* idem eſſe, quod Doctor ſeu Magiſter. De ſpecialiori hujus vocis nomenclatura ſupra, ad cap. XIIX. v. 15. nonnulla diximus.

| | | |
|---|---|---|
| וְנִפַּק עַדְבָּא קַרְמָיָא לְאָסָף | v. 9. | Extracta autem eſt Sors prima Aſaphitis, *ſpeciatim* Joſepho, ſecundum *locum ſortitus eſt* Gedalias, *qui* unà cum fratribus *ſeu conſanguineis*, filiisq; 12. *animarum fuit.* |
| לְיוֹסֵף גְּדַלְיָהוּ תִּנְיָנָא הוּא | | |
| וְאַחְוֹהִי וּבְנוֹהִי תְּרֵיסָר ׃ | | |
| תְּלִיתָאָה זַכּוּר בְּנוֹי וְאַחְוֹהִי | v. 10. | Tertius *ſorte fuit* Saccur, *qui cum* filiis & fratribus *ſeu conſanguineis* ſuis 12. *capita effecit.* |
| תְּרֵיסָר ׃ | | |

---

v. 9. קַרְמָיָא ] meliùs קַדְמָאָה.

הוּא ] LXX. Interpretes Græci vertunt, Ἡγεία, ſed & paulò ante malè addunt: ἰμῶν αὐτῶ καὶ ἀδελφῶν αὐτῶ, quod in hebræo & Chaldæo rectè abeſt.

וְאַחְוֹהִי וּבְנוֹי תְּרֵיסָר ׃ ] *Fratres* ſeu Conſanguinei *ejus*, *& filii ejus*, numero *duodecim*. meliùs וַאֲחוֹהִי. Digna autē eſt Gloſſa R. Sal. Jarchi, quæ hic recenſeatur: פתרון על כל משמרה ומשמרה יבאו יב לוים שהרי היו כלם רפח וכשתחלקם לכל חלקים יהיה כל חלק וחלק יב לוים גל וזהו אחיו ובניו סוסב ליוסף ולגדליהו ולפי שבפסוק אחד שניהם נזכרים כתב לבד פעם אחת הוא ובניו ואחיו וכל אחיו ואחיהם שבענין לאו אחיו ממש אלא חבורה אחת קורא אחים ברודירשף בלשון אשכנז *Senſus eſt: unamquamque Cuſtodiam* ſeu ἐφημερίαν *duodecim Levitæ conſtitiſſe*, *qui univerſi* 288. efficiunt, *quod ſi dividas* hanc ſummam *in* 24. *partes* ſive Ephemerias ſeu vices, *unaquæque pars duodenos* comprehendet *Levitas*. *Dicere præterea poſſumus, illud* FRATRES EJUS ET FILII EJUS; *Ad Joſephum & Gedaliam referendum* eſſe, *quia in uno eodemque verſu, duo*, Joſeph & Gedalias, *memorantur, ideoque unica ſaltem vice ſcripſit*: Is, FILII EJUS ET FRATRES EJUS. *Quando verò hîc fratres ejus & fratres eorum memorantur, non ſimpliciter* & propriè *fratres ejus* intelligendi ſunt, *ſed confraternitatem quandam fratres vocat*, Germanicè Brůderſchafft. Tremellius quoque atque Junius de *Cognatis* interpretantur.

v. 10. וַאֲחוֹהִי ] lege וַאֲחוֹהִי.

| | | |
|---|---|---|
| *Quartus &c.* | v. 11. | רביעי : |
| *Quintus &c.* | v. 12. | חמשאה : |
| *Sextus &c.* | v. 13. | שתתאה : |
| *Septimus &c.* | v. 14. | שביעאה : |
| *Octavus &c.* | v. 15. | תמינאה : |
| *Nonus &c.* | v. 16. | תשיעאה : |
| *Decimus &c.* | v. 17. | עשיראה : |
| *Undecimus &c.* | v. 18. | חדסראה : |
| *Duodecimus &c.* | v. 19. | תריסראה : |
| *Decimo tertio &c.* | v. 20. | לתלתסר : |
| *Decimo Quarto &c.* | v. 21. | לארבסר : |
| *Decimo Quinto &c.* | v. 22. | לחמיסר : |
| *Decimo Sexto &c.* | v. 23. | לשיתסר : |
| *Decimo Septimo &c.* | v. 24. | לשיבסר : |
| *Decimo Octavo &c.* | v. 25. | לתמיסר : |
| *Decimo Nono &c.* | v. 26. | לתשיסר : |
| *Vigesimo &c.* | v. 27. | לעשרין : |
| *Vigesimo Primo &c.* | v. 28. | לעשרין וחד : |
| *Vigesimo Secundo &c.* | v. 29. | לעשרין ותרין : |
| *Vigesimo Tertio &c.* | v. 30. | לעשרין ותלתא : |
| *Vigesimo Quarto, Romamtiesero, Filii & Fratres* fuerunt *duodecim.* | v. 31. | לְעֶשְׂרִין וְאַרְבְּעָא לְרוֹמַמְתִּי עֶזֶר בְּנוֹי וַאֲחוֹהִי תְּרֵיסְרָאה : |

## CAP. XXVI.

Quod ad distributionem in janitores *attinet*, ê Korahensibus *fuit* Meselmias, F. Korei, ê filiis Asaphi *oriundi*.

| | |
|---|---|
| v. 1. | לְפַלְגוּתָא לְתַרְעָיָא לִבְנֵי קָרֵח מְשֶׁלֶמְיָה בַּר קֹרֵא מִן בְּנֵי אָסָף : |

v. 11. Hic & sequentes versûs saltem indicati sunt à Targumista nostro, non translati, quoniam mera est repetitio.

## CAP. XXVI.

v. 1. לְתַרְעָיָא ; לְתַרְעִיאָ .

מִן בְּנֵי אָסָף ] *è filiis Asaphi*, alius hic fuit à Musico, Gersomensis familiæ Levitâ, 1. Paral. VI. 39. & 43. hic enim aliàs quoque Ebiasaph, vel

וּלְמֶשֶׁלֶמְיָה בָּנִים זְכַרְיָה
בְּכוֹרוֹ יְדִיעֲאֵל תִּנְיָנָא זְכַרְיָה
תְּלִיתָאָה יַתְנִיאֵל רְבִיעָאָה ׃

v. 2. Meſelmiæ filii *fuerunt* Zacharias primogenitus, Jediael ſecundus, tertius Sebadias, Jatniel quartus.

עֵילָם חֲמִישָׁאָה יְהוֹחָנָן
שְׁתִיתָאָה אֶלְיְהוֹעֵינַי
שְׁבִיעָאָה ׃

v. 3. Elam quintus, ſextus Johanan, Eljehoënæus ſeptimus.

וּלְעוֹבֵד אֱדוֹם בָּנִים שְׁמַעְיָה
בְּכוֹרוֹ יְהוֹזָבָד תִּנְיָנָא יוֹאָב
תְּלִיתָאָה וְשָׂכָר רְבִיעָאָה
נְתַנְאֵל חֲמִשָׁאָה ׃

v. 4. Obededomo *verò fuêre* filii Semaias primogenitus, Jehoſabad ſecundus, tertius Joabus, quartus Sacar, Netaneel quintus.

עַמִּיאֵל שְׁתִיתָאָה יִשָּׂשכָר
שְׁבִיעָאָה פְּעוּלְתַי תְּמִינָאָה
אֱרוֹם בְּרִיךְ יְתֵיהּ יְיָ עַל
עִיסַק אֲרוֹנָא דַיְיָ דַהֲוָה
בְּבֵיתֵי וּפַלִּיג לֵיהּ אִיקָרָא
וְחַמָא מִבְּנוֹהִי וּמִבְּנֵי בְּנוֹי
תְּמָנִין וְתַרִין רַבְּנֵי לֵיוָאֵי ׃

v. 5. Ammiel ſextus, Iſaſcar ſeptimus, octavus Peulathi, nam benedixit ei JEHOVA, ob rem arcæ Domini, quæ in ædibus ejus *eſt commorata*, & impertitus eſt ei honorem, ut videret ê filiis nepotibusque ſuis 82. primores Levitarum.

---

vel Jaſaph dictus, per Korahenſem & Kehatenſem lineam, ad Levi genus deducebat, vid. I. Paral. VI. 37. 38. conf. etiam cap. IX. 19. & 21.

זְכַרְיָה ] legendum זְבַדְיָה, *Sebadias*. v. 2.

יוֹאָב ] *Joab*, pravè, neque melius LXX. Interpp. Græci, Ἰωαὴθ, in hebræo textu eſt יוֹאָח *Joah*. v. 4.

עַל עִיסַק אֲרוֹנָא וגו' ] *ob rem arcæ &c.* Hæc de ſuo addit Targumiſta Noſter, in hebræo enim textu non extant. v. 5.

תְּמָנִין וְתַרִין ] *octoginta duo*. Supra cap. XIII. 14. octoginta & unus numerantur, vid. ibi annotata; quibus nunc addimus ſequentia ex Talmude Babyl. Tract. ברכות *de benedictionibus*, cap. 9. ejusque Compendio, En Jacob, fol. 42. col. 4. Edit. Prag. ודרש ויברך ה' את בית עובד אדום

אדום הגתי בעבור ארון האלהים וגו׳ מאי היא ברכה שברכו אור יהודה בר זבידא זו חמות ושמנה כלותיה שילדו ששה ששה בכרס אחת שנ׳ פעולתי השמיני ובתיב כי ברכו אלהים כל אלה לעובד אדום המה בניהם ואחיהם אנשי חיל בכח לעבודה ששים ושנים לעובד אדום: *Deraſch* ſeu allegorica Legenda eſt: ET BENEDIXIT DOMUI OBED EDOMI GITTÆI, PROPTER ARCAM DEI &c. II. Sam. VI. 11. *Quænam autem eſt illa benedictio, quâ benedixit ei? Reſpondet R. Juda, filius Zebidæ: ea eſt ſocrus, & octo nurus ejus, quæ ſingulæ ſex* filios *uno* eodemque *tempore* (hoc enim notare videtur vox hebræa כרס, i.e. καιρὸς, Lexicographis noſtris, quod ſciamus, non explicata) *ediderunt*; quia dicitur I. Paral. XXVI. 5. PEULTÆUS OCTAVUS, NAMQUE BENEDIXIT EI DEUS. *Et* paulò poſt v. 8. *ſcribitur*: HI OMNES OBEDEDOMO FUERUNT FILII ET FRATRES EORUM, VIRI STRENUI, IN OPERE CULTÛS, numero SEXAGINTA DUO, qui OBEDEDOMO ſunt nati. Calculatio juxta Gloſſatorem Talmudis talis eſt: *octo* nurus fuerunt, & *nona* fuit ſocrus, quarum *ſingulæ ſex* partus *ediderunt*, ſummatim fœtus - - - 54.
*quibus ſi addas octo filios* Obededomi *priores* - - 8.
*Ecce* habes - - 62.

Quod ſi verò his ſuperaddas ſex illos ex Semaia, filio Obededomi primogenito, Nepotes, qui I. Paral. XXVI. 6. nominantur, habes 68. prout I. Paral. XVI. 38. recenſentur, niſi, quod videtur, utrobique cum filiis Nepotibusque conſanguinei quoque Obededomi ſint intelligendi. Eadem explicatiùs in Schir Haſſchirim Rabba, ſeu Gloſſa Cantici Canticorũ magna, p. II. leguntur: ר׳ יוסי ודרש וישב ארון ה׳ בית עובד אדום הגתי וגו׳ ויגד למלך דוד לאמר ברך ה׳ את בית עובד אדום ואת כל אשר לו באי זו זכות בעבור ארון האלהים ובמה ברכו בבנים הה׳ עמיאל הששי יששכר השביעי וכן הוא אומר כל אלה מבני עובד אדום המה ובניהם אמרו שמנה בנים היו לו ושמנה כלות היו לו וכל חדא מנהן הות ילדת תרין בכל ירחא הא כיצד טמאה שבעא וטהורה שבעה והיא ילדת טמעה שבעא וטהורה שבעה והיא יולדת שיתא עשר בכל ירח תלתא ירחין הא ארבעין ותמניא ושיתא דידיה הא חמשין וארבעה ותמניתהון הא שתין ותרתין הלא הוא דבתיב ששים ושנים לעובד אדום: *R. Joſe* refert: *Deraſch* ſeu allegorica expoſitio eſt: ET REQUIEVIT ARCA DOMINI IN DOMO OBEDEDOMI GITTÆI &c. ET ANNUNCIATUM EST DAVIDI REGI, DICENDO: BENEDIXIT DOMINUS DOMUI OBEDEDOMI, ET OMNIBUS, QUÆ EI SUNT,

II. Sam.

| | | |
|---|---|---|
| וְלִשְׁמַעְיָה בְּרִיהּ אִיתְיְלִיד׃ | v. 6. | Semaiæ verò, filio ejus, nati |
| בְּנִין שַׁלִּיטִין לְבֵית אֲבָהָתְהוֹן | | ſunt filii Dominatores familia- |
| אֲרוֹם רַבְּנִין גִּבָּרֵי חֵילָא אִנּוּן׃ | | rum paternarum, nam Princi- |
| | | pes & ſtrenui viri fuerunt, |
| בְּנֵי שְׁמַעְיָה עָתְנִי וּרְפָאֵל | v. 7. | *Nominatim* Semaiæ *hujus* |
| וְעוֹבֵד אֲרוֹם אֲחוֹי רַבָּנֵי חֵילָא | | filii *fuère* Othni, ejusq; fratres, |
| אֱלִיהוּ וְסַמַכְיָהוּ׃ | | Raphael, & Obed Adom *Junior*, |
| | | Viri ſtrenui, ut & Elias atque |
| | | Semachias. |

II. Sam. VI. 11. 12. *quam ob rem? ob arcam DEI. Per quod verò benedixit ei? per filios. hinc eſt quod dicitur*, I. Paral. XXVI. 5. *AMMIEL SEXTUS, SEPTIMUS ISSASKAR. Ita quoque dicit* verſic. 8. *HI OMNES FUERE è FILIIS OBEDEDOMI, EORUMQVE FILII &c. Commentantur: Octo filii ei*, Obededomo, *fuerunt, totidemq́, nurus, quæ ſingulæ unoquoque menſe duos partus ediderunt; ecquomodo verò? ſeptimanâ* primâ *immunda* quælibet fuit, vid. Lev. XII. 2. alterâ *ſeptimanâ purificata. Hinc peperit, & ſeptimanâ* tertia rurſum *imunda* fuit, *ſeptimana* tertia verò denuò *purificata, &* altera vice *peperit. Sicque ſedecim unoquoque menſe, tribus verò menſibus* (tamdiu enim arca Domini in Obededomi ædibus eſt commorata, I. Paral. XIII. 14.) 48. *& 6. ejus*, Obededomi ſcil. ſeu Uxoris ejus filii poſteriores *editi ſunt*, ſummatim 54. quibus ſi *octo* parentes, filii Obededomi priores, addantur, emergunt 62. *Nonne hoc eſt, quod ſcriptum eſt*, I. Paral. XXVI. 8. *SEXAGINTA OBEDEDOMO* nati fuerunt. Utut verò aliter hæc tradant Talmudiſtæ & Homiletæ, in eo tamen cum Targumiſta noſtro conveniunt, quod utrique monſtroſam Obededomo fœcunditatem adſcribant. Nos, ſicuti pia fide ſuſcipimus, quæ Scriptura S. de Obededomi copioſa prole tradit, ita Judæorum portenta atq; nugas rectè reijcimus.

שַׁלִּיטִין ] *Dominatores.* In hebræo eſt הַמְמַשְׁלִים, quod & R. Sal. Jarchi ita exponit, מוֹשְׁלִים *qui imperabant.* Junius Tremelliusque, *qui præſidebant.* Kimchius, & qui eum ſequitur, R. Sal. Aben Melech, דּוֹמִים, *qui ſimiles fuerunt* domui ſuæ paternæ quà fortitudinem. Neſcio quid ſibi velint Lxx. Interpp. Græci, reddunt enim τῷ πρωτοτόκῳ ῥῶσαι, acſi legiſſent הַבְּכוֹר רָאשִׁי. v. 6.

וְעוֹבֵד אֲדוֹם ] *Obed-Adom:* pravè, in hebræo eſt, עוֹבֵד אֱלוֹזָבָד, eſt autem v. 7.

Hi omnes ex Obed-Edomi posteritate fuerunt, eorumque filii atque consanguinei, itidem Viri in ministerio præstantes, *numero* 62.

v. 8. כָּל אֵלֶּה מִבְּנֵי עֹבֵד אֱדֹם הֵמָּה וּבְנֵיהֶם וַאֲחֵיהֶם גִּבֹּרֵי חַיִל בְּחַיִל לַפּוּלְחָנָא שְׁתִּין וְתַרִין לְעוֹבֵד אֱדֹום׃

Meselemiæ verò filii & consanguinei, viri *itid:* egregii, 18. *numero fuerunt.*

v. 9. וְלִמְשֶׁלֶמְיָהוּ בָּנִין וְאַחִין גִּבֹּרֵי חַיִל תְּמָנְיסַר׃

Hosæ, ê Merarensibus *oriundi*, filii *fuerunt* Simri primus, qui licet primogenitus non fuerit, constituit eum tamen pater ejus primum.

v. 10. וְלְחוֹסָא מִן בְּנֵי מְרָרִי בָּנִין שִׁמְרִי רֵישָׁא אֲרוּם לָא הֲוָה בּוּכְרָא וּמַנְיֵה אֲבוּי לְרֵישָׁא׃

Hilkias secundus, tertius Tebalias, Zacharias quartus, omnes verò filii consanguineique Hosæ tredecim *fuêre.*

v. 11. חִלְקִיָּהוּ תִּנְיָנָא טְבַלְיָה תְּלִיתָאָה זְכַרְיָה רְבִיעָאָה כָּל בְּנִין וְאַחִין דִּי לְחוֹסָה תְּלִיתְסַר׃

In hasce classes *seu Ephemerias* janitorum primariorum *sunt distributi, singulis* custodiis oppositis consanguineorum suorum *custodiis*, ad ministrandum in Sanctuario Domini.

v. 12. לְאֵלֵּין פַּלְגוּת תַּרְעָיָא לְרֵישֵׁי גִּבָּרַיָא מַטַּרְתָּא כְּל קֳבֵל אֲחוֹהִין לְשַׁמָּשָׁא בְּבֵית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ׃

---

autem אֱלֹזָבָד idem quod *DEUS dedit Theodoro*, seu *Theodosius*. Lxx. Interpp. Græci hunc versiculum longè corruptissimè extulerunt.

v. 9. בָּנִין וְאַחִין ] lege בְּנֵי וְאַחֵי.

v. 10. שִׁמְרִי רֵישָׁא ] *Simri primus.* rectè, Lxx. pravè reddunt, Φυλάσσοντες τὴν ἀρχὴν, in Codice, quo usi esse videntur, non punctato legerunt שִׁמְרֵי. adduntque in fine commatis ex versiculo 16. τῆς διαιρέσεως τῆς δευτέρας, itid. pravè.

v. 12. תַּרְעָיָא לְרֵישֵׁי ] lego תַּרְעָיָא לְרֵישֵׁי.

עדבא

| | |
|---|---|
| וְרִמּוֹ עַרְבִּין כִּזְעֵירָא כְּרַבָּא לְבֵית אֲבָהָתְהוֹן לְתַרְעָא וְתַרְעָא׃ | v. 13. Jeceruntque ſortes minor æque ac major, ſecundùm familias paternas de ſingularum januarum *cuſtodia*. |
| וּנְפַל עֻדְבָּא לְמַדִּינְחָא לִשְׁלֶמְיָה וּזְכַרְיָה בְּרֵיהּ מַלִּיךְ בְּסַכְלְתָנוּ רִמּוֹ עַרְבִּין וּנְפַק עֻדְבָּה לְצִפּוֹנָא׃ | v. 14. Cecidítque ſors *cuſtodiæ januæ* orientalis Selemiæ, Zachariæ verò, filio ejus, Conſiliario prudentiſſimo, ſortes projecerunt, & prodiit ſors *cuſtodiendæ januæ* verſùs ſeptentrionem. |
| לְעוֹבֵד אֱדוֹם דְּרוֹמָא וְלִבְנוֹי בֵּית שַׁקְפַּיָּא׃ | v. 15. Obededomo *cuſtodia januæ* verſùs meridiem *contigit*, filiis verò ejus *cuſtodia* ædium ſuperliminarium. |

עַרְבָּא ] עֻדְבָּא.

מַלִּיךְ ] מְלִיךְ. In hebræo eſt יוֹעֵץ *Conſiliarius*. Lxx. malè retinuerunt ἰωαζ ſed & reliqua pravè extulerunt. v. 14.

רִמּוֹ ] רְמוֹ.

